ño

bica.

n

ment.

anta Cruz
187

UVA. BHSC. IyR_187

BIBLIOTECA
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.
Estante n.º 37
Tabla 2
Número 3824

UVA. BHSC. IyR_187

187

UVA. BHSC. IyR_187

UVA. BHSC. IyR_187

## FRANCISCI MATVRANTII PERVSINI VIRI ERVDITISSIMI ENARRATIONES. IN.M.T.CICERONIS PHILIPPICAS.

q VANTVM Demoſtheni ꝯſumato apud Gręcos oratori tribuerit Cicero:uel hinc manifeſte poteſt colligi:quod quas in.M.Antoniū ſcripſit oratiões:i qbꝰ Demoſthenē imitari pręcipue nititur: qui aliquot orationibus eſt in Philippū Macedonū regē Alexādri patrē inuectus:philippicas appellauit.Eas tamen ex ueteribus complures:& in primis.A.Gelius Antonianas nonnūq̄ ſuo nomine uocauerūt: & Demoſthenem quidem ad Brutum ſcribens:multa in dicēdo perficere:ſe conari multa: poſſe illum:uelle ſe dicit.Exitii hę orōnes Ciceroni cauſa fuere:dicente ēt Satyro Poeta.

O fortunatam natam me conſule Romam
Antoni gladios potuit contemnere:ſi ſic
Omnia dixiſſet:ridenda poemata malo:
Quā te conſpicuę diuina philippica famę
Volueris a prima quę proxima.

Cum enim Triumuiratum inuaſiſſent Octauius:Antonius:Lepidus:& atrociſſimam illam proſcriptionis tabulam Syllę proponerent exemplo: ante omnes Ciceronem ad necem poſtulauit Antonius : Qui ea lege conceſſus eſt: ut.L. Cęſarem auunculum ſuum ipſe concederet.Habitę ſunt hę orationes a Cicerone partim in ſenatu:partim ad populum:poſt Iuliuꝫ Cęſarē quattuor &.xx.uulneribus idibus Martiis confoſſum:Et hanc quidem primam calendis ſeptembris Dolobella altero ex conſulibus audiente:magna libertate:admirantibus cunctis:nec minore dixit facundia:Cuius argumentum huiuſmodi eſt:

### Argumentum Primę Philippicę.

CAESARE Trucidato.M.Antonio & Dolobella Coſſ.& ſi primo collaudati a multitudine interfectores:eius tamen inconſtantiam & opes amicorum Cęſaris:ac fraudes ueriti Brutus & Caſſius:Capitolium occuparunt:Iccirco timens Antonius cōſulatus abiectis inſignibus & mutata ueſte delituit.Verum quādo nemini illos nocere accepit: tutaq; eſſe omnia:prodiit e latebris:Senatus in Telluris ęde habitus eſt:Multa pro concordia facta ſunt uerba:Cicero ilico princeps in illo ordine apparuit:cum recuperata libertas uideret eſſe:pacem inter amicos & interfectores Cęſaris:qui Capitolium occupauerant:ſuaſit: Diſcordiarum memoriam ſempiterna obliuione delendam cenſuit:Brutꝰ & Caſſius lętis omnibus e Capitolio uocati:non prius tamen deſcēdere:q̄ Antonius & Lepidus uterq; filiuꝫ ſuum obſides pro illis in capitolium mitterent.Et.C.quidem Caſſium coenę die illo Antonius:Lepidus Brutum adhibuit.Poſtridie uero eius diei cum de obliuione diſcordiaꝝ: de prouinciis diuidundis Antonius retuliſſet:ſummo ſtudio ei ſenatus aſſenſus eſt etiam ut Cęſaris acta rata manerent.Magnam tunc omnium iudicio laudem eſt Antonius conſecutus:quod inteſtinum ſua prudentia ſubſtuliſſe bellum:& recto conſilio: ac ciuili animo uiſus fuiſſet:Sed mutata mox eius uolūtas eſt:reſq; ad ſeruitutē rurſus:& cladē ſpectare coepit. Quare offerenti legationem Dolobellę:qui proconſul in Syriam proficiſcebatur aſſenſus eſt Cicero:& ſecutus quidem illum fuiſſet:niſi Panſa & Hircius deſignati Coſſ.& calendis Ianuarii conſulatum inituri retinuiſſent:rogantes ne imitatores:ac diſcipulos ſuos deſereret:ope ac conſilio eius Antonium anno conſulatus ſui penitus euerſuros pollicentes.Sed haud multo poſt Brutus & Caſſius concitatę in ſe & ab amicis Cęſaris : & ab Antonio multitudinis furori & ueteranis quos timebant plurimum:ceſſere: Antium profecti:illicq; ſe continentes:neq; i urbem:q̄q̄ licebat per Antonium redire uoluerūt. Quare cum omnibus:& ſibi pręcipue ꝙ amicus interfectorum Cęſaris habebatur: formidoloſus eſſet Antonius:ęgreq; illius ferret impotentiam:abeundum omnino Cicero ſtatuit: ea ſpe:eoq; conſilio:ut Athenas nauigaret:toto reliquo tempore Antonii conſulatus illic futurus:& tunc demum rediturus:cum Panſa & Hircius conſulatum iniiſſent. Profectus itaq; eſt:& in Siciliam delatus:cum traiicere in Gręciam uellet:uento ad Leucopetrā:promontorium id Calabrię eſt:relatus fuit:ubi reuertendi in urbem nouum cępit conſiliuꝫ: cum mutatam Antonii uoluntatem intellexiſſet:& repudiatis malis ſuaſoribus ſeſe ad ſenatus auctoritatem totum cōtuliſſe:Sed reuerſus propere in urbem nihilo meliora offendit



UVA. BHSC. IyR_187

q̃ proficiſcens reliquerat : mo aperte iam tyrannidem affectabat Antonius : armatos mi/
lites inter ſubſellia collocabat : quotiens in ſenatum ueniebat:omniaq; uenalia habebat :
cui magnam Ciceronis reditus attulit ſuſpitionē. Cumq; poſtridie eius diei : quo rediit
Cicero:ſenatus haberetur:& adeſſe recuſaret Cicero:uel q̃a feſſus e uia: uel ꝙ indicio quo/
dam paratas ſibi compiſſet inſidias:iturum ſe cum fabris:& Ciceronis domum demolitu/
rum audiente ſenatu minatus eſt:miſitq; milites: qui aut illum ducerēt : aut ſi uenire recu
ſaret:pignora ſaltem caperent. Id quidē ab illis factum eſt:ꝙ pro ſua dignitate tulit Cice
ro iniquiſſime:Venienſq; poſtridie in ſenatum cum profectionis ſuę & reuerſionis: ne qs
fortaſſe minaretur:cauſas explicuiſſet:de.M.Antonii iniuria queſtus ē: De repu.uero ita
libere & magno animo locutus:ut admirati ſint omnes uehemētiſſime.Quicquid in repu.
a calendis Martiis ad eam diem:quę erat calendę ſeptembris acciderat:diſſeruit. Mutatio
nem Antonii uolūtatis pluribus arguit.Quę eius eſſet ſententia de tota repu.audacter: &
de ſuo periculo nihil ueritus aperuit. Qua oratione irritatus Antonius inimicitias Cice/
roni denūciauit.Qua denūciatione tantum abeſt ut deterritus quicq̃ ſit: aut urbe ceſſerit
ut multo etiam audacior q̃ prius factus:& illius:q̃uis inſolentiſſimi & impotentiſſimi mi/
nas ultro pro utilitate reipu.irritare uiſus ſit.Poſtea.xiii.calendas octobris cum maxima
armatorum caterua ueniſſet in ſenatum ſtipatus Antonius:& longa oratione: quam pluri
bus meditatus fuerat diebus:in Ciceronem eſſet inuectus:ideo non affuit Cicero:cū miꝝ
in modum cuperet:ꝙ amici qui ad manifeſtum cognoſcebant intentum proficiſci retinue/
re.Erant enim longe potentiora Antonii arma. Hinc ſummis uterq; uiribus ad opes au
gendas conuerſus eſt:& Antonius quidem undiq; comparabat auxilia . Cicero.C.Octa/
uium:qui poſtea Cęſar Auguſtus cognominatus eſt: ad quem propter Cęſaris auunculi
eius nomen:& ꝙ hęres relictus erat:ueterani milites confluebāt:ſibi adiunxit.Neq; diffici
cile id ſane fuit:cum & hęreditate & magna pecunia fraudatus:magniſq; ab Antonio cō/
tumeliis eſſet affectus.Huc accedebant alię cauſę complures:& in primis paterna quędā
amicitia.Hac re ita Ciceronis factio ſuperior facta eſt:ita Ciceronis auctoritate atq; opib⁹
auct⁹:& ſublatus eſt Octauius:ut territus tandem Antonius urbem reliquerit : & patrię
hoſtis iudicatus a ſenatu ſit.In hac ergo Philippica:& quare ab urbe diſceſſerit : & quam
obrem redierit prius docet:deinde de iīuria Antōii queritur:cuius carpit impotentiā:ſtu
dium ſuum:& operam omnem reipu.pollicens.

INDELIBERATIVO uero cauſę genere uerſari hęc oratio principaliter uidetur:cō
tinet enim primum conſilioꝝ:quę Cicero habuit & in proficiſcendo:& in redeundo expo
ſitionem:Et quę ſit eius de repu.ſententia ac uolūtas.Incidit quidem demonſtratiuū gen⁹
cum pluribus accuſatur antonius.Rhetorice autē priuſq̃ de repu.dicat: purgat obiecta:
& quę auditoribus poſſent ſuſpitionem facere:quo illis utat̄ ęquioribus.Et eſt beniuolē/
tię captatio.Fecit idem in oratione pro Milone.idem & Ilioneus pręſtat apud Virgiliū in
ea:quā ad Didonē habet:oratione:ſtatim enim poſt breuiſſimū exordiū purgat obſtātia.

UVA. BHSC. IyR_187

Patres conſcripti: Romulus centũ elegit ſenatores: quorum collegiũ ab ętate: quoniã ſenes eſſent: ſenatũ appellauit. Patres uero uocati ſunt: uel ꝙ ii dũtaxat electi ſunt qui patres eſſent: ꝙ illo tempore conueniente primũ ad nouam urbem incolendam multitudine haud multis cõtingebat: uel a patrono quodã ex iis qui Euandrũ ſecuti ſunt: qui imbecilliorũ olim curã geſſiſſet: plebiq; pręſidio extitiſſet: uel qđ Plutarcho maxime placet ꝙ primores ac potentes humiliores paterno officio in ſuam fidẽ ac patrociniũ ſuſcipere oporteret id qđ etiã Saluſtius ſeqt: Qui pres a curę ſimilitudine tradit appellatos: aſcriptis inde in eũ ordinẽ pluribus: patres cõſcripti dicti ſũt: quod nomen & dignitatis plurimum & inuidię minimũ prę ſe tulit: ut Plutarch⁹ ait. Feſtus cõſcriptos ſentit uocatos: qui ex equeſtri ordine patribus aſcribebant ut ſenatorũ nũerus expleret. Aliquãdo: Cęſare occiſo. Quaſi in uigilia: imago ẽ: quã ΗΚΟΝΑ dicunt gręci: tanq̃ i loco aliquo & ſtatione: cuſtodię cã conſtitutus. Vſq; aliquo: & in loco ſignificat: & ad locũ. Terẽtius in eunucho: Occidi neq; uirgo eſt uſq̃. In ędem Telluris: ubi habitus ẽ ſenatus poſt Iulii necẽ: neq; eni haberi niſi in ſacro loco ſenat⁹ poterat: ex ritu & more romano. Fuit aũt Telluris tẽplũ ad forũ romanũ & uiam ſacram: nõ procul a Capitolio & palatio: ideo frequẽter illic haberi ſenatus ſolebat. Cœlũ aũt & Ops: quę & Tellus: eſt ut Samothracum docebant initia: & Varro refert: magni erant dii: & iidem apud ęgyptios Serapis & Iſis dicti. Vetus exemplum: hortatus ut nemo añ actarũ rerũ accuſaret: & ut oĩs iniuriarũ memoria ſenatus cõſulto & lege deleretur. Hiſtoria aũt hoc habet: Bello Pelopõneſiaco multis cenſentibus delendũ eſſe atheninſiũ nomen: urbẽq; incendio conſumendã: negãtibus Spartanis alterũ ie gręcię oculũ eruturos: ſub ꝯditione pax data ẽ: ut demiſſa Pyręũ uerſus muri brachia deiicerent: nauesq;: quę reliquę forent: traderent: reſq; publica ex Lacedęmoniis triginta rectores acciperet: Quod factũ eſt iniũcto regi Lacedęmoniorũ Lyſandro formãdę urbis negotio. Sed rectores illi tyrãni facti ſũt: qui oppreſſas ſeruitute tenebãt athenas: ciues: qbus fortuna in bello pepercerat: partim expulerũt: partim interfecerũt: plurimorũ bona publicata inter ſe diuiſerũt. Thraſybulus Lyci filius Philem confugit munitiſſimũ in Attica caſtellum: habuitq; ſecum non plures triginta ex ſuis. Comparata inde multitudine haud ſane magna: in Pyręũ tranſiuit: Munichiamq; muniuit. Vnde bis tyrãni qui oppugnare adorti erant turpiter ſũt repulſi: protinuſq; in urbẽ armis: atq; ĩpedimentis amiſſis refugere: Critias in ſecũdo pręlio cecidit tyrãnorũ dux. Pax facta Pauſanię lacedęmoniorũ regis interuentu: his conditionibus: ne qui pręter triginta tyrannos: & decem qui poſtea prętores creati: pari crudelitate erant uſi: exilio afficerentur: Eleuſinã ii i exiliũ migrarũt: Interiectis

## .M.T. Ciceronis In. M. Antonium Oratiões quæ Demoſthenis in Regem Philippum Macedonem exẽplo Philippicæ nuncupantur. Prima.

Nequam de republica Patres Conſcripti dicam: ea quæ dicẽda hoc tempoꝛ arbitror: exponam uobis breuiter conſiliũ & profectiõis: & reuerſiõis meæ. Ego cum ſperarem aliquando ad ueſtrũm conſilium auctoritatemq; R. P. eſſe reuocatam: manendũ mihi ſtatuebam quaſi ĩ uigilia quadam Conſulari ac Senatoria. Nec uero uſq̃ diſcedebam: nec a .R.P. deiiciebam oculos ex eo die: quo ĩ ædem Telluris cõuocati ſumus. In quo templo quantũ in me fuit ieci fundamẽta pacis: Athenienſiumq; renouaui uetus exemplum: Græcum etiam uerbum uſurpaui: quod tum in ſedandis diſcordiis uſurpauerat ciuitas illa atq; omnen memoriam diſcordiarũ obliuione ſempiterna delendam cenſui. Præclara tum oratio. M. Antonii egregiaq; uoluntas: pax deniq;



UVA. BHSC. IyR_187

diebus cũ bellũ ĩtuliſſẽt athenieſib⁊:cũcti ſũt trucidati. Thraſybulus ĩſignẽ libertatis uicto
riá clarioré aliq̃to moderatiõis laude fecit: legẽ tulit ne quis añ actaꝝ reꝝ accuſaretur: ne
ue mulctaret: omneſq; in hanc legem quę nullam pręteritarum iniuriarum mentionem fi
eri permittebat: iurare coegit: Quo pacto labentem ciuitatis ſtatum in priſtinum habitum
reuocauit. Lex uero illa uocata eſt obliuionis iniuriaꝝ quã athenięſes ἀμνηστίαν dicũt

per eum: & per liberos eius cũ præſtantiſſimis ci
uibus confirmata eſt. Atq; prĩcipiis his reliqua
conſentiebant. Ad liberationes eas quas habebat
domi de. R. P. Principes ciuitatis adhibebat: ad
hunc ordinẽ res optimas deferebat: Sũma cũ di
gnitate & cõſtantia reſpondebat: ad ea quæ quæſi
ta erant. Nihil tum niſi quod erat notũ omnibꝰ:
in. C. Cæſaris cõmentariis reperiebatur. Num q
exules reſtituti? Vnum aiebat: præterea neminẽ.
Nũ immunitates datæ? nullæ reſpõdebat. Aſſen
tiri etiam nos. Ser. Sulpitio clariſſimo uiro uo
luit: ne qua tabula poſt Idus Martias ulliꝰ decre
ti Cæſaris: aut beneficii figeret. Multa prætereo:
eaq; præclara: ad ſingulare. n. M. Antonii factũ
feſtinat oratio. Dictaturam quæ uim iam regiæ
poteſtatis obſederat: funditus ex Re. pu. ſubſtu
lit: de qua ne ſentẽtias quidem diximus: ſcriptũ
S. C. quod fieri uellet: attulit. Quo recitato au
ctoritatem eius ſummo ſtudio ſecuti ſumꝰ: eiq;
ampliſſimis uerbis per. S. C. gratias egimꝰ. Lux
quædam uidebatur oblata: non modo regno qđ
pertuleramus: ſed etiam regni timore ſublato:
magnumq; pignus ab eo Rei. P. datum: ſe libe
ram ciuitatem eſſe uelle: Cum dictatoris nomen
quod ſæpe iuſtum fuiſſet: propter ꝑpetuæ dicta

Multi auctores: Valerius libro
quarto. titulo de moderatione.
Probus Aemilius in uita Thra
ſybuli. Trogus libro q̃nto grę
cum uerbũ ἀμνηστία hoc eſt
obliuio iniuriarum. Liberos
eius: Brutus & Caſſius cũ mul
ta ꝓ concordia in ęde Telluris
uerba feciſſet Antonius: uiſuſq;
eſſet recto conſilio ac ciuili ani
mo uti eũq; oẽs collaudaſſent: e
Capitolio: quod occupauerant
principũ ſuaſu in forum deſcẽ
dere: miſſis prius ab Antõio &
Lepido liberis: qui obſides pro
illis eſſent: Cũq; unũ dũtaxat fi
liũ miſerit Antonius: liberos di
cit. nam quod. A. Gelius quoq;
docet liberi multitudinis nume
ro etiam unũ ſignificat & tã fœ
minam q̃ marẽ. quod a Lepido
quoq; factũ eſt: uni tribuit An
tonio. Domi: de actis & com
mentariis Cęſaris. Hunc or.
ſenatoriũ. Res optimas: đ q
bus ſenatores deliberarent.
Cõmentariis Cęſaris: ſũt cõ
mentaria libri: in quibus nudę
res ſignãtur: & quędam initia
dũtaxat. Seneca in declamatiõi
bus. Sine cõmentario nunq̃ di
xit: nec cõmentario contentus
erat in quo nudę res ponũtur.
Ci. in Bruto. Nõ ẽ oratio: ſed ca
pita reꝝ & orõnis ꝯmẽtariũ. Dr̃ cõmẽtariũ & cõmentarius. A. Geliꝰ. ẽ adeo ꝓbi grãmatici
ꝯmẽtariꝰ ſatis curioſe factꝰ. Nũ q ii: ac ſi diceret nulli: plures. n. poſtea ſũt reſtituti: multi
eiecti ĩ cęſaris cõmẽtariis mĩme notati: & ut eiicerẽt deſcripti. Vnũ: reſtitutũ eẽ ex cęſaris
cõmentariis. Nũ ĩmunitates datę: ſic ex Antonio quęrebatur a quopiam. Seruio Sul.
ĩuris prudẽtiſſimo & eloq̃ntiſſĩo. Decreti: quo aliq̃d alicui adimeret. Bñficii: quo aliq̃d
alicui ꝯferret: Vel decreti in repu. beneficii ĩ ꝓuata. Quę ui iã: nã Sylla ꝓus: ide Cęſar ꝑ
petuã ſibi dictaturã aſſũpſerũt. Obſederat: ñ potuit aptiore uti uerbo: hoc eſt occupaue
rat. Regno: cuius nomen & inimicum libertati: & romanis inuiſum: nam re uera rex fu
erat Cęſar: & regia uſus poteſtate: etſi dictatoris tenuerat nomen. Fuiſſet: Non niſi ĩ ma
gno reipu. diſcrimine creari dictator conſueuit: ſtatim re perfecta ob quam creatus fuerat
dictatura ſe abdicabat: neq; ultra ſex menſes retinere illam fas erat. Sũma ei fuit poteſtas: a
qua nulla erat ꝓuocatio ad alium magiſtratum: in caput ciuis romani aĩaduertebat: oĩſq;
reſpublica penes illam erat: q futuros dictaret magiſtratus appellatum eſſe dictatorẽ Var
ro ait. Alii q eius dicto audientes eſſent omnes. Sępe dictatura utiliſſima reipu. extitit: cũ

UVA. BHSC. IyR_187

turæ recētē mēoriā fūdit⁹ex.R.P. ſubſtuliſſꝫ li
berat⁹ cædis ꝑiculo paucis p⁹ dieb⁹ ſēat⁹ uncus
īpact⁹ ē fugitiuo illi q.C.Marii nomē īuaſat:at
qꝫ hæc oīa cōmūiter cū collega.alia porro ꝓpria
Dolobellæ: quæ niſi Collega abfuiſſꝫ : credo eis
fuiſſe futura cōmūia. Naꝫ cū ſ̄pet ī urbe īfinitū
malū:idqꝫ manarēt ī dies lati⁹:iideqꝫ buſtū ī foro
facerēt: q illaꝫ īſepultaꝫ ſepulturaꝫ effecerant: &
quotidie magis magiſqꝫ ꝑditi hoīnes cū ſui ſimi
lib⁹ ſeruis tectis ac tēplis urbis minarēt:talis ani
maduerſio fuit Dolobellæ:cū in audaces ſcelera
toſqꝫ ſuos:tū ī ipuros & nefarios liberos:taliſqꝫ

alicuius uiri conſilio & opera:metus diſcuſſus eſt:ſedato bello:hoſteſqꝫ repreſſi.L.Quin
tius Cincinnatus:quē trepida ante boues dictaturam induit uxor.Bello Sabino & Volſco
obſeſſo ad Algidū Minutio Conſ.uictis hoſtibus ſextodecimo die:poſtq̄ acceperat dicta/
turam depoſuit:ad agriculturam reuerſus.Iterum.xx.annis poſtea dictator creatus diffi/
cillimo:& periculoſiſſimo reipu.tempore:Spu:Melio oppreſſo:qui regnum affectabat di/
ctatura ſubito abiit.Idem & Ca
millus bello gallico: idē & alii
complures uariis temporibus
belliſqꝫ & ꝑiculis diuerſis prę/
ſtitere: ſemper utilis reip.dicta
tura fuit:anteq̄.L.Sylla: & Iuli
us Cęſar ſub dictatoris nomie
tyrannidem arriperent:& hone
ſtum prius nomen impotentia
& diuturnitate corrumperent.
Regno:regia poteſtate: qua
per omnia uſus eſt Cęſar. Re
gni timore:ſublata penitus di
ctatura. Vncus impactus eſt:
nam unco tractus eſt: & in Ge/
monias abiectus: qui puniendi
dānatos rōanis mos fuit. Oui/
dius i Ibin.Perqꝫ uias urbis po
pulo plaudente traheris:Infixuſqꝫ tuis dentibus uncus erit.Tranquillus.Nemo punitoꝝ
non in Gemonias abiectus:uncoqꝫ tractus in Tiberio.Erant autem ſcalę Gemonię ad ru
pem Tarpeiam:unde Damnati in Tiberim deiiciebatur:ſic a Gemonio quodam dictę: qui
primus eſt deiectus.Per hunc autem:quem fugitiuum uocat.C.Amatium ſignificat: qui
humillimę ſortis homo:ut ait Liuius: prioris Marii filium ſe falſo prędicabat.Cumqꝫ ob
hanc ſimulationem.C.Cęſaris putaretur affinis:nam.C.Marius Iuliam habuit uxorē:Iu/
lii Cęſaris amitam:& eius interitū ferret permoleſte:plebem ad res nouas moliendas ſolli
citabat:& ſenatui cędem minabatur.Aram uero ante rogū Cęſaris in foro coſtituerat:col
lectaqꝫ audacioꝝ manu iis qui effugerant in Capitoliū tremendū ſe prębiterat:quoꝝ non
nulli in ꝓuincias quas ſortiti erant uiuo Cęſare abierūt.D.Brutus in ciſalpinā Galliam:
Trebonius in Aſiā:quę circa Ioniam eſt:Tullius Cimber in Bithiniā:Caſſius &.M.Brut⁹
quibus ſenatus plurimū fauebat:ſortiti & ipſi ſequētis āni ꝓuincias:Syriā Caſſius: Mace/
doniā Brutus:Cū urbani prętores adhuc eſſent:neceſſitate adeſſe in urbe cogebant: lege
ꝓhibuerūt:ne cui itra.xx.ānū ꝓuincię admiſtratio ꝯferri poſſet.Exort⁹ ē rumor Amatiū
ipſū cū his agitare ꝯſilia:& ātonio una īſidiari:q̄re mot⁹ ātoni⁹ i eos ꝑus iuect⁹ Amatiū cę
pit & ꝑdidit nullo iudicio exhibito audacter admodū:qđ op⁹ut arduū iniquūqꝫ ſenat⁹ad
mirat⁹ ē:hitaqꝫ utilitatis rōne diſſimulāter tulit:intelligēs abſqꝫ h⁹mōi audacia q ad Brutū
ꝑtinebāt:& Caſſiū i tuto collocari nō potuiſſe.Sꝫ & milites & popul⁹Amatii deſiderio:ob
quē re uera ātōius populo accept⁹fuerat:dolore nimio affecti ut q ab ātōio ſpnerēt: forū
clamorib⁹oppleuere:ꝓbra i ātoniū iaciētes:magſ̄rat⁹quoqꝫ adhortātes:ut Amatii loco arā
quā dixi frequētarēt:& cęſari i ea ſacra facerēt:ſꝫ ab ātonii militib⁹foro ſūt pulſi. Et iccir
co lōge maiori affecti īdignatiōe uociferebāt.Aliq ex cęſaris amicis imagies ei⁹ ꝓferebāt
& i ignē mittebāt: quoad miſſis ab ātōio militib⁹:reſiſtētiū alii occiſi:alii capti ſūt:ſ̄ui qdā
cruci affixi:liberi ñnulli ex alto quodā loco ꝑcipites dati:quo pacto ſedati tumult⁹ſꝫ odiū
ingēs ex magna populi beniuolētia i ātoniū ꝯflatū.hęc fere Appian⁹. Cōiter cū collega:
ab ātōio fcā ꝑiter cū collega Dolobella. Cū ſerpet:poſt trucidatū amatiū. Iideqꝫ buſtū:
q amatiū erāt ſecuti.hoc pp cęſaris imagines dicit i foro ꝯcrematas. Qui illā ſepulturā
ꝛc.nā quotidie aliquā cęſaris cremabāt imaginē tanq̄ cremat⁹ iā nō eēt. Quottidie:poſt
crematū cęſarē. Talis aiaduerſio:Appianus Antōio tribuit:quę Cicero Dolobellę: Sūt
alia quę Dolobella fecit ſine collega:quę cōia inqt fuiſſēt cū ātonio niſi abfuiſſet ātoni⁹



UVA. BHSC. IyR_187

euerſio illius execratæ columnæ : ut mirum mihi uideatur tam ualde reliquum tempus ab illo uno die diſſenſiſſe. Ecce enim Kal. Iunii quibus ut adeſſemus edixerat: mutata omnia : nihil per Senatum : multa & magna per ipſum & abſente populo & inuito. Conſules deſignati ſe audere negabant in Senatũ uenire: patriæ liberatores urbe carebant: ea cuius a ceruicibus iugum ſeruile deiecerant: quos tamen ipſi Conſules & ĩ contionibus: & in ſermone laudabant. Veterani qui appellabantur : quibus hic ordo diligentiſſime cauerat : non ad conſeruationem earum rerum q̃s

Dolobella iis qui in Cęſarem coniuraſſent ignoſcendum eſſe prędicauit: & dolere ſe ꝙ ipſe quoq; manu a cęſaris cęde quando uoluntate minime abfuiſſet. Dolobellę tunc maxime omnes confidebant: quem quia iuuenis & conſ. aduerſaturum Antonii conatibus exiſtimabant: deſcendere e Capitolio Brutus & Caſſius: & in media conſiſtentes multitudine nihil timidum locuti ſunt: populum uero adhortati: ut ſuos imitari maiores uellet: Qui reges non ui ut Cęſar: ſed lenitate & legibus imperantes : paſſi tamen non fuerant. Hęc & plura cum dixiſſent cõfeſtim in capitolium: non ſatis fidentes rebus pręſentibus ſe recepe. Antonius uero: & Lepidus ſimulata cum interfectoribus concordia: & pacem pollicẽtes: ſed ulciſci Cęſarem uehementer cupientes: effecerunt ut cęſaris teſtamentũ. L. Piſõe ſocero eiuſdem poſtulante aperiret: apertum recitatumq; eſt in Antonii domo. Funus inuitis pluribus ex ſẽatoribus: & in primis Caſſio: & ſi Brutus non abnuebat : indictum eſt: Rogus in campo Martio extruct⁹ iuxta Iulię tumulum: ꝑ roſtris aurata ędes: ac ſimulacrum templi Veneris genitricis collocata : itraq; lect⁹ eburneus auroq; ac purpura ſtratus: ad caput tropheum cum ueſte in qua fuerat occiſus. Pronunciauit Antonius per pręconem ſenatus conſultum: quo omnia ſimul ei diuina atq; humana decreuit. Concrematum cadauer eſt in foro ante curiam congerente turba arida uirgulta cũ ſubſelliis & tribunalibus: Nã rogus in campo Martio extructus fuerat: & cum uarię eſſent ſententię ubi cremandus Cęſar eſſet: repente duo quidam gladiis ſuccincti: ac bina iacula geſtantes: ardentibus cęreis ſuccenderunt: laudatiõe quam habuit ſic plebem accendit Antonius: ut confeſtim a funere ad domum Bruti & Caſſii tetenderit: ęgreq; repulſa fuerit. Tunc mirifica apparuit Dolobellę opera in reprimenda perditoꝶ audacia. Illius execratę colunnę : quam ſolidam prope. xx. pedum lapidis Numidici illi iidem Amatii ſectatores: & plebs in foro erexere: ſcripſereq; parẽti patrię : apud quã longo tempore ſacrificare: uota ſuſcipere: controuerſias quaſdam: interpoſito per Cęſarẽ iureiurando diſtrahere perſeuerare: ut ait Tranquillus. Ab illo uno die: quo ſcelerati repręſſi: & colunna a Dolobella euerſa. Ecce enim: Ciceronis eſt in rebus improuiſis hac particula uti: ut in Verrem. Ecce autem repente ebrio Diomede: eſurientibus cunctis Quod cum cura Virgilius & legit & tranſtulit: ut ait Aſconius: Ecce autem gemini a Tenedo: Et ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum. Edixerat: Antonius: & ꝓprio uſus eſt uerbo: magiſtratuum enim edicere eſt: hoc eſt iubere : unde edicta conſulum : ac prętorum. Per ipſum: Antonium. Conſules deſignati: Hirtius & Panſa calendis Ianuarii proximis conſulatum inituri. Patrię liberatores : qui abierant in prouincias : ut dictum eſt. Cuius a ceruicibus : effictio eſt : nam rei inanimatę dat quod eſt animatę: ceruices ſcilicet urbi. Et in contionibus : conuentu populi & multitudine in loco publico. In ſermone: in loco priuato: & inter amicos. Veterani: Cęſaris milites qui eum in bellis ſecuti fuerant: & tunc partim in Macedonia: partim ad Brunduſiũ erãt.

Cauerat: proſpexerat eorum laboribus premiis conſulens: & aſſignatis agris. Quas

UVA. BHSC. IyR_187

habebant: poſſidebant aſſignatas a Cęſare & ſenatu. Incitabantur: ab Antonio & Lepido ad bona interfectorum diripienda. Audire mallem: nam quod ipſe ait Cicero in epiſtolis: Lentius in animum deſcendunt quę audiuntur: q̃ quę uidentur: minuſque commouent. Ius legationis liberum: oblatum a Dolobella: qui in Syriam proficiſcebatur.
Liberum: poteram enim pro meo arbitrio legatus proficiſci: uel non. Senatus cogendi: tunc enim non cogebatur: nam pro ſua libidine cuncta gerebat Antonius: fore uero ſperabat Cicero: ut Conſſ. Hirtio & Panſa: & ipſe aliquid in Senatu auctoritatis haberet & Senatus per conſules cogeretur: cum prius domi Antonii abſente ſenatu & populo etiam inuito omnia agerētur.
Non ſine cauſa: timebat eniꝫ inſidias & Cęſaris ueteranos: qui ad Brunduſium ciuitatem Iapygię in Calabria erant: quā Cretenſes habitaſſe memoriae proditum eſt: Qui e Gnoſſo cū Theſeo diſceſſerūt: Portus brūduſinus commodiſſimus eſt: multi ore uno includūtur: qui nulla fluctuum agitatione turbantur: cum interim ſinus excipiant: ut forma ipſa cerui cornibus ſimillima ſit: unde nomē inditum. Locus enim cum urbe: ceruino capiti maxime eſt comparandus: & Meſappiorū lingua Brunduſium Cerui caput nomiatur: Strabo auctor. Brunduſio ſoluebant Romani in Gręciam & Aſiam nauigaturi: redeunteſqꝫ inde Brunduſiū appellabant. Syracuſas: urbs eſt Sicilię: quam Archias e Corintho nauigans condidit: & agri fœlicitate: & naturali portuum commoditate inſignis. Tribus annis obſeſſas Marcus Marcellus expugnauit: & diripuit: tantum ut mulieribus & templis parceretur edixit. Tranſmiſſio: tranſitus & traiectio: Tranſmittere tranſire. Virgilius. Alia de parte patentes Tranſmittūt curſu cāpos. Coniunctiſſima: omnis Sicilia fuit Ciceronis aut ſtudioſiſſima: propter quęſturam illic integerrime adminiſtratam. Neceſſarios: amiciſſimos Siculos. Leucopetram quod eſt promontorium Agri Rhegini: Quid mirum ſi ſuperior locus librariorum & litteratorum negligentia tam inſigne mendum accepit: ut uinctus pro uncus ſcriberetur: Cum hic locus: quem ēt indoctis apertum eſſe conueniebat: tam temere ſit deprauatus. Quis enim ignorare potuit Leucopetram non Sicilię: ſed Italię & Calabrię: atque Agri Rhegini promontorium eſſe: ipſa indicant Ciceronis uerba. Ait enim Leucopetram ex Sicilia relatum ſe uentis: cum Agri Rhegini ſcribendum fuerit: ſicut & Cicero ſcriptum reliquit: Agrigentini ſcriptū ab imperitis eſt. Leucopetra Calabrię eſt promontorium: ſic a colore uocatum: Album enim apparet: e Rhegio ad oriētem nauiganti occurrit per ſtadia. L. ubi mōtis Appēnini finē eē dicūt: Strabo.

habebant: ſed ad ſpem nouaꝝ prædaꝝ īcitabant. Quæ cum audire mallem: quam uidere: haberēqꝫ ius legatiōis liberꝝ: ea mēte diſceſſi: ut adeſſeꝫ Kal. Iañ. qđ initium Senatus cogendi fore uidebatur. Expoſui. P. C. profectionis conſilium. Nunc reuerſionis quæ plus admirationis habet: breuiter exponam. Cum Brunduſium iterqꝫ illud quod tritum in Græciam eſt: non ſine cauſa uitauiſſem: Kal. Sextilibus ueni Syracuſas: ꝙ ab urbe ea tranſmiſſio ī Græciam laudabatur. Quæ tamē mihi urbs coniunctiſſima plus una me nocte cupiens retinere: non potuit. Veritus ſum ne meus repentinus ad meos neceſſarios aduentus ſuſpitionis aliquid afferret: ſi eſſem cōmoratus. Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetraꝫ: quod eſt promontorium agri rhegini uenti detuliſſent: ab eo loco conſcendi: ut tranſmitterem: nec ita multum prouectus: reiectus auſtro ſum in eum ipſum locum unde conſcenderam. Cumqꝫ

UVA. BHSC. IyR_187

Intẽpeſta:ĩnactuoſa nonñ habens idoneũ tẽpus rebus gerendis. In uilla: quę iñ agro erat Rhegino. Comitis:q Ciceronis cõeſerat itieris:& idẽ familiaris atq; hoſpes. Is ẽ.P. Valerius:ad quẽ eſt Ciceronis epiſtola libro primo ad Lentulum.Cuius initiũ eſt.M.Tul lius Cicero.Publio Valerio iuris Conſ.ſalutem dicit. Cur enim tibi hoc nõ gratificer ne ſcio.Cum non eſſet:quoniã pa℞ peritus iuris:uideri tamen uolebat:& uocari iuris cõſul/ tus:quod in epiſtola quę ẽ i pn cipio.iii.libri ad appiũ pulch℞ meli⁹cognoſcit. Municipes Rhegini:ex rhegio municipio: qd ſint municipes.A.Gelli⁹do cet li.xv.cap.xiii.Rhegiũ uero chalcidẽſes cõdidere: qui cũ ex oraculo decũati apollini obla/ ti fuiſſẽt:e delphis eũ deduxiſſe colõiã ferũt aliis ſecũ aſſũptis: ſic dictũ ẽ quõiã eo loci ꝯditũ ſu it:ubi terremotu Sicilia ẽ ab ita lia auulſa iteruẽiẽte ãguſto fre/ to ῥηγνύσθαι frãgi ẽ. Roma: hoc ẽ a roma. Recẽtes:q nup uẽerãt ab urbe. Accipio:itelli go.Virg.Accipe nũc danaũ iſi dias. Cõtionẽ:orõnẽ hitã i ſẽa tu:q̃ ſex.põpeiũ ex hiberia acci ri ſuaſit:ubi aduerſ⁹ Cę.ꝓtores bellũ gerebat:eiq;p pr̃nis bõis i publicũ r̃dactis:uicies & qnq̃ gies.x.mille drachmas atticas i pẽdi:maris quoq; ꝑſidiũ iſtitui deber̃:queãdmodũ & parẽs ei⁹ oli extitiſſet: rebuſq; igruẽtib⁹ rõanorũ claſſe ubicũq; ea eſſet uti poſſe. Sẽat⁹ ſingula admira tus ꝯceſſit:ãtoniũq; p uniuerſã diẽ laudib⁹ imẽſis extulit.nõ.n qſpiã magno popularior fuiſ/ ſe uidebat̃.q̃ob rẽ deſiderabat̃ ab oib⁹.Caſſi⁹porro & Brutuſ q ex põpeiãa factõe eẽ dicebãt̃:Tũc qdẽ i hõre hiti:ſalutẽ idubiã adipiſci putabãt̃. Senat⁹ ãtõio ꝯceſſit:ut ꝯtra uulgi iſidias cuſtodiã corpi adhiberet.Ille uero ad ſex milia militum coegit:in qb⁹ eos q ſub cęſare militarãt:& ordines dixerãt:q̃ multitudie eẽ formidoloſus poſtea cępit oib⁹. Qua lecta:ẽ.n.i ſcriptis ad Ciceronẽ plata. Edictũ Bruti & Caſſii: q ꝓtores erãt urbani.fuit aũt hoc edictũ:ne cui ĩfra.xx.ãnũ ꝓuitię admiſtratio dari poſſet: qđ ĩiquo aio tulerat ãtoni⁹:erepta ſibi adoleſcẽtib⁹:q audaciores ſolẽt eẽ:gratificãdi ptãte

Remiſſis Galliis:qua℞ Ciſalpina.D.Bruto cũ trib⁹ legiõib⁹.Trãſalpina munatio Plã/ co obtigerat.Sed ciſalpinã macedõię loco:quę ei obuenerat ꝯcedi a ſenatu poſtulabat ãto ni⁹:id aio agitãs a cęſare e gallia redeũte Põpeiũ opꝑſſũ:ſẽatus piculũ aiaduertẽs ſollici tus cępit eẽ:& ſubeẽ iſidias itelligẽs miſit q nũciarẽt.D.Bruto ꝓuitiã retieret exercitũ aliũ ſcriberet quo ãtõio obſiſteret. Veliã deuectus:oppidũ i agro lucão Velia ẽ: quã ex terra Phocide fugati ab Harpalo regis cyri ꝑfcõ ꝯdiderũt:auctor.A.gelius.gręci heleã dñt:quo niã ĩtra paludes ſita ẽ:q̃s illi ἕλη uocãt:cũ iſolẽtior fieret idies ãtõiuſ magis magiſq; timẽ dus eẽt:Brut⁹q;& caſſius tutũ nihil ĩtuerẽt̃:etſi urbãi ꝓtores ueluti ꝓuati tñ degebãt iclia/ bãtq; ad fugã:quo℞ uolũtate cognita:ſẽat⁹eis frumẽti ex oib⁹ locis ꝯuehẽdi curã iiũxit ut ſub hõris ꝑtextu urbe excederẽt:& mĩme uiderẽt̃ effugere:ergo Velię Ci. offẽdit Brutu;.

ĩtẽpeſta nox eẽt manſiſſẽq; ĩ uilla.P.Valerii co mitis & fãiliaris mei:poſtridieq; apđ eũdẽ uẽtũ expectans manerẽ:mũicipes rhegini cõplures ad me uenerũt:ex iis qdẽ roma recẽtes a qb⁹ primũ accipio.M.Antõii cõtionẽ:q̃ ita mihi placuit ut ea lecta đ r̃uerſiõe primũ cœpi; cogitar̃:nec mul to poſt edictũ Bruti afferr̃ & caſſii:qđ qdẽ mihi fortaſſe ꝗ eos ẽt pl⁹ Rei P u. q̃ familiaritatis gr̃a diligo:plenũ æqtatis uidebat̃. Addebãt præterea fit.n.plerũq; ut ii q bõi qd uolunt afferre:affin/ gant aliqd:quo faciant:id qđ nũciant:læti⁹: Rẽ pu.cõuenturam Kl.Sextilib⁹. Senatũ frequẽtẽ fore.Antonium repudiatis malis ſuaſoribus:re/ miſſis Galliis prouintiis:ad auctoritatẽ Senatus eſſe rediturum: tũ uero tanta ſum cupiditate in/ cenſus ad reditum:ut mihi nulli neq; remi:neq; uenti ſatiſfacerent:nõ quo me ad tempus occur/ ſurum putare;:ſed ne tardius:q̃ cuperẽ Rei Pu. gratularer. Atq; ego celeriter Veliam deuectus Brutum uidi:quanto meo dolore non dico: tur pe ipſi mihi uidebatur in eam urbem me audere reuerti: ex qua Brutus cederet: & ibi uelle tuto eẽ:ubi ipſe ñ poſſ;.Neq; uero illũ ſimiliter:atq; ipſe eram:cõmotũ eẽ uidi.erect⁹.n.maximi atq;

UVA. BHSC. IyR_187

Pulcherrimi facti conſcientia: quod Cęſarem occiderat: & patriã ſeruitute & tyrãnĩ liberauerat. L. Piſonis: cuius filiam Calfurniam uxorem habuit Cęſar. Is. L. Piſo ſua/ ſerat deponenda arma: ad ſenatus auctoritatem omnia referenda: libertatem conſeruan/ dam: longa uero oratione Antonii accuſauerat impotentiã: & de mutata uolũtate erat con queſtus pluribus. Magno animo hortatus fuerat: ut ei occurreretur. Et ut. C. Octauiꝰ quẽ Iulius in familiã nomẽq; eiꝰ ad/ optauerat: reuocaret: Qui An tonii audacię: & conatibus ob iiceret. In primis uel ſolꝰ potiꝰ diſſuaſit parentalia cum ſuppli cationibus Iulio decernẽda: qđ rettulerat & uolebat Antonius magna contentione multis cõ/ tra diſſeruit rationibus. Sed pa rum eſt adiutus ab iis a quibus uel in primis debuerat. Cicero in epiſtola ad Caſſium. Ita nec Piſoni: qui in eum primus inue ctus ẽ: nullo aſſentiente: nec mi hi qui idem trigeſimo poſt die feci: nec P. Seruilio: qui me eſt conſecutus tuto in ſenatum ue nire licet: Cędem enim gladia tor quęrit. Is tñ. L. Piſo poſtea ãtonii abſẽtis defenſor ꝯtra Ci ceronem extitit. Sed ut ſi qđ mihi hũanitꝰ ꝛc: loci huiꝰ enar/ ratio apud. A. Gelium eſt libro duodecimo. nocti. Atti. ca. pri mo. Conſiderãdum is putat: an utrunq; idẽ ualere uoluerit Ci/ cero fatũ atq; naturam: an diui ſerit ſeperaueritq;: ut alios ca/ ſus natura ferre uideatur: alios fatum: & maxime inquirendũ id qua ratione dixerit: Accidere multa humanitus poſſe pręter fatum; quando ſic ratio & ordo & inſupabilis quędam neceſſitas fati conſtitui tur: ut omnia intra fatũ claudẽda ſint: niſi illđ ſane Homeri ſecutus ẽ: μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον ἄϊδος εἰσαφίκηαι Violentã inquit idem mortẽ ſignificauit: quę accidit pręter naturã: pręterq; fatũ. Virgili us de Elyſa. Nam quia nec fato merita nec morte pibat Sed miſera ante diẽ. Tanquã in fa/ ciendo uitę fine: quę uiolenta ſunt: non uideantur e fato uenire. Demoſthenis uerba ideꝫ fere ſignificant in oratione περὶ ςεφάνου. i. pro corona ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομί ζων μόνον γεγεννῆσθαι τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνα τον περιμένει, ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλῶ ουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει: qđ Ci. fatũ atq; naturã uideť dixiſſe: id multo añ De/ moſthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον. i. fatalẽ & ſpõtis ſuę mortẽ appellauit. Vtriuſq; ꝯſilli: ꝓfectõis & reuerſiõis. Cõfido: credo: tũ i ꝑterito ut hic: tũ in pñti: ut Cic. in ꝓncipio de offi. q̃q̃ a Cratippo nr̃o ꝓncipe huiꝰ mẽorię philoſophoꝝ hęc te aſſidue audire atq; accipe ꝯfido: in futuro ita fore ꝯfidimꝰ. De heſterna ꝛc: q mina tus in ſenatu ẽ: cũ rediiſſet Cicero: & i eo ordine nõ affuiſſet: miſſuꝝ ſe fabros: q domũ de/ moliret: & milites q iuitũ traherẽt: poſtea uero acceptis pignoribꝰ: reliq̃ ui abſtinuit. An nibal credo ꝛc: qui poſt Cãnenſem pugnã caſtra poſuit ad Anienẽ ad tertiũ ab urbe lapi dẽ: urbẽ obequitauit: & haſtã itra rõana mœnia iecit: quo tpe magna Romę trepidatio fuit.

pulcherrimi facti ꝯſciẽtia: nihil đ ſuo caſu: mul ta đ noſtro q̃rebať: ex quo primũ cognoui quæ Kl. Sextilibꝰ i ſẽatu fuiſſꝫ. L. Piſõis oratio: q q̃q̃ parũ erat: id. n. a Bruto audieraꝫ: a qbꝰ debuerat adiutꝰ: tñ & Bruti teſtimõio quo qđ põt eſſe gra uiꝰ!& oĩuꝫ prædicatõe quos poſtea uidi: magnaꝫ mihi uidebať gloriam cõſecutus. Hunc igiť ut ſequerer properaui: quem præſentes non ſunt ſe cuti: non ut proficerẽ aliquid. neqꝫ. n. ſpabaꝫ id: nec proficere poteram: ſed ut ſiqđ mihi humani tus accidiſſet: multa aũt impẽdere uidebanť præ ter naturam etiam: præterqꝫ fatũ: huius diei uo/ cem teſtem Rei pu. relinquerẽ meæ perpetuæ er ga ſe uoluntatis. Quoniam utriuſqꝫ cõſilii cau/ ſam. P. C. probatam uobis eſſe confido: priuſq̃ de Re. pu. dicere incipio: pauca querar de heſter na. M. Antonii iiuria: cui ſum amicus: idqꝫ me nõ nullo eiꝰ officio debere eẽ: præ me ſemp tuli: quid tandẽ erat cauſæ cur in Senatũ heſterno die taꝫ acerbe cogerer! Solꝰ ne aberã! An ñ ſæpe minꝰ frequẽtes fuiſtis! an ea res agebať: ut ẽt ægrotos đ ferri oporterẽt! Annibal credo erat ad portas: aut

UVA. BHSC. IyR_187

de Pyrrhi pace agebatur? ad quã ẽt cauſã Appiũ illũ & ſenẽ & cæcũ delatũ eſſe memoriæ proditum eſt: De ſupplicationibus referebat: quo ĩ genere Senatores deeſſe nõ ſolent: coguntur enĩ nõ pignoribus: ſed eorũ quorum de honore agitur gratia: quod idẽ fit: cum de triumpho refertur: ita ſine cura Cõſules ſunt: ut pene liberũ ſit Senatori non adeſſe. Qui cum mihi mos notus eſſet: cunq̃ e uia languerem: & mihimet diſplicerem: miſi pro amicicia qui hæc ediceret. At ille uobis audientibus cum fabris ſe domum meam uenturum eſſe dixit: nimis iracunde hoc quidẽ: & ualde intemperanter: Cuius enim maleficii iſta poena eſt: ut dicer in hoc ordine auderet: ſe publicis operis diſturbaturum publice ex Senatus ſentẽtia ædificatam domũ? Quis autem unquam tanto damno Senatorem coegit? aut quid eſt ultra pignus: aut mulctam? qui ſi ſciſſet quam ſententiam dicturus eſſem: remiſiſſet aliquid profecto de ſeueritate cogẽdi. An me cẽſetiſ. P. C. qđ uoſ inuiti ſecuti eſtis: decretũ fuiſſe ut parentalia

De Pyrrhi pace: hic epirotarum rex fuit accerſitus a Tarentinis: pro illis aduerſus Romanos uario euentu bella geſſit ad. xx. ab urbe lapidem caſtrametatus eſt: cum de pace cũ eo ageretur & potentiorum per Cyneam legatum fauor quęreretur. Appius ſenex & cęcus lectica in ſenatum latus: turpiſſimas conditiones magnifica oratiõe diſcuſſit. Vſus uerbis quę ex Ennio recitauit Cicero in Catone maiore: Quo uobis mentes rectę: quę ſtare ſolebant. Antehac: pcipiti ſeſe uertere ruina? Luminibus captus ẽ quoniã potitios ut Herculis ſacra publicos ſeruos edocerent perſuaſit. De ſupplicationibus: decernendis una cũ parentalibus in honorem Iulii: cum tamen ex ueteri more & ſemper cuſtodito duorũ trium aut plurium dierum pro re ab aliquo bene geſta decerni ſolerent: & pręuię eſſe triumphi plerũq;: ibant autem ſacerdotes per urbem: templa adeuntes: ſupplicãtes diis & gratias agentes. Quotiens autem de ſupplicationibus referendum erat: ab amicis illius cuius gratia decerni poſtulabãtur ipſę ſupplicationes: in ſenatum precibus ſenatores conuocari ſolebant. Gratia: cauſa. De triumpho: cuipiam decernendo. Sine cura: cogendi per uiatorem ſenatores: quando de ſupplicationibus aut triũpho agendum: nam cogendi laborẽ illis ipſis relinquũt: quorũ de honore agitur. Ex uia lãguerem: ex itinere feſſus eẽm. Fabris: demolitoriis. Multiplex enim faber eſt: lignarius: ferrarius: lapidarius. Diſturbaturum: demoliturum. Publice ex ẽc: infeſtante. P. Clodio Tribuno: & Piſone ac Gabinio Conſſ. cum poſſet armis cõtra uim defendere ſe: cędere maluit Cicero: media nocte urbem egreſſus: exul factus eſt: Villę eius incenſę: uaſtati agri: bona ſub haſta uendita: domus diruta: & quo ſolum quoq; auferretur: Aedes libertatis in area exędificata. Reſtituto decimo & ſexto menſe poſt: domus publica impenſa reędificata: in quam & ſi numini ſacrata fuerat Ciceronem pontifices: Conſſ. pręrores collocauerunt: quod in oratione contra. L. Piſonem ipſe ait. Aut quid: duobus modis cogi ſenator poteſt: ut uel pignus ab eo auferatur: uel mulcta: hoc eſt pecuniaria pęna irrogetur. Samnitum uocabulum mulctam dicit eſſe Varro: & ſpecialis peccati eſſe: cuius animaduerſio pecuniaria ſit: cum poena generalis exiſtat. Vt parẽtalia cum ſupplicationibus miſcerentur: ut in Cęſaris honorem quot annis parentalia ſimul: & ſupplicationes certo die celebrarentur. Sunt autem parentalia iuſta mortuorum: & parentare eſt pro mortuis parentibus: omnes uero maiores in infinitum parentes uocari Caſſius ait iurecõſultus. Sacrificare apud ueteres rõanos: ſicuti nũc a nobis nouẽbri mẽſe. xii. calẽdas februarii pẽtalia celebrari pro mortuis ſolita ſũt: qđ Ouidius tradit in faſtis.

parentalia dicta sunt a pareo es aut a parentibus

Cũ ſupplicationibus:quas itẽ in Cęſaris honorẽ decerni uolebat: tanq̃ relatus in deos eẽt. Inexpiabiles:quę expiari nõ poſſent:nã nõ ꝑ mortuis decerni ſupplicatiões ꝯſueuere:ſed ꝑ uiuis:nõ ꝑ re triſti:ſed ꝑ lęta ut ꝑ uictoria. Ille.L.Brutus: hoc ſignificare uult:ne.L.qdẽ Brutus a quo ſũt exacti reges & parata urbi libertas:dign⁹ ẽ ad cuius ſepulchũ ſupplicetᷣ:multo min⁹ cęſar:q regio dñatu liberã urbẽ preſſit:ille ꝓfuit pellẽdo tyrãnidẽ:hic obſuit exercẽdo:& ẽ a maiori ad min⁹ argumẽtũ:Si non dignus Brut⁹:multo min⁹ Cęſar. id honoriſ dũtaxat Bruto tributũ:qđ cadauer ei⁹ in foro poſitũ collega Valeri⁹ laudauit:matronę ãno luxerũt:corruptum ſcio locũ & Iuniũ:nõ.L.Brutũ legendũ. Regio dñatu: eiecto Tarqnio Supbo & filiis. Stirpẽ:M.Brutũ: q cęſarẽ occidit.

cum ſupplicatiõibus miſerentᷣ? ut inexpiabiles religiões ĩ Rem pu. ĩducerentᷣ? ut decernerentᷣ ſupplicatiões mortuoꝝ? nihil dico:qs fuerit ille.L. Brutus qui & ipſe regio dominatu Rem Pu. liberauit:& ad ſimilẽ uirtutẽ: & ſimile factũ ſtirpem ĩ ꝓpe quingẽteſimũ annum propagauit.adduci tñ nõ poſſem:ut quenq̃ mortuũ coniũgerẽ cũ deoꝝ ĩmortaliũ religione: ut cui⁹ ſepulchrũ nũq̃ extet ubi parẽtetᷣ:ei publice ſupplicetᷣ. Ego uero eam ſentẽtiam dixiſſem.P.C.ut me aduerſus.P.R.ſi qs accidiſſet grauior Rei pu. caſus:ſi bellũ:ſi morb⁹:ſi fames:facile poſſem deffendere:quæ parti iam ſũt:partim timeo ne ĩpendant. Sꝫ hoc ignoſcant dii ĩmortales ueli:& Po.Ro.q id nõ ꝓbat:& huic ordini q decreuit ĩuit⁹.Quid de reliqs Rei pu.malis licet ne dicere? mihi uero licet:& ſemp licebit dignitatẽ tueri:mortem contemnere:poteſtas modo ĩ hunc locũ ueniẽdi ſit:dicendi periculũ nõ recuſo. Atqꝫ utinam.P.C. Kl.Sextilis adeſſe potuiſſem:n̄ quo ꝓfici potuerit aliquid:ſꝫ ne unus mõ Cõſularis:qđ tũ accidit:dignus illo honore:dign⁹.R.P.ĩueniretur. Qua qdem ex re magnũ accipio dolorẽ hominesᷣ ampliſſimos.P.R.beneficiis uſos.L.Piſonẽ ducem optimæ ſententiæ nõ ſecutos.Iccirco ne nos Po.Ro.conſulares fecit: ut ĩ altiſſimo ampliſſimoqꝫ gradu dignitatis locati Rem.Pu.ꝓ nihilo haberemus? Non modo uoce nemo .L. Piſoni Conſulari: ſed ne uultu quidem aſſenſus eſt. quæ nam: malum: eſt iſta uoluntaria ſeruitus?

Propagauit:extẽdit:ſumptũ a uitibus:ũde & propago. Cum deoꝝ ĩmortaliũ religione: ut ei ueluti diis ĩmortalib⁹ ſupplicemus. Nuſq̃:nullo.n.loco Bruti ſepulchꝝ oñdebatᷣ. Si quis accidiſſet caſus: ꝑꝑ hanc religioné & nouã & ꝑiculoſaꝫ:& ꝑꝑ hoc piaculũ deoꝝ cõmoueretᷣ ira: quia commiſſa in eos ſcelera: peſtilentia:fame:bello ſolẽt ulciſci. Poſſem defendere: & dicere monui ego uos ne faceretis:ut dici ſolet qñ quippiam accidit errore & peccato:quođ nobis ẽ ꝓhibẽtibus cõmiſſum. Iá ſũt:ut bellũ qđ adhuc in Hiſpania gerebatᷣ ꝯtra Sextum Põpeii filiuꝫ a Petreio & Affranio prętorib⁹. Qui id nõ probat:decretas Iulio ſupplicatõesᷣ Huic ordini:ſenatorio. Mihi uero:q libere ſemp dicere ꝯſueui:q nulli⁹ unq̃ ſubire inimicitias ꝑ rep.uerit⁹ ſũ. Libertatẽ tueri:ſiñ q̃ nẽo optet uiuerᷣ:qđ ait Saluſti⁹. In hũc locũ:ſenatũ. Dicẽdi ꝑiculũ:qđ inſtat libere loqntib⁹ & aliquos ĩ quos dr̃ offẽdẽtib⁹. Calẽdis ſextilis:qb⁹ relatũ ab ãtõio ẽ de ſupplicatiõibꝫ & ꝑẽtalibꝫ Iulio decernẽdis. Vn⁹ ꝯſularis:L.Piſo:ꝯſulares erãt q ꝯſulatũ geſſerãt.Maioris aũt habebãtᷣ auctoritatis & prẹrogatiuę in ſenatu. Optimę ſñię:ne ꝑẽtalia & ſupplicatiões Iulio decernerẽtᷣ. Pro nihilo: hoc ẽ ut qd accidat reipu.nõ magnoꝑe curem⁹. Vultu:annuẽdo & indicãdo placere ſibi illi⁹ ſñiaꝫ Malũ:iteriectũ ẽ:frequẽs aꝑ hũc auctorẽ & ĩ hoc oꝑe & ĩ Verrẽ:ſicut nefas aꝑ Virg.ñnũq̃. Volũtaria ſuit⁹:cui ueſtra ſpõte uos ſubiicitis:nemo.ñ.ſua ſpõte ſu⁹ fit: & natura oẽs liberi:& ad libertatẽ ꝓni naſcimur:hęcqꝫ appetitio ñ mõ ĩ hoĩe ẽ q rõnis ẽ ꝑticeps: ſꝫ ĩ brutis ẽt:nã qđ ait Oui.Cũ bñ ſint cauea clauſę pãdiõe natę:Nititᷣ ĩ ſiluas quęqꝫ redire ſuas

UVA. BHSC. IyR_187

Fuerit neceſſaria:q neceſſitate:ut bello ſuituti ſubiicit:ipſa neceſſitatē defendit. Nec ego hoc:nō ego inqt ab oībus ꝯſularibꝰ hoc reqro:ut libere ſicut.L.Piſo loquāt. Multi eni ſūt quoꝝ ſilētio ueniā do:cū aut antonii neceſſitudīe:aut Cęſaris bñficiis loq ꝓhibeāt Sed eos libere nō loq doleo:qbus nulla cū Antonio neceſſitudo:q nulla accepe a Cęſar bñficia. Video.n.eos in populi ro.ſuſpitionē uēire & aliū qdē alia cā uel metu.ſ.uel pmio qd ſe dignum ſit non efficere.

fuerit quædam neceſſaria. Nec ego hoc ab oībus iis deſiderio:q ſñiam loco Conſulari dicūt. Alia cauſa ē eoꝝ:quoꝝ ſilētio ignoſco.alia eoꝝ:quorū uocē reqro:quos qdē doleo ī ſuſpitionē Romani po.uenire:ñ metu qđ ipſuʒ ē turpe:ſʒ aliū alia de cauſa deeſſe dignitati ſuæ. Quare primuʒ maxias gr̄as & habeo:& ago.L.Piſoni:q ñ qd efficere poſſet cogitauit.ſed qd ipſe facere deberet. Deinde a uobis.P.C.peto:ut etiam ſi ſeq minꝰ audebitis orōneʒ atqʒ autoritatē meam:benigne tñ me:ut feciſtis adhuc:audiatis. Primum igit̄ acta Cæſaris ſuanda cēſeo.ñ quo ꝓbē. Quis.n. id qdē pōt? ſʒ qa rationē habēdaʒ maxīe arbitror pacis:& ocii. Vellē adeſſet Antōiꝰ mō ſine aduocatis:ſʒ ut opinor:licet ei minꝰ ualere:qđ mihi heri p illū nō licuit:doceret me uel potiꝰ uos.P.C.queadmodū ipſe Cæſaris acta defēderet. An ī cōmētariolis:& chirographis:& libellis ſe uno auctore prolatis an ne prolatis qdeʒ:ſʒ tantūmō dictis:acta Cæſaris firma erūt? Quæ ille ī æs inci/

Quare primū maxias:dicimꝰ hēo gratiā:ago gr̄as.ſʒ cū utrūq; uerbum iūgimꝰ ago & hēo:gr̄as dicimꝰ:& ñ gr̄am. Quid efficere poſſet:uidebat.n.parū ꝓfuturā ſñiam ſuā:ſed dignuʒ ſe:ſic dicere itelligebat. Auctoritatē:ſñiam & uolūtatē. Benigne audiatis:ē beniuolentie captatio:quā nō in exordio ſoluʒ ſed p totā orōnē colligere ſtudemus. Adhuc:hucuſq;. Primū igit:ſñiam nūc dicit de actis Cęſaris & ſuāda aſſerit queꝫ nō ſuari ab ātōio hoc docet argumēto:q leges cęſaris ñ ſuat is acta eiꝰ nō ſuat:ātoniꝰ leges cęſaris deſtruit:ergo acta cęſaris deſtruit. Nō quo ꝓbē:nō ꝙ laudē & approbē ſeruāda cęſaris acta eē:cū re uera nō ſint ſuāda. Pōt:probare. Pacis cui uel iprimis ꝓſpiciendū ꝯſulendūq; ē. Modo ſine aduocatis:ſcilʒ adeēt:hoc ē ſine opis & militibꝰ:qbꝰ ueluti aduocatis & defenſoribꝰ ſtipatus uenit in ſenatum:& cauſam ſuam tuetur Antonius:quemadmodum priuati cauſas ſuas p aduocatos agunt:quanq̄ inſcitiam Antonii notat fortaſſe:qui ſine aduocatis tueri ſe ac defendere nequiret. Sed ut opinor licet ei minus ualere:locus eſt cum amaritudine:quaſi dicat non licet minus ualere ei:quod mihi heri non licuit. Mihi non licuit afferre excuſationem ꝙ languerem:& mihi met diſplicerem:omnino enim pignora ſunt accepta:nec Antonio licere debet aliquam afferre excuſationem:ꝙ abeſſe hodie debeat. Chirographis: Recitato Cęſaris teſtamento & cadauere in foro ante roſtra cremato:acta eius ſeruari poſtulauit Antonius:eaq; in commentariis relata penes ſe habebat:a Cęſare tradita:in quibus decreta iudicataq;:& multa ad multorum gratiam erant ſcripta:Scribam Cęſaris Faberium nomine fidum in omnibus atq; obſequētem nactus:Vrbibꝰ & dinaſtis ſcribebat:quibuſcunq; depoſcentibus aliquid concedebat:quod libitum erat adddens & detrahens:aliis magiſtratus:aliis immunitates dabat:multos ſenatores faciebat:plures ab exilio reuocabat:eaq; omnia ueluti a Cęſare ante decreta ſe facere prędicabat:quaobrē iocātes romani Antonium & reliquos eiuſmodi Cęſaris amicos Charonitas appellabant:q ſi quid obiectū eſſet:illico ad defūcti chirographa ꝯfugiebāt:quo factū ē ut ātonii opes auctę plurimū eēnt:qbꝰ territi Brutꝰ & Caſſiꝰ ab urbe ceſſerūt:calphurnia itē cęſaris uxor mariti ad ātoniū pecuniā trāſtulerat:erāt aūt talētoꝝ.iiii.milia.L.ātoniꝰ frater Tr.pl.& Caiꝰ alter fr̄ p̄tor đſignatꝰ eiꝰ furoris ſocii erāt. Syngrapha cautio ē p ꝯtrahētiū ſcripturā fcā:cū uterq; ꝯtrahētiū ſcribit:Chirographū manꝰ ſcriptura ē:& ſic iterp̄taꝛ. Cicero ait epiſtolā miſiſſe chirographo ſuo.i.māu ſua exaraſſe nō dictaſſe:qđ qs ſua manu notauit:chirographū ē.

UVA. BHSC. IyR_187

Se uno auctore:ſolus.n.erat q cęſaris eẽ diceret. Tantũ dictis:q̃ a ſ m mõ penes ſe cõ cõmentaria cęſaris diceret eẽ:nõ et oñderet. Quę illę i ęs icidit:in marmore dicim⁹ iciſę ſũt litterę i gẽma:nõ in marmor⁹:⁹& in ęs:nõ in ęre. In tabulis uero ęreis leges ſcribebãt Vſus ęris:qđ ait Pli.ad ppetuitatẽ monumẽtoꝝ iã pridẽ trãſlatus ẽ:Tabulis ęreis: i qbus publicę ꝯſtões icidũt. Et Oui.iqt:Nec uerba minãtia fixo Aere ligabãt:nec ſupplex tur

dit.ĩ quo populi iuſſa ppetuaſqꝫ leges eẽ uoluit ꝑ nihilo hẽbũt! Eqdẽ exiſtĩo nihil tam eẽ ĩ actis Cæſaris q̃ leges Cæſaris. An ſicui qd ille ꝑmiſit: id erat fixũ:qđ idẽ facer̃ ñ potuit:ut multis multa ꝑmiſſa ñ fecit! Quæ tñ multo plura repta ſũt illo mortuo:q̃ uiuo:beneficia ꝑ oẽs annos tributa & data:ſꝫ ea ñ muto:nõ moueo. Sũmo & ſtudio præclara illi⁹ acta defẽdo : pecũia utinam ad ædẽ opis maneret:cruẽta qdẽ illa:ſꝫ his tẽporib⁹ cũ iis quoꝝ ẽ:nõ reddit̃ neceſſaria : q̃q̃ ea quoqꝫ ſit effuſa:ſi ita ĩ actis ei⁹ fuit. Et qd ẽ qđ tam ꝓprie dici poſſit actũ ei⁹:q togat⁹ ĩ Re. pu.cũ poteſtate ĩpioqꝫ uerſat⁹ ſit:q̃ lex! Quær̃ acta Gracchi:leges Sẽprõiæ ꝓferẽt. Quære Syllæ: Corneliæ.qd.Cn.Põpei terti⁹ Cõſulat⁹ ĩ qb⁹ actis cõſiſtit! Nẽpe ĩ legib⁹. A cæſar̃ ipſo ſi q̃reſ qd nã egiſſꝫ ĩ urbe & toga! leges multas rñdeȓt ſe & præclaras tuliſſe.chirorapha uero aut mutaret: aut ñ darȓt: aut ſi đdiſſꝫ:ñ iſtas res ĩ actis ſuis duceȓt.ſꝫ ea ip̃a

ba tiebat Iudicis ora ſui: ſꝫ erãt ſine iudice tuti. Populi iuſſa: plebiſcita & leges:nã lex ẽ generale iuſſum populi rogãte magiſtratu. Pro nihilo habebũt q.d.mĩme decet leges Cęſaris ꝑ nihilo hr̃i:& acta quę Antoni⁹ un⁹ auctor ꝓfert:& nõ ꝓfert quidem:ſed tantum dicit ſeruari. Equidem exiſtimo:acta ſunt publica. Iuuenalis : Cupient & in acta referri. Libri ſcilicet in quibus rerum publice geſtarũ ſit deſcriptio : Vnde actuarii qui acta in ſenatu ſcribebant. Trãquillus orõnes aliq̃s reliqt:inter q̃s temere quędã ꝓferunt̃ ꝓ Qu.Metello:quam nõ imerito Auguſt⁹ exiſtimabat magis ab auctuariis exceptã male ſubſequẽtib⁹ uerba dicẽtis:q̃ ab ipſo ęditã. Sũt & priuata:ut acta Põpei:acta Syllę:acta Cęſaris: acta Marii. An ſi cui qd ille ꝓmiſit id erat fixũ? ſic ĩtendit argumẽtũ:nõ ẽ op⁹ dicere i cõmentariis & libellis hoc uel illđ ãnotauerat Cęſar quod factur⁹ erat & facere alicui ꝑmiſerat: quoniã qđ cuipiã ꝑmittebat:id ratũ erat:& faciebat:qđ uero ñ potuit:neqꝫ uoluit facere: id ñ fecit. Multa aũt multis ꝑmiſit cęſar:q̃ ñ ĩpleuit. Quę tñ:ꝑmiſſa. Multo plura:q̃ ip̃e ꝑmiſerit fortaſſe cęſar. Bñficia:ut imũitates. Tributa:gratis. Data:qb⁹ dari ꝯuẽiebat & merẽtib⁹. Pecũia utinã ad ędẽ op:q̃ mr̃ deũ ẽ:& cybelle dicit̃:hęc pecũia ex bõis redacta erat põpeianoꝝ occiſoꝝ & dãnatoꝝ ac ꝓſcriptoꝝ:iõqꝫ cruẽtã uocat a ñ nullis ĩiuſte nimiſ & crudeliter extortã:& quę reſtituẽda fuerat:iis qb⁹ erat adẽpta. Sꝫ eã.M.Antõi⁹ ĩtercepat: ĩferi⁹ philippica.viii. Poſtulat ꝑterea ut chirographoꝝ & ꝯmẽtarioꝝ ſua collegęqꝫ ſui decreta maneant:qd laborat̃ ut hẽat qđ qſqꝫ mercat⁹ ẽ:ſi qd accepit hẽat q uẽdidit & ne tã gãt̃ rõnes ad opis.i.i ſeſtertiũ ſepties milies recupent̃:ne fraudi ſit ſeptẽ uiris qđ egiſſent.

Ad ędem:in ęde. Si ita in actis fuit :ut effunderet̃:nã non ita i actis fuit ut ãtõii fieret: ſꝫ ut i tẽplo opis ſuaret̃. Et qd ẽ:ſi nihil tã i actis alic⁹ q rẽp.admĩſtrauerit dici põt:q̃ lex aliq̃ ab eo lata:nihil i actis cęſaris nũerari magis põt q̃ ab eo latę leges.ſꝫ has ãtõi⁹ ñ ſeruat:ergo acta ñ ſuat q̃ ſuãda dicit. Quęre acta:ſi q̃ris iqt acta gracci & oñdi ita ut fit:poſtulas tibi:ꝓferũt & oñdũt leges ip̃i⁹ gracchi:q̃ ſẽpronię uocãt : ſi acta Syllę:exhibẽt :cornelię leges:qa nihil magis i ei⁹ nũerat̃ actis:q rẽp.admĩſtrauit:q̃ ab eo late leges. Tiberi⁹ gracchus Tiberii Sẽpronii gracchi fili⁹ Scipiõis ex filia nepos plures tulit leges Tr.pl.cũ eẽt:iter q̃s neqꝫ pl⁹ mille agri iugera hẽret & ut attali regis hęreditas populo diuideret̃. L. Cor. Sylla dictator:& ip̃e multas leges tulit teſtamẽtariã đ ꝑricidis.de ſica.& nt ſẽat⁹ ꝯtra legẽ curiatã:hoc ẽ ſine ſorte:ꝓuicias cuilibꝫ mgr̃atui aſſignare poſſꝫ & alias ꝯplures. In quis actis conſiſtit:legibus duntaxat ab eo latis. Chirographa:exhibita certis ꝑſonis & ꝓpria manu ſcripta. Nõ iſtas :h⁹mõi in chirographa & ꝑuatas conceſſiões. Duceret:

exiſtimaret eſſe. Concedo:etiam ſi in actis habenda non ſunt. Conniueo: conſentio: oculos claudo:ita ut ſit:quotiēs quippiam nō uidere ſimulamꝰ. Tubero ut eſt apud. A. Geliū de Marco Attilio Regulo:Palpebras quoq; eiꝰ ne cōniuere poſſet ſurſū ac deorſuꝫ ductas inſuebāt. Tranqllus in Iulio:Delicta neq; obſuabat oīa:neq; ꝓ modo exequebat̄:ſed deſertoꝝ ac ſeditioſoꝝ inqſitor ac punitor acerrimus:Cōniuebat in cęteris. Plinius: Vigin-

cōcedo:qbuſdaꝫ ī rebꝰ & cōniueo. in maxīis uero rebꝰ id ē legibꝰ acta cæſaris diſſolui:ferēdū n̄ puto. Quæ lex melior:utilior:optīa & ī. R. P. ſæpiꝰ flagitata q̄ ne prætoriæ ꝓuītiæ plꝰ q̄ annū? ne plꝰ q̄ biēniū Cōſulares obtinerent̄? hac lege ſublata uident̄ ne uobis acta Cæſaris ſeruari. Quid ea lege quæ ꝓmulgata ē:de tertia Decuria iudicū? nō ne oēs iudiciariæ leges Cæſaris diſoluuntur:& uos acta Cæſaris defēditis:qui leges eiꝰ euertitis? niſi forte ſi qd memoriæ cauſa retulit ī libellū:id numerabit̄ ī actis:& q̄uis iniquū & īutile ſit:dfēdet̄ qd ad populū cēturiatis comitiis tulit id ī actis cæſaris n̄ hēbit̄? At quæ ē iſta tertia decuria? cēturionū īqt:qd? iſti ordini iudicatꝰ lege Iulia ēt an̄

ti gladiatoꝝ paria in. C. principis ludo fuere: in his duo oino q ꝯtra cōminationē aliquā nō cōniuerent li. xi. Quę lex melior:acta Cęſaris ſeruanda Antonius dicebat: quę in legibus a Cęſare latis cōſiſtere oſtēdit Cicero. Leges uero Cęſaris ab ātonio ſublatas:& primū qdeꝫ de prętoriis:ac ꝯſularibꝰ ꝓuinciis:iudiciariā inde: & demū de ui & maieſtate:iōq; & acta Cęſaris ſublata. Prętorię:in quaſ mitti prętores cōſueuere:cōſulares in q̄s ꝓconſules. Prouinciaꝝ ergo alię erant prętorię: alię ꝯſulares. Hac lege:quę Iulia de ꝓuinciis dicebat̄. Sublata:ab ātonio q ꝯtraria quotidie his legibꝰ & ſuadebat & faciebat. Quid ea lege quę ꝓmulgata ē de tertia:iudicia Iuliꝰ lege lata ad duo genera iudicum redegit:Equeſtris ordīs ac ſenatorii:tribūos ęrarios:qd̄ erat tertiū ſubſtulit. Dwę ꝑuſ hac Iulia lege eligebāt̄ decurię iudicū:altera ex eqſtri ordīe:ex ſēatorio altera. Sꝫ ātoniꝰ tertiā cēturionū adicere uolebat. Promulgata:lex an̄ ꝓmulgabat̄:dein̄ ſi approbata fuiſſꝫ ī ęs īcidebat̄ & ī erario ꝯdebat̄:& tūc demū lata dicebat̄. Trinūdino aūt ꝑus ꝓmulgabat̄. Eſt aūt ꝓmulgare q̄ſi ꝓuulgare:hoc ē ī uulgꝰ ędere:ut Pōpeio Fe. placet. & trinūdinū qdē dr̄ a ternis nūdinis. Nūdię uero mercatū ſignificāt:quoniā. viii. diebꝰ ruſtici ī agris uerſabāt̄ in ope faciūdo occupati:& . ix. quoq; die ī urbē ueniebāt:reꝝ ꝑmutatōes facturi:lites cōpoſituri:at ſuffragia ſenatꝰ ꝯſulto ꝯceſſa:ſi opꝰ foret:laturi. Primis nūdis:& itē ſecūdis lex ꝓmulgabat̄:ut a ſingulis atq; uniuerſis:qd̄ ait Macro. facile noſceret̄:Tertio foro ſeu mercatu cū oīs & urbana & agreſtis adeēt turba:rogatio fiebat:pręco uerba legis ſcriba ſubiiciēte recitabat:& ſi populꝰ ſciebat lex ferebat̄:hoc ē ī ęs:ut dictū ē:īcidebat̄:& in ęrario repōebat̄. Et ꝑmis qdē ac ſecūdis nūdinis ītercedere hoc ē ꝯtradicere:& īpedire licebat:cuꝫ uero lata fuerat:mīme. Hinc Ci. dicēs aduerſas duas leges:q̄s poſt Cęſaris mortē ātoniꝰ ꝓmulgauerat:alterā de tertia decuria iudicū:alterā ut d̄ ui dānati ꝓuocarēt ad populū ſi uellēt. De aliis tn̄ īqt legibꝰ quę ꝓmulgatę ſūt:ſaltē q̄ri poſſumꝰ:d̄ his q̄ iā latę dicūt̄:ne illd̄ qdē licuit. Illę. n. nulla ꝓmulgatiōe late ſūt an̄q̄ ſcriptę: ex quo oñdit trinūdino recitatas populo n̄ fuiſſe:neq; ītercedere illis licuiſſe. Nec multo poſt ait loquor de legibꝫ ꝓmulgatis:de qbꝰ ē īteg̃ nobis:nō. n. latę erāt:ſed tātū ꝓmulgatę. Libellū: chirographū ſeu cōmētariū. Quod ad populū ⁊c:qcqd Romę ſtatuebat̄:aut curiatis agebat̄ comitiis:aut cēturiatis:aut tributis:cū ex generibꝫ oium comitia ferebāt̄:Curiata erāt cōitia:cū ex cenſu & ętate cēturiata:cū ex regiōibꝫ & locis tributa. In cāpo Martio dūtaxat cēturiata hēbāt̄ cōitia:cū cētū ex oī tribu ſupioꝝ cēſu & ętate atq; honeſtioꝝ eligebāt̄:q aliq̄ de re iudicarēt. De claſſibꝫ ī q̄s diuiſit populū Seruius Tullius:de cēturiis:de cōitiis:& de ritu ſuffragii ferēdi more rōano:multa Liuius li. prīo ab ur. cō. & Diony. lib. vii. tradit. Comitia. qbus coit populus ad dāda ſuffragia in rē quāpiā uel iubēdo uel uetādo. un̄ cōitiales dies qbꝫ agere lꝫ cū populo. Cēturionū īqt:qbꝫ id hōris tribuere uolebat Ant. militū auxilio & eoꝝ q duxerāt ordīes qcqd uellꝫ ī rep. facere. Quid? īterrogat Ci. Iſti ordini:cēturionū Iudicatꝰ:iudicādi facultas. lege iulia:q̄ duę eligebāt̄ d̄curię & ex eqſtri ordīe & ex ſēatorio

UVA. BHSC. IyR_187

Pōpeia: Aurelius Cotta aliquot annis ante accuſatū a Ciceroē Verrē Pretor legē iudiciariam tulit: qua cōmunicata ſunt iudicia ſenatui: equeſtri ordini: & tribunis erariis. Pompeius poſtea in ſecūdo conſulatu tulit: ut ampliſſimo ex ſenſu ex Cēturiis aliter q̄ antea lecti iudices: eque tamen ex illis tribus ordinibus res iudicaref: auctor Pedianus. Nō patebat: ac ſi dicat patebat: nā & centurionibus: & iis qui duxiſſent ordines licet eē in iudicū

Pompeia: Aurelia: non patebat? Cenſus præfiniebatur inquit: non Centurioni quidē ſolum: ſed Equiti etiaꝫ Romano. Itaqꝫ uiri fortiſſimi atqꝫ honeſtiſſimi qui ordines duxerunt: res & iudicant & iudicauerunt. Non quæro inquit iſtos q̄cunqꝫ ordinem duxit: iudicet. At ſi feratis quicunqꝫ equo meruiſſet: quod eſt laudati⁹: nemini ꝓbaretis. In iudice enim ſpectari & fortuna debet: & dignitas. Non quæro inqt iſta. Addo etiaꝫ iudices manipulares ex legione Alaudarum. aliter enim noſtri negant poſſe ſe ſaluos eſſe. O contumelioſum honorem iis quos ad iudicandum nec opinantes uocatis. Hic eſt enim legis iudex: ut ii in tertia Decuria iudicent: qui libere iudicare non audeant. In quo quanatus eſt error dii immortales eorum qui iſtam legem excogitauerunt. Vt enim quiſqꝫ ſordidiſſimus uidebif: ita libentiſſime ſeueritate iudicandi ſordes ſuas eluet: laborabitqꝫ ut honeſtis Decuriis poti⁹ dign⁹ uideatur: q̄ in turpes iure coniectus. Altera promulgata lex ē: ut & de ui & đ maieſtate damnati

decuriis: modo āpliſſimo eēnt cenſu. Cenſus prefiniebatur inqt: Antonius. ſ. cēſu prefiniebaf q eligi poſſent: nec niſi ampliſſimo cenſu: & equeſtrib⁹ facultatibus hoc ē quadringentiſ ſeſtertiis eligebaf: oēs aūt centuriōes hoc cēſu nō erāt: & priuari eos iudicādi honore uidebaf indignū. Nō Cēturioni ſolū: rñſio Ciceroīs. ſ. prefiniebaf cēſus. Itaqꝫ q uiri fortiſſimi: & eqtes & cēturiōes: q i eodē cenſenf nūero. Nō quero inqt iſtos: inqt Antoni⁹ fortiſſimos & hōeſtiſſimos. Quicūqꝫ ordines duxit iudicent: ſiue ſit āplo cenſu & ꝓuecta etate: ſiue nō: mō ordines duxerit. Ducef ordinē: ē magr̄atū i militia & in caſtris gerere: preeſſe decurie: cēturie: māipulis: cohorti. At ſi feratis qcūqꝫ equo meruiſſꝫ: Cicero rñdet: nō ſolū qcūqꝫ cēturio: ſꝫ qcūqꝫ equo meruit: ſit iter iudices. Si feratis: quoniā nō feretis & ferēdum mime eēt ut digni & idigni iudicēt: ēt qui equo meruerint: hoc ē q ex publico equū hūerint: dari. n. & ali iuuētuti equus ſolebat ex publico. Eques ex equeſtri erat ordine. q uero equū ex publico hēbat: ei⁹ nulla erat dignatio: tantū oportebat ut pſto cuꝫ equo eēt: quotiēs reſp. ei⁹ opa idigeret: equū adimere penes cēſorē erat: ſi qs ſtrigoſiorem hūiſſet: & A. Geli⁹ & Valerius maxi. tradūt. Quod ē laudati⁹: ut iudicēt qcūqꝫ equo meruerūt: qđ laudati⁹: q̄ ut iudicēt qcūqꝫ ordīes duxerūt: ut decuriōes. legif & lauti⁹. i. ſplēdidius. Nemini ꝓbaretis: nemo fieri cōſentiret. Fortuna: cēſus: ut ſit āpliſſimo. Dignitas: ut amplū ēt geſſerit magiſtratū: & dign⁹ ſit. Nō quero inqt iſta: Antonius. Addo ēt: Antonius & iis ēt eligi iudices uolo q manipulares ſūt: hoc ē manipulos ducūt externorū militū ipſi externi: & nō rōani ciues. nā Ceſar unā legionē ex trāſalpinis ꝯſcriptā Alaudā uocabulo gallico appellauit quā diſciplia cultuqꝫ rōano iſtitutā & ornatā poſtea uniuerſā ciuitate donauit. Alauda aūt uocabulo gallico auē ſignificat: quā galeritā nos appellam⁹ Trāql. & Pli. auctores. Aliter. n. niſi. ſ. trāſpadani iudicēt i urbe & irōice dictū ē. Noſtri: ego Anto. itelligo & milites q multa ꝑ uiꝫ & ꝯtra maieſtatē cōmiſerāt. O ꝯtūelioſū honorē: iis ipis qb⁹ deferf q ad iudicādū ne opinātes qdē uocāf. Hic ē. n. legis iudex: hic lege a te lata ātoni iudex eligif: q quoniā uilis ꝯditiōis & ſortis iudicare libere nō audeat: ſꝫ metu: aut alicui⁹ ſceleris ꝯſcia oia ꝓ tua libidine iudicet: ſed decipis & tu & qcūqꝫ legē hāc de tertia cēturia adiiciēda excogitarūt: ut. n. qſqꝫ ſordidiſſimū uidebit ſe eē: ita libēter ſeueritate i iudicādo utef: exiſtiabit. n. fore: ut ſordes & turpitudinē ſuā purget: ſi libere loqf & iudicet. Quāt⁹ ē error: q̄ lat⁹ ē. i. q̄ late patet: & ad q̄ multos ptinet. Altera ꝓmulgata &c.



UVA. BHSC. IyR_187

Cęſar legem tulerat de ui & maieſtate contra eos qui aut uim facerent: aut amplitudinem magiſtratus & reipu.minuerẽt: Legis Iulię đ maieſtate meminerũt libri iuriſconſultorum quę in eos qui contra imperatorem: uel rempu.aliquid moliti eſſent: ſuum uigorem extendebat: cuius pœna animę amiſſionẽ ſuſtinebat: & memoria rei etiam poſt mortẽ dãnabať. Subſtulit aũt Cęſar prouocationem. Noluit enim quempiam qui aut uim feciſſet: aut maieſtatẽ leſiſſet ꝓuocare poſſe: Sed Antõius & Lepid⁹ ꝓmulgauerãt ꝯtrariã huic legi: nondũ tñ tulerãt ꝯtra hãc legem: ut de ui dãnati ac maieſtate ad populũ ꝓuocare poſſent: quo nihil ꝑnicioſi⁹: hoĩes.n. audaciores reddũť ad ꝑpetrãda ſcelera: ſpẽrãtes ĩpunitatẽ: ſi uiderint eẽ ad quos dãnati ꝓuocare poſſint. Cui⁹ ĩterſit: cui utile ſit. Nemo re⁹ ẽ iſtis legib⁹: nemo dãnabiť đ ui & maieſtate cũ ſit ad populũ ꝓuocatio. Nemo quẽ futuꝝ putem⁹: nemo.n.accuſabit eũ quẽ elabi iudiciũ poſſe uidebit ꝓuocatiõe. Armiſ.n.geſta: bello & ciuili diſcordia. At res populares? obiectio ẽ: ſi armis geſta in iudiciũ nõ uocabũť: at res populares uocabũť: hoc ẽ ĩ populo geſtę ac ſpectãteſ ad populũ

Vtinã uelletis: rñſio ẽ Ciceronis: ut populare hoc ẽ libeꝝ & in populi arbitrio poſitũ uelletis aliqd eẽ: qa ſi libertate ſua popul⁹ uteretť: oĩa recte fierent & ũa mẽs ac ſnĩa populi đ rep. eẽt. Ei⁹ legis: ut dãnati đ ui & maieſtate ad populũ ꝓuocent.

Dãnat⁹ iudicio: ꝑ ipſa; legẽ đ ui & maieſtate. Ad eã ipa;: ſcil; maieſtatẽ po.ro. Reuerti: ꝑ ꝓuocationẽ. Vt qſq̃ ꝓuocet: quoniã ñ id agiť ut ꝓuocet qſq̃ nũquã: ſed ut nemo accuſet eũ quẽ ꝓuocatiõe elabi poſſe uideat: qđ & turpe accuſanti eẽt: & ꝑiculoſũ. Cõductę: pecuniis corruptę: & ueluti ad dandam operã ꝯductę ac mercẽnarię. Ad oꝑas mercẽnarias: ad multitudinẽ quã re⁹ mercede cõduxerit. Protrahať: rõnẽ iudicii reddituꝛ⁹: & reſciſſa ſnĩa pœnã ſubiturus. Duę maxime ſalutares: q̃ſi dicat nihil aliud cũ uideãt patẽ ꝓuocationẽ: & uiã ĩpunitatẽ ꝑ corrupta populi ſuffragia ꝯſeq̃ndi. Quã ad peſtẽ: ac ſi dicat ad quã uis peſtẽ & dãnũ: ꝑ ſe.n.tribũi ſeditiõibus alebanť: uñ & eoꝝ furor diciť atq; inſania. Quid qđ: uere oñdit acta Cęſaris deſtrui ab ãtonio cũ abrogať legi ab eo latę: quę iubet ĩterdici aq̃ & igni dãnato đ ui & maieſtate: qđ tolliť ſi licet ꝓuocare. Tantiſp.n.& in urbe ẽ dãnatus & ĩterdici aq̃ & igni nõ põt: donec populus ad quẽ ꝓuocatũ ẽ: aut dãnauerit aut abſoluerit. Interdicere quẽpiã

ad populum prouocent: ſi uelint. Hæc utrũ tandem lex eſt: an legum omnium diſſolutio? Quis enim eſt hodie cuius interſit iſtam legem manere? Nemo reus eſt iſtis legibus: nemo quem futurum putemus. Armis enim geſta nunq̃ profecto in iudicium uocabuntur. At res populares? Vtinam quidem uelletis aliquid eſſe populare. Omnes enim iam ciues de Rei.pu. ſalute una & mente & uoce conſentient. Quæ igitur ea cupiditas eius legis ferendæ? quæ turpitudinem ſũmã habeat: gratiam nullam? Quid enĩ turpius q̃ qui maieſtatẽ.P.R.per uim minuerit: eum damnatũ iudicio: ad eam ipſam reuerti: propter quam ſit iure damnat⁹? Sed qd plura de lege diſputo? quaſi uero id agatur? ut quiſq̃ prouocet. Id agitur: id fertur ne quis omnino unq̃ iſtis legib⁹ re⁹ fiat. Quis enim aut accuſator tam amens reperietur: qui reo condemnato obiici ſe multitudini conductæ uelit? aut iudex: qui reũ damnare audeat: Vt ipſe ad operas mercẽnarias ſtatim ꝓtrahatur? Non igitur prouocatio iſta lege datur. ſed duæ maxime ſalutares leges quæſtiõeſq; tolluntur? Quid eſt igitur aliud q̃ adhortari adoleſcentes ut turbulenti & ſeditioſi: ut pernicioſi ciues uelint eſſe. Quam autem ad.P.R. peſtem furor Tribunitius impelli non poterit his duabus queſtionibus de ui & de maieſtate ſublatis Quid qđ abrogatur his legibus Cæſaris quæ iubent ei qui de ui: itemq; ei qui maieſtatis damnatus ſit: aqua & igni interdici? quibus cum prouocatio

UVA. BHSC. IyR_187

datur:nō ne acta Cæſaris reſcindunt? Quæ qdem ego. P.C. q illa nunq̄ ꝓbaui:ita cōſuanda cōcordiæ cauſa arbitratꝰ ſuꝫ: ut nō mō quas uiuꝰ Cæſar leges tuliſſet īfirmandas hoc tpe nō putareꝫ: ſꝫ ne illas qdē quas poſt mortē Cæſaris ꝓlatas eē & fixas uidetis. De exilio reducti ſūt a mortuo. Ciuitas data non ſolū ſingulis: ſed & natiōibus: & prouintiis uniuerſis: īmunitatibꝰ infinitis ſublata uectigalia a mortuo. ergo hæc uno uiro optimo auctore domo ꝓlata defēdimꝰ? eas leges quas ipſe nobis īſpectantibus recitauit: ꝓnunciauit:tulit: Quibus latis gloriabat̃: hiſqꝫ legibus Rem.pu.cōtineri putabat de ꝓuītiis: de iudiciis eas inquam Cæſaris leges nos q defendimus acta Cæſaris:euertēdas putabimus? Ac de his tn̄ legibus quæ ꝓmulgatæ ſunt: ſaltē queri poſſumus. de his quæ iam latæ dicunt̃: ne illud quideꝫ licuit. Illæ enim nulla promulgatione latæ ſūt anteq̄ ſcriptæ? Quærunt quid ſit: Cur aut ego: aut qſq̄ ueſtrum. P.C. bonis Tribunis Pl. leges malas metuat. paratos habemus qui intercedant. Paratos q Rem.pu.religiōe defēdant. Vacui metu eē

aqua & igne:eſt ꝓhibere illū ab uſu aquę & ignis:quibus duabꝰ rebus maxime hūana ꝯtinet̃ uita. Abrogat̃ legi cū ꝓrſus tollitur. Quęſtionibus: cū p tormēta & cruciatus quęrit̃ qd reus fecerit. Reſcindūt̃: irrita fiūt & tollūt̃. Prolatas eē: in publicū. Et fixas: i parietibꝰ & in ęrario: ac in ęs inciſas. De exilio reducti ſūt a mortuo: qa poſt Cęſaris mortem acta ꝓlata ſūt: quę Cęſaris eē dicebāt̃: cū re uera nō eēnt: qbus dicebat̃ uoluiſſe Cęſarē aliquos exules reduci: id qd̃ ipſe uolebat: & fingebat Antonius: ut priꝰ ē dictū. Ciuitas data nō ſolū ſingulis: ſed nationibus: ut legiōi alaudaꝝ: Antonius quo ſibi fauorē ciuitatum & nationū uēdicaret: ciuitatē illis dedit. Natio genus hoium ē q nō aliūde uenerūt: ſed ibi nati ſūt ἀυτόχθονασ greci uocant: nos indigenas appellamꝰ. Vectigalia: publici ꝓuentus ϖόρουσ gręci uocant: ſūt etiā priuatoꝝ. Cicero in paradoxis Ex meo ānuo uectigali: annua ducēta capio. Ergo hęc uno uiro optīo: irōice: ergo quę unꝰ Antonius ꝓfert domo ſua: quaſi domi ſuę cōpoſita defendimꝰ quę Cęſar ipſe & tulit: & gloriabat̃ tuliſſe euertimꝰ. Ipſe: Cęſar. Eas inq̄ Cęſaris leges: hyꝑbatō ē: in quo aut eadē uerba quę in principio clauſulę ſunt poſita r̄petimꝰ: aut diuerſa quę idem ualeāt: ut in rhetoricis ad Herēniū: Si ꝑſuaſus auditor fuerit: ideſt ſi orō aduerſarioꝝ fidē fecerit auditoribus. Et paulo poſt: Ergo ſi fidē factā putabimus. Quę ꝓmulgatę ſūt: poſſumus inquit de his legibus: quę ꝓmulgatę ſunt conqueri: quia non ſunt adhuc latę: & in ęs inciſę: ſed aliquę latę dicūtur ab Antonio: ſcilicet quę Trinūdino uti prius eſt dictum: promulgatę non ſunt: de quibus conqueri non poſſumus. Quęrunt quid ſit: occurrit obiectioni: & quęrunt inquit Antonius & cęteri eius amici atqꝫ idem ſentiētes. Cur timeamus ne male ferantur leges: cum habeamus bonos tribunos qui uidentur: ſi id fiat: interceſſuri: & ſeſe oppoſituri. Paratos qui intercedant: ironice: quaſi dicat: minime habemus Tribunos plebis qui intercedant: ſi malas leges conſules ferant: quod propter. L. Antoniū dictum eſt. M. Antonii fratrem: qui tribunus erat eo tempore. Paratos qui remp. religione defendant: propter augures hoc dictum: quibus ius erat obnūciandi ſi Auguria nō addicerent: aut ſi pluiſſet: aut tonuiſſet. Erat aut augur. M. Antonius. Lex autem Fuſia & Helia erant quę uetabant agere cum populo: niſi ſeruatum de cęlo fuiſſet. In oratione contra. L. Piſonem queritur Cicero obnunciationem: qua pernicioſiſ legibus reſiſtebatur Fuſia & Helia legibus: quas ꝓpugnacula muroſqꝫ tranquillitatis: atqꝫ otii uocat: euerſū eē obnūciatio autem auguris erat; qua obnūciabat: hoc eſt nō poſſe per auſpicia fieri admonebat. Tribunorum plebis ea fuit auctoriras: ut quicquid ſenatus decreuiſſet: ita ratum eē: ſi tribuni approbarent: pręcipue autem interceſſione pollebāt: ſeſe aliis magiſtratibꝰ opponendo: & per eos uim fieri probibendo: adeo ut cū unus Collegis repugnaret: facile ipe



UVA. BHSC. IyR_187

dire oẽs poſſet: Et ſacroſci q̃dem: atq; īuiolabiles erãt Tribuni: Augures tantę fuerũt auctoritatis: ut nihil neq; domi: neq; foris: niſi auſpicato gereref: qđ Valerius maxi. docet de inſtitutis antiqs. Quas tu mihi interceſſiões inq̃t: ueluti dialogus ẽ: hoc Antonius reſpõdet Ciceroni: & q̃dẽ indignatus. Interceſſiões: tribunitias. Religiones: auguꝝ obnũciatiões. Eas ſcilicet: Cicero r̃ndet. Negligimus iſta: Antõius. Foꝝ ſepief: & hic ãtonius. Quid tũ? Cicero: & comicus ſ̃mo ẽ. Id lex erit: ac ſi dicat: nõ erit. Cędo illa legitima: dic illa inq̃t ãtonius legitima: & quę ſũt r̃ndet Cicero quę more ſiũt a maioribus tradito: ut tũ demũ aliq̃d ratuȝ ſit cũ populus ſciuerit. Qui populus: ãtonius: populũ dixiſti: ſed quẽ nã populũ: an illũ ītelligis q̃ ui & armis a nobis ẽ excluſꝰ? Quo iur: qđ mihi ius ꝯmẽoras. An eo qđ: eo iure quo oĩa ſũt ſublata ui & armis ſcilicet. Atq; ego hoc dico đ futuris: quę ſuꝑius de Cęſaris actis dixit Ci. ut reſcinderẽf ab illis ipſis q̃ iuiolata manere uelle aſſererẽt. Si de legibus ꝓuincialibus: iudiciariis: & de ui ac maieſtate aliter ferref q̃ Iulius tuliſſet: itẽ ut leges oẽs diſſoluerenf: & ciuitas laberef ī deterius: futura q̃dẽ erant: nã facturi dicebãf ãtonius & Dolobella: & ītegꝝ ipis ac libeꝝ fuerat adhuc ñ facere. Iõq;: ne faciãt monet Ci. poſtea ꝯtinua orõne p̃ntẽ Dolobellã alloq̃f: multa de ãtonio: plura đ repu. dicẽs.

Quod ẽ auguꝝ: q̃a fũgor auguris officio: ſic. n. ut illi ſolent futura ꝑdico: quoniam augur erat Ci. Refellef oratio mea: dicar uanus fuiſſe & mẽdax uates. Loquor de legibꝰ ꝓmulgatis: a te ãtoni: ſ; ñ dũ latis & in ęs īciſis. Integꝝ uobis: libeꝝ nõ ferre. Iraſci: utriuſq; ꝯſulis & pręſentis Dolobellę: & Antonii abſentis reꝑhenſurus uitia. Sed auaritiã in primis: & dñandi cupiditatẽ: obiecturus ꝙ ꝑ uim multa & ꝯtra leges faciant: ueniã dicendi poſtulat: & quaſi nouo utif exordio. Amice utꝝq; & familiariter obiurgat: quod actionũ eoꝝ initio exitus nõ cõſentiat: & ut alia ratiõe gloriam & potẽtiam quęrant hortatur. Facilitatẽ: quę ꝓprie eſt in admittendo: audiendo: ignoſcẽdo.

Mihi: dicere uoluit peſſima exiſtimaf. Auoꝝ: maioꝝ: ut. M. Antonii oratoris: q̃ auus fuit Antonio Syllanas p̃tes ſecutus: quem. C. Marius necauit: magnę in repu. auctoritatis Auũculus. L. Cęſar Iulię ex qua natus ẽ & ipſe conſularis: & magni in repub. ſplendoris nec minoris integritatis. Cũ tanta gladiatoꝝ ſit impunitas: cum impune liceat gladiis uti. Promã: depromam: exhibebo. Trãſlatio a penu: ũde neceſſaria ad uictũ depromũf

debemꝰ. q̃s tu mihi īterceſſiões īq̃s? Quas religiones? Eas ſcilicet q̃bꝰ Rei. P. ſalus cõtinef. negligimꝰ iſta: & nimis antiq̃ & ſtulta ducimꝰ: foruȝ ſepief: oẽs claudenf aditꝰ? Armati ī præſidiis multis ī locis collocabũf. Quid tũ? qđ erit ita geſtũ: id lex erit? & in æs īcidere iubebitis? cædo illa legitima quæ Cõſules populũ iure rogauerũt. Hoc enī a maioribꝰ accepimꝰ ius rogãdi: populꝰ quæ iur ſciuit: q̃ populus? Is ne q̃ excluſus ẽ? quo iur? an eo quod ui & armis omne ſublatũ ẽ? Atq; ego hoc dico de futuris: qđ ẽ augurũ: antedicere ea quæ uitari p̃nt: quæ ſi facta nõ erũt: refellef oratio mea. loquor de legibꝰ ꝓmulgatis: de q̃bꝰ ẽ ītegrũ uobis. demõſtro uitia: tollite: denũcio uī: arma remouete. iraſci q̃dẽ mihi Dolobella ꝓ Re. pu. dicẽti ñ oportebit: q̃q̃ q̃dẽ te id factuꝝ ñ arbitror. Noui. n. facilitatẽ tuam. Collegaȝ tuũ aiũt ī hac ſua fortũa quæ bõa ipſi uidef: mihi ne grauius q̃ppiaȝ dicaȝ Auoꝝ & auunculi ſui Cõſulatuȝ ſi imitaref fortunatior uideref: ſ; eũ iracunduȝ audio factuȝ. Video aũt q̃ ſit odioſuȝ h̃re iratuȝ eundẽ & armatuȝ. cũ tanta preſtī gladioꝝ ſit īpunitas: ſ; ꝓmam ius ut opinor æquuȝ? qđ. M. Antõiuȝ ñ arbitror repudiatuꝝ. Ego ſi q̃d ī uitaȝ eiꝰ: aut ī mores cõtumeliæ dixero: quo minꝰ mihi inimiciſſimꝰ ſit ñ recuſabo. ſi cõſuetudinẽ meaȝ quaȝ ſẽp ī Re. Pu. habui: tẽuero. id ẽ ſi libere quæ ſñiaȝ de Re. P. dixero: P rĩuȝ deprecor

ne iraſcaꝛ:deīde ſi hoc ñ īpetro:peto ūt ſic iraſcatur:ut qbus armis utaꝛ: ſi ita neceſſe ē:ut dicit: ſui defēdēdi cā:iis q ꝑ.R.P.quæ ipſis uiſa erūt: dixerīt:iſta arma ne noceant.Quid hac poſtulatiōe dici pōt æqui⁹?Quod ſi:ut a qbuſdam mihi ei⁹ familiarib⁹ dictū ē:omnis eu3 quæ habeꝛ contra ei⁹ uolūtatē orō:grauiter offēdit:etia3 ſi nulla īeſt cōtumelia:ferem⁹amici natura3:ſ3 iidē illi ita mecu3:nō idē tibi aduerſario Cæſaris licebit: qđ Piſoni ſocero: & ſimul admonēt qddam.qđ cauebim⁹.nec erit iuſtior.P.C. in Senatu3 ñ ueniēdi morbi cauſa:q̄ mortis. S3 p deos immortales te.n.intuēs Dolobella q es mihi cariſſim⁹:nō poſſu3 de utriuſq3 ueſtrū errore reticere.Credo eni3 uos homines nobiles magna qdē ſpectantes: ñ pecuniam ut qdā nimis creduli ſuſpicanꝛ:quæ ſemp ab ampliſſimo quoq3 clariſſimoq3 cōtēpta eſt: ñ opes uiolentas &.Po.Ro.minime ferenda3 potentia3: ſ3 charitatem ciuiu3:& gloria3 cōcupiſcere.Ea aute3 eſt gloria & laus recte factoꝝ magnorumq3 ī.R.P.meritoꝝ quæ tum optimi cuiuſq3:tum etia3 multitudīs teſtimōio cōprobaꝛ. Dicerem Dolobella q recte factoꝝ fruct⁹eſſet:niſi te pauliſp eſſe exptum uiderem⁹: quem potes recordari ī uita tibi illuxiſſe die3 lætiorem: q̄ cū3 expiato foro:diſſipato cōcurſu īpioꝝ: principibus ſceleris pœna affectis te domu3 recepiſti?Cuius ordinis:Cui⁹ generis: cuius deniq3 fortunæ ſtudia tum laudi & gratulatiōi tuæ ſe ñ aptarūt Mihi etiam quo auctore te in his rebus uti arbitranꝛ:& grās boni uiri agebant: & tuo noīe gratulabanꝛ. Recordare quæſo Dolobella ꝯſenſum illum theatri cum omnes eaꝝ reꝝ obliti propter quas tibi fuerant offenſi:ſignificauerunt ſe bene

Vt q̄ armis utaꝛ:nō offendēdi:ſed ſui defendēdi cā:ut dicebat ātoni⁹. Vt q armis utaꝛ ſcilicet iraſciꝛ. Si ita neceſſe ē:qa neceſſe ei mime ē:& ſi hoc ꝑtendit audaciç:& furori ſuo: Iis q ꝑ rep.ſed ii ꝛc.nō noceāt ꝛc. Amici:ātonii. Iidē illi:ātonii familiares. Ita mecū: loquūꝛ. Licebat:libere loq in ātoniū:quoniā inimic⁹ hēris cçſaris:& īterfectoꝝ amicus. Piſoni ſocero:Cçſaris q ī ātoniū fuerat:& ſol⁹ libere loq auſus:ut ē ꝑus dictū. Admonent qddā:ꝑiculū eē ne occidat ātoni⁹. Quod cauebim⁹: nā ī ſenatū ñ ueniem⁹ nec erit min⁹ iuſta cā ñ ueniēdi ī ſenatū mortis met⁹ q̄ morb⁹:excuſanꝛ q ꝑtēdūt morbū:multo magiſ ego excuſand⁹ uidebor:ſi mortis ꝑtendā metū:& ſimul ātoniū tangit q morbū ꝑtendēs cā3 ī ſenatū nō uenerat:quo die hanc Cicero hūit orōnē. Quç ſemper ab āpliſſimo:Cicero ipē in officiis:Quamobrē: & hçc uidēda ſūt:& fugiēda pecuniç cupiditas.Nihil ē.n. tā anguſti animi tāq3 praui q̄ amare diuitias.Nihil honeſti⁹magnificētiuſq3 q̄3 pecuniā ꝯtēnere: ſi nō habeas. Si habes:ad bñficentiā liberalitatēq3 ꝯferre. De utriuſq3 ueſtrum errore:đ mutatiōe uolūtatis:& actionū: qbus de rebus mox dicet. Credo.n.uos:nō credere ſimulat: qđ maxīe credit. Expiato foro:diiiecta illa ara quā īforo amati⁹extruxerat & colūna euerſa q̄3 cçſari a plebe erectā dixim⁹fuiſſe.uidebaꝛ n.uiolatū foꝝ fuiſſe:& piaculū cōmiſſū ab illa multitudie ꝑditoꝝ & audaciſſimoꝝ hoīu3:qui ara3 & diuinos honores cçſari ſtatuerāt. Diſſipato ꝯcurſu īpioꝝ:nefarioꝝ q ad arā ꝯueniebāt:& tectis:ac tēplis urbis minabāꝛ. Principibus ſceleris: aīaduertit.n.Dolobella cū ī audaces ſceleratoſq3 ſuos:tū ī ipuros:& nefarios. Cuius ordis: ſenatorii:equeſtris:plebeii. Cuius generis: ac ſi diceret cuius qualitatis & graduſ.multi uero ſūt inter ſenatores:eqtes:plebeios. Cuius fortūç:paupereſ: diuites:liberi:ſui. Aptarunt: accōmodarūt:adiūxerūt. Auctore:monitore:ſuaſore. Conſenſū illū theatri:qđ cū ingreſſus eēt oēs plauſere. Eaꝝ reꝝ obliti:ſeditioſū geſſit tribunatū Dolobella:Graues aūt excitauit turbatiōes:cū legem



UVA. BHSC. IyR_187

de nouis tabulis ferret:cūq; ea cā plebs tumultuaret̄:īducti ſūt a.M.ātōio magiſtro eqtū
milites.lxxx.q oēs ſūt a plebe cęſi:hoc aūt eo tpe ꝯtigit quo cęſar ꝯtra reliqas pōpeianaſ
& Iubā i Africā traiecerat. Doloris ueteris:quē ꝯcepant lata a Dolobella de nouis tabu
lis lege. Tū tuū collegā:q̄rtū ꝯſul creatus cęſar:antoniū ſibi aſſūpſit collegam.inſtitue
rat aūt urbe excedere:magiſtratu ſe abdicare:& in locū ſuū Dolobellam ſubrogare:q̄ de
re ēt i ſenatu uerba fecit: ſ3 mo
leſte ferēs antōius inimicum ſi
bi in magiſtratu adiūgi:i Dolo
bellam grauiter ē inuectus:nec
pauciora tn̄ : aut ęqora ab illo
audiuit:Re infecta ſenatus ē di
miſſus:cūq; in ſnia pſtaret Cę
ſar:Dolobellamq; renūciari cō
ſulē iuſſiſſ3:auguria obiecit an
tonius effecitq; ut ab īcępto de
ſiſteret cęſar:quo poſtea neca
to:ꝯſularē ueſtē iduit: & ꝯſula
tus inſignia circūtulit Dolobel
la.antōi⁹ oblit⁹ auſpicioꝝ quę
obiecerat cęſari:cū pacē i tellu
ris tēplo ſuaſiſſ3:ut quo aīo ipē
eēt oībus patefieret:Dolobellā
collegam ſibi eē uoluit:qđ an
tea paſſus n̄ fuerat. Te ipō au
gure:n̄.n.licebat ꝯſulē ſine au
ſpiciis creari.Ipſe uero Antoni
us auſpex fuit Dolobellę: ꝯſu
latū i cęſaris locū ineūti eo ipō
die quo cęſar trucidatus ē. Pa
cis obſes: p Bruto & Caſſio:q e
capitolio ſūt uocati. Viros for
tiſſimos:Brutū & Caſſiū. Hęc
iuſta: ipreſſa ignominia ab eqs
ſūptū qb; cauterio hoc ē igni
to ferro notę & ſigna quędam
īprimūt. Vt.n.pp unius:M.
Manlius ob defenſū capitoliū:
capitolinus cognoīatus:cū gal
licos theſauros ſuppſſiſſe argu
eret:& addictos ac nexos ꝓpa
pecunia liberaret: ſuſpicatione
regni affectati in carcerē conie
ctus ē:& poſtea đ tarpeio ſaxo
pręcipitatus:domus diruta:bo
na publicata:adiecta ē & gētili
cia nota:qđ gētis manlię decre
to cautum ē:ne qs.M.Manlius
uocaret.Liuiuſ li.vi.ab ur.cō.
Vnius dictatoris:Iulii. Pœ
nitebat:pudebat. Virgi.Nec te
pœniteat calamo triuiſſe labellum. Licet qđ cuiq; libet:nam & dicebant hoc plures:&
credebant. Quanq̄ ſolēt domeſtici:qđ re uera accidit quotidie ut pncipes uiri a dome
ſticis pſuadeant & deprauēt. Deprauar̄:a rcitudie & hōeſtate detorqre. Veꝝ iter glorię:

ficio nouo memoriam doloris ueteris abiecisse.
Hanc tu.p.Dolobella:magno loquor cū dolor̄:
hanc tu īquaꝫ æquo aīo potuiſti tantaꝫ dignita
tē deponere! Te aūt.M.Antoni abſentē appello:
unū illū diē quo ī æde Telluris Senat⁹ fuit:non
oīb⁹ his mēſib⁹:qb⁹ te qdaꝫ multū a me diſſenti
entes beatū putant ān̄pōis! Quæ fuit orō đ cōcor
dia! q̄to metu ueterani: q̄ta ſolicitudīe ciuitas tū
a te liberata ē! tū tuū Collegaꝫ depoſitis inimici
tiis:oblit⁹ auſpicioꝝ te ipſo Augur̄ nūciante il
lo primū die Collegaꝫ tibi eē uoluiſti.tu⁹ paru⁹
fili⁹ i Capitoliū a te miſſus pacis obſes fuit:quo
Senatus die lætior quo.P.R.q qdē nulla ī cōtio
one unq̄ lætior fuit. Tū deniqꝫ liberati p uiros
fortiſſimos uidebamur:qa ut illi uoluerāt:liber
tatē pax cōſequebat̄.Proxīo altero:tertio deniqꝫ
reliqs cōſecutis diebus n̄ ītermittebas q̄ſi donum
aliquod quotidie afferre.Rei.P.maximū aūt il
lud qđ Dictaturæ nomē ſuſtuliſti. Hæc iuſta ē
a te:a te īq̄ mortuo Cæſari nota:ad ignomīiaꝫ ſē
piternaꝫ. Vt.n.pp unius.M.Manlii ſcelus decre
to gētis Manliæ neminē patriciū licet.M. Man
liuꝫ uocari:Sic tu pp unius Dictatoris odium:
nomen Dictatoris funditus ſuſtuliſti. Num te
cūſn hæc p ſalute.Rei.pu.tanta egiſſes:fortunæ
tuæ! num amplitudīs! nuꝫ claritatis! num gloriæ
pœnitebat! V n̄ igit̄ ſubito tanta iſta mutatio! Nō
poſſuꝫ adduci:ut ſuſpicer te pecunia captuꝫ.licꝫ
qđ cuiqꝫ libet:loquat̄:creder̄ n̄ eſt neceſſe.Nihil
enī unq̄ ī te ſordiduꝫ:nihil humile cognoui: q̄q̄
ſolent domeſtici deprauare nō nunq̄.ſed noui fir
mitatem tuam:atqꝫ utinam ut culpam:ſic etiam
ſuſpicionem uitar̄ potuiſſes.Illđ magis uereor:
ne ignorans ueꝝ iter gloriæ : glorioſum putes :

UVA. BHSC. IyR_187

Cicero li.ii.offi. Vt pecunię inqt nõ quęrẽdę ſolũ rõ ẽ:ueꝝ etiã collocandę quę ꝑpetuos ſũpt⁹ ſuppeditet:nec ſolũ neceſſarios:ſed ẽt liberales:Sic gloria & quęrẽda: & collocanda rõne eſt:q̃q̃ pręclare Socrates hanc uiam ad gloriã ꝓximã & q̃ſi cõpendiariã eẽ dicebat: Si qs id ageret:ut q̃lis hẽri uellet:talis eẽt:q̧ uera gloria radices agit: &ꝑpagaṫ : ficta oĩa celeriter tanq̃ floſculi decidũt:nec ſimulatũ põt qcq̃ eẽ diuturnũ. Metui:Cicero in eodẽ libro:Oĩum reꝝ nec apti⁹ qcq̃ ad opes tenendas ac tuẽdas q̃ȝ diligi:nec alieni⁹ q̃ȝ timeri pręclare itaq̧ Enni⁹ quẽ metuunt oderũt: quẽ qſq̧ odit:piiſſe expetit. Multoꝝ aũt odiis nullas opes ſubſiſtere poſſe ſi antea fuit ignotũ:nup ẽ cognitũ:morte ſcilicet Iulii. In fabulis ipſis: tragicoꝝ poetaꝝ apud Actium Atreus īducebaṫ dicẽs oderint dũ metuãt.Et itẽ apud Enniuȝ ut refert Cicero. Pernitioſũ fuiſſe:quoniã aut occiſi ſũt: aut in exiliũ pulſi. Auũ tuũ.M. antoniũ oratorẽ eloquẽtiſſimũ q multa & domi & militię geſſit ꝑclara.Periit aũt Marião & Cinnano furore:ei⁹caput ꝓ roſtris ẽ poſitũ. Is.L.Cinna ꝯſul cũ Octauio legẽ de exulib⁹ reuocãdis Mario.ſ.& ceteris tulit:ꝓhibit⁹ a collega & honore priuatus ex urbe ꝓfugit:tranſiuit ad ptes:iũctus ẽ Mario cum quo urbẽ ingreſſus & Octauiũ interfecit:& plurimas ędidit cędes & crudelitates. Exitus:finis & mors. Quẽ:Cęſarem. Ea lege: eo pacto:eo modo. Cũ ſũma gloria:ſũma.n gloria ẽ tyrannũ occidere:& ei qui facit ꝑmia ſolẽt tribui. Maiores tuos refice:reſtitue: repſentaːredde. Sine quo:ſine ciuiũ beniuolẽtia. Quiſq̃ȝ:tuoꝝ qbus obdctur⁹es quaſi tenebraſ & obliuionẽ ſi pges ſic facere: uel qſq̃ȝ noſtꝝ oĩum. Quid eni gladiatorii clamores: maximi :& quales gladiatoꝝ ſolẽt eẽ.Hiſtoria aũt hoc hẽt: Cęſar bellis oĩbus ciuilibus ꝯfectis Romã rediit:formidabileq̧ uniuerſis ſe prębuit:oẽs honores q excogitari ab hoie pñt:ei decreti ſũt:Sed aliq̃n eũtẽ ſalutãtib⁹ut regẽ:iclamauit uehemẽter:& ingemuit popul⁹:ipſe Cęſarẽ ſe eẽ nõ regẽ callide ſubiecit:lupcalib⁹ itẽ cũ diadema capiti ei⁹ in foro ſedentis & ſpectãtis un⁹ ex lupcis & currẽs ãtoni⁹ īpoſuiſſet:ęgre tulit populus:iteꝝq̧ ac tertio īponẽte illo:ac reiiciẽte cęſare & oĩno reſpuẽte clamore magno leticiã pdidit:Cęſareq̧ ſũmis laudib⁹ extulere oẽs. Quid populi uerſus: q tribunal Bruti:erat aũt ꝓtor urban⁹:uerſibus in hãc ſñiam noctu iplebat: Brute dormis neq̧ uere es Brutus. Quid põpeii ſtatuę

plus te unum poſſe:q̃ oẽs: & metui a ciuib⁹ tuis q̃ diligi malis.Quod ſi ita putas: totam ignoras uiaȝ gloriæ.Caꝝ eẽ ciueȝ: bene de Re.P.mereri: laudari:coli:diligi:glorioſuȝ ẽ. Metui uero & ĩ odio ẽe.ĩuidioſuȝ:deteſtabile:ĩbecillũ:caducũ: Quod uidem⁹ & ĩ fabulis ipſis illis q oderĩt duȝ metuant dixerĩt:ꝑnicioſũ fuiſſe. Vtinaȝ Antoni auũ tuũ meminiſſes:de quo tñ multa audiſti ex me ſæpiſſime:Putas ne illũ ĩmortalitateȝ mereri uoluiſſe ut pp armoꝝ metuẽdoꝝ licẽtiaȝ metuereṫ!Illa erat uita:illa ſecũda fortuna:libertate eẽ parẽ cũ cæteris:prĩcipẽ dignitate.Itaq̧ ut omittam res aui tui ꝓſperas:acerbiſſimũ ei⁹ dieȝ ſupremũ mali:q̃.L.Cinæ domĩatũ:a quo ille crudeliſſime ẽ ĩterfect⁹.Sȝ qd orone te flectam! ſi.n. exit⁹.C.Cæſaris efficeṙ hoc ñ põt!ut maliſ caruſ eẽ:q̃ metui:nihil cuiuſq̃ ꝓficiet nec ualebit oro: quẽ q beatũ eẽ putant:miſerrimi ipſi ſũt.Beatus ẽ nemo:q ea lege uiuit:ut ñ modo ĩpune ſȝ ẽt cũ ſũma ĩterfectoris gloria ĩterfici poſſit.Quare flecte te quæſo:& maiores tuos refice. Atq̧ ita guberna Rem.P. ut natũ te eſſe ciuẽ tui gaudeant: ſine quo nec beat⁹ nec clar⁹ eẽ qſq̃ põt.Et.P.qdẽ R.iudicia multa ambo habetis: qb⁹ uos nõ ſatis moueri ꝑmoleſte fero : Quid.n. gladiatorii clamores ĩnumerabiliũ ciuiũ!Quid populi uerſus! Quid Põpeii ſtatuæ plauſus ĩfiniti!Quid ii. Tr. pl.q uobis aduerſanṫ!paꝝ ne hæc ſignificant ĩcredibiliter conſentientem.P.R.uniuerſi uolũtatẽ!



UVA. BHSC. IyR_187

plauſus infiniti:a populo pati occiſo Cęſare & coronata ē repta. Quid tribuni:q̄ omnes aduerſabanť Antonio & Dolobellę:pter unū Saluiū q Antonio fauebat:&.L.Antonium fratrē. Quid? ſuſpendēda pticula:& adiuuāda pnūciatiōe ſciſcitatio⁹. Apollinarium ludoꝝ:Brutus ut dictū ē prętor erat urbanus cū ē Cęſar necatus: & quoniā nihil tutum Romę uidebat:diſcedere ex urbe ſtatuerat:ſenat⁹ ne fugere uidereť ei & Caſſio rei frumētarię curā demādauerat. Cū ergo abeēt Brut⁹ ludos quos ędere in prętura ꝯſtituerat:uoluit & iuſſit ſe abſente ędi:& magnifice & ſūptuoſe nimis: emerat elephātes cōplures:quos exhiberi populo in ſpectaculis mādauit: ꝓfectus Neapolim cū hiſtriōibus & mimis de Camicio quodā q in re ſcœnica habebatur pręſtantiſſimus ſcripſit ad amicos ut nō niſi uolentē illuꝫ adducerēt:q̄ꝛ grecū quenq̄ ui cogi nefas eē dicebat. Scripſit & Ciceroni orans ut his ludis oīno intereſſet. Quibus ingenſ plauſus Bruto datus ē: & ſi aberat:ingēs apparuit populi ſtudiū in libertatis auctores:ingēſ beniuolētia:& in tyrānos odiū Apolliares uero ludi:qui & ſcenici dicūť: quoniā recitatiōe fabulaꝝ cōmendabantur. T.Sulpitio potito: &.C.Licinio Stolone conſ. Cū intoleranda uis peſtilētię urbē uexaret:iter alia cęleſtis irę placamina inſtituti ſūt accitis ex hetruria ludionibus: circi dūtaxat prius ſpectaculū fuerat:quod Romulus raptis Sabinis primus omniū cōſualiū noīe celebrauit. Liui⁹.vii ab ur.con.& Valeri⁹ maxi.auctores. O beatos illos:Caſſiū & Brutū. Actio tū plaudi:poetę cui⁹ fabula recitabať Atreus. L.Actius tragœdiaꝝ ſcriptor fuit:nat⁹ ē Mancino & Serrano cōſ.nō multo añ Ciceronē & CN.Pōpeiū genitus:pentib⁹ libertinis. Seni iā pacuuio Tarēti ſua ſcripta recitauit:Piſauꝝ inter colonos ex urbe deductus fuit: fundumq̄ꝫ illic hūit q Actian⁹ ē dictus. Niſi forte:nō.n.Actio poſt ānos.lx.q̄ ſcripſerat illā fabulaꝫ: ſed Bruto & Caſſio plaudebať. Eqdē is ſū:occurrit:nō ſūt magni faciēdi hui⁹mōi plauſus:quoniā a paucis & iiſdem popularib⁹ potentiorū fauorē aucupātib⁹ dari ſolēt: fateor inqt Cicero:& eos ſemp ego contēpſi. Sed q̄ñ nō a paucis q nihil aliud agūt & ſtudēt:ſed ab uniuerſis tribuūť:nō ꝯtēno:nec plauſū eē:ſed iudiciū puto:hoc ē q̄d ſentiāt uniuerſi d̄ eo cui plaudunt:iudicare & demōſtrare exiſtimo. P opularibus:ac ſi diceret uiliorib⁹.

Semp contempſerim:nā quod ipſe ait in officiis:Qui ex errore iperitę multitudinis pēdet in magnis uiris nō eſt habēdus. Ii qui ante ſequi:ut Antonius. Tā coram populo romano uitam ꝛc̄:nam ſatis inquit conſideratis cuiuſmodi populi ſit iudiciū de uiris boniſ & libertatis ſtudioſis:& quę uoluntas in ipſa retinēda libertate. A.Hirtius uero conſul deſignatus & initurus proxime conſulatum cum P anſa:grauiter ęgrotauit:& maximus fuit oium timor:maxima ſollicitudo ne decederet:publice priuatimq̄ꝫ ſuſcepta uota. In quo

Quid Apollinarium ludorum plauſus uel teſtimonia potius & iudicia. P.R. uobis parua eē uidebantur? O beatos illos qui cum adeſſe ipſis propter uim armoꝝ non licebat:aderant tñ:& in medullis. Po.Ro.ac uiſceribus hærebant: niſi forte Actio tum plaudi:& ſexageſimo poſt tum anno palmam dari putabatis:nō Bruto: qui his ludis ita caruit:ut ī illo paratiſſimo ſpectaculo ſtudium.P.R.tribuerit abſenti: deſideriū liberatoris ſui perpetuo plauſu & clamore leniret. Eqdem is ſum qui iſtos plauſus cū a popularib⁹ ciuib⁹ tribuerenť: ſemper cōtempſerim. idemq̄ꝫ cū a ſūmis mediis infimis:cum deniq̄ꝫ ab uniuerſis hoc idē fit:cūq̄ꝫ ii qui ante ſequi populi conſenſum ſolebant:fugiūt: non plauſum illū ſed iudiciuꝫ puto. Sin hæc uobis leuiora uidenť quæ ſūt grauiſſima: num etiaꝫ hoc cōtēnitis: q̄ ſenſiſtis tam caram Po.Ro.uitam.A.Hircii fuiſſe. Satis eniꝫ erat ꝓbatum illum eſſe. P.R. Vt eſt iucundum: amicis ī quo uincit omnes carū: ſuis:quibus eſt ipſe:cariſſimū. Tantam tamē ſollicitudinē bonorum:tantū timorem omniū ī quo meminimus? Certe ī nullo. Quid igiť hoc uos per deos īmor-

UVA. BHSC. IyR_187

meminim⁹:ac ſi dicat ĩ nullo qđ ipſe ſubiũgit. Nõ iterp̃taminĩ:nõ ĩtelligitis:& q̃le ſit iudicatis. De nr̃a uita:quos ſpãt obfuturos reip. Extaret:apperet q̃ſi monumẽtũ aliqđ. Vel ad ętatẽ:qa iã ſenex. Vel ad gloriã:qđ p oẽs decurrit magſtat⁹. Huc:ad ętatẽ & gloriã.

tales quale ſit:non interpretamini? Quid eos de ueſtra uita cogitare cenſetis: quibus eoꝝ quos ſperant Rei.P.cõſulturos:uita tam cara ſit? Cœpi.P.C.reuerſiõis meæ fructũ: quoniaʒ ea dixi: ut quicunqʒ caſus cõſecutus eſſet:extaret cõſciẽtiæ meæ teſtimoniũ:& ſum a uobis benigne ac diligenter auditus. Quæ poteſtas ſi mihi ſæpius ſine meo:ueſtroqʒ periculo fiet:utar. Sin minus: q̃tum potero nõ tam mihi me:q̃.Rei.P.reſeruabo. Mihi fere ſatis eſt: qđ uixi:uel ad ætatẽ: uel ad gloriam. huc ſi quid acceſſerit:non tam mihi q̃ uobis reiqʒ.P.acceſſerit.

## .M.T.C.in.M.Antoniũ.Philippica Secũda.

q Vonam meo fato.P.C. fieri dicaʒ: Vt nemo his annis uigĩti Rei.P.hoſtis fuerit:q non bellum eodẽ tp̃e mihi quoqʒ

h Aec ẽ ſecũda philippica:quę.M.Antoniũ p̃ore orõne uehemẽter cõmotũ:ſic ĩ Ciceronẽ accẽdit:ut leniri odii atrocitas poſtea nũq̃ potuerit. Extitit ãt exitii & mortiſ cicerõi cã:dicẽte ẽt ſatyro poeta:ridẽda poemata malo:Quã te diuinę mirãda philippica ſamę Volueris a prima quę p̃xia. Sup̃iorẽ Cicero Antonio abſente in ſenatu hũerat orõnẽ: qua ille irritat⁹ inimicitias Ciceroni denũciauerat. Sed ea denũciatione nihil oĩno deterrit⁹ ẽ:nihil armati & potẽtiſſimi minas ueritus:Cũ deinde.xiiii.calendas octobris:quo die ſẽat⁹ habit⁹ ẽ: magna armatoꝝ caterua ſtipatus ĩn ſenatũ ueniſſet Antoni⁹: & lõga orõne:quã totos ſepteʒ & decẽ dies in Tiburtino Scipionis meditatus fuerat:& poſtea ędidit:in Ciceronẽ ĩuectus eſſʒ ire in ſenatũ & corã r̃ndere cupientẽ amici retinuere:quod & lõge potẽtiora eẽnt Antonii arma:& ad manifeſtũ tenderet ĩteritũ. Sed dũ hęc Romę gerũt: C.Octauius adoleſcẽs hęres a Cęſare ex Dodrante relictus & in familiã nomẽq; adoptatus ex Apollonia rediit:primũ oĩum Antoniũ paternũ amicũ: ſalutatũ acceſſit:facta pecunię patris mentione quã Antõius tenebat:cũ adita hęreditate uiritim tricenos ſextertios:ut Cęſar legauerat:daturus eẽt. Veꝝ ãtonius aſpnari illũ:& inſanũ dicere:ac bonis carentẽ ſuaſoribus:q tã oneroſam adire hęreditatẽ uellet:ac nõ potius abſtineret. Sed neq; pſuadere adoleſcentẽ potuit:& inſtare ille p̃ pecunia uehemẽtius cœpit. Antonius & iactare multa ꝯtumelioſe:& facere:donec petẽti tribunatũ plebis & aureã ſellã patris ſui ponẽti ducturus ſe illũ in carcerẽ niſi ſollicitare plebẽ deſineret minat⁹ eſt: Qua ꝯtumelia irritatus cęſar:ad Curionẽ cõtulit ſe:totumq; ei ſe pmiſit & tradidit: breui p eũ ſenatũ ſibi cõciliauit:plebis uero & ueteranoꝝ ſic in ſe ipſe cõcitauit ſtudia: ut p oẽs amicos de reconciliatiõe egerit ãtonius:cõgreſſi in capitolio in gratiã rediere:Sed ſimulate q̃dẽ:nec multo poſt maximę iter eos rurſus exarſere inimicitię:uterq; ad legiões ſollicitãdas p Italiã diſcurrit:ab utroq; pręmiis ueterani ſunt allecti. Cicero ciuitatis eo tp̃e princeps quacũq; rõne poterat:oẽs in antoniũ mortales ꝯcitabat:cuius factiõi par iam:uel ſuperior potius auſus ẽ uenire in ſenatũ:& hanc orõnẽ q̃ oẽm anteactã Antonii uitã carpit & lacerat habere:ipſo antonio p̃ſente & audiẽte. Eſt aũt in demonſtratiuo genere cãꝯ poſita. Continet.n.uitupatonẽ:partim aũt purgationẽ hʒ:criminũ quę obiecit aduerſari⁹ partim relationẽ:nã & regerit maledicta & retaxat uehementiſſime & acerbiſſime ĩuectus: oĩs ab ipſo principio concitata ẽ oratio breuiſſimo quidem exordio: nam & reſpondet: ꝓuocatus uero cum ſe purgat ſatis beniuolos auditores habiturus creditur:& indignatus eſt ut ꝯtinere ſe nequeat qn erũpat q̃primũ. Exordiũ p expoſitionẽ in cõmodi factũ ẽ cũ admiratione & indignatione:dicit enim neſcire quo fato ſuo contingat ut uiginti annis quicũq; reipu. hoſtes fuerint etiam ſibi bellum indixerint. Argumenta a locis ꝯtutationis & purgatiõis prius:deinde turpitudis ducũt. His annis.xx:ac ſi dicat a.xx.ãnis uſq; huc.

UVA. BHSC. IyR_187

Indixerit:denūciauerit.ſignificat aūt.L.Piſonē:Gabiniū:Vatiniū:Clodiū:Catilinā:C. Antoniū:in quos Cicerōis extāt oratiōes:magis aūt reipu.q̄ȝ priuata cā odia cū illis & ini micitiis exercuit. Illi:in quos īuectus ē Cicero acerbiſſime:& quorum detexit ſcelera.
Quoꝝ facta imitere:nā Catilinę & Clodii ſcelera imitaris:exitū n̄ ꝑhorreſcis:q fuit fœ diſſimus & īfœliciſſim⁹. In aliis:q mihi hoſtes fuere. Audacior:quę.n.maior audacia q̄ȝ ꝯtra patriā ꝯiurare. Furioſi/or:magnus Clodii furor fuit:q ut rēpublicam ꝑturbaret: ſeſe adoptandum dedit cuidam ple beio. C.Fonteio: qui maior na/tu erat: Monſtri autem ſimile uidetur:ut pater maior natu fi lio ſit:multas leges ſubſtulit:& ī primis Hęliā & Fuſiā quę age re cū populo ꝓhibebāt:niſi ſer uatū de cęlo eēt:deniq; Cicero ſemp Clodii furorē uocat. Vl tro:tua ſpōte:n̄ laceſſitus a me.
Ad ciues ipios:tui ſimiles & eiuſdē furoris:ſi bono uiro & li bertatis ac patrię ſtudioſo: ho/ſtis fieres. Quid putē? multas enumerat cās qbus ipulſus ui/deri poſſit ātonius:ut tā acerbe in ſe īueheretur:multas refellit minus idoneas: unā ſubiicit ad extremū:quę uera eē uideatur.
In uita:in moribus. Gratia: ciuiū beniuolentia. Detrahi: maledicendo minui aliqd eorū quę dixi in ea:gratiā:ingenium
Mihi uni ꝯſeruatę:nā cū pa/triā a ꝯiuratoꝝ audacia liberaſ ſet Cicero:& de coniuratis ſup/pliciū ſūptū eēt: alii urbis con ſeruatorē:alii conditorē appel larūt:qđ uiuerēt: ꝙ incolumes eſſent: uirtuti eius acceptū refe rentes.Marcus Cato patrē pa/trię cenſuit appellandū:quod ī libera ciuitate ei dūtaxat conti git:hinc Satyrus ait poeta:Ro ma patrem patrię Ciceronem libera dixit. Illud ꝓfecto eſt:hoc eſt illud poſtremū qđ probat. Patrię:quando quidem quicunq; uiginti annis patrię hoſtis fuit:idem & Cice/roni bellum indixit. Contra rem ſuam:Res ſic habet:Tres Antonio fuere uxores.Pri/ma.M.Fūdi Bambaliōis filia.Secunda.C.Antonii Ciceronis in conſulatu collegę:quam adulteratam a Dolobella ſuſpicatus repudiauit.Tertia Fuluia.C.Curioni antea nupta.ex prima illa libertini generis:filium ſubſtulit:quem pro obſide in Capitolium miſſum dixi m⁹.hęc inferius patebūt & in hac philippica & in tertia.De re pecūiaria lis fuit amico Ci/ceronis & domeſtico cum.M.Fundo Bambalione homine libertinę conditionis ſed locu/pletiſſimo:pro quo Cicero in iudicium ubi res agebatur uenit aduocatus: Antonius ini quo animo tulit: & illa oratione qua ē in Ciceronem inuectus:queſtus fuit contra rem ſuam: hoc eſt ſoceri ſui: Ciceronem ueniſſe aliquando: quod Cicero nunc excuſat:

t quintus fadius quo[illegible] et marcus fundus

indixerit. Nec uero neceſſe ē a me quenq̄ nomiā/ri uobis:cum ipſi recordemini :mihi pœnaꝝ illi pluſq̄ optarē:dederūt. Te miror Antōi quoꝝ fa cta imitere:eoꝝ exit⁹ n̄ ꝑhorreſcere! Atq; hoc in aliis minus mirabar. Nemo illoꝝ mihi inimicus fuit uoluntari⁹. Oēs a me Rei.P.cauſa laceſſiti: Tu ne uerbo qdē uiolat⁹: Vt audacior q̄.L.Ca/tilina:furioſior q̄.P.Clodi⁹ uiderere:ultro ma/ledictis me laceſſiſti:tuamq; a me alienatiōem ad ciues īpios tibi glorię for putauiſti. Quid putē? cōtentū ne me? n̄ uideo nec ī uita:nec ī gr̄a:nec in reb⁹ geſtis:nec ī hac mea mediocritate ingenii qd deſpicere poſſit Antōius. An in Senatu facillime detrahi poſſe credidit? q ordo clariſſimis ciuibus bene geſtę Rei.pu.teſtimoniū multis:mihi uni cōſuatę dedit? an decertare mecū uoluit cōtētiōe dicēdi? Hoc qdeȝ bn̄ficiū eſt. Quid enim pleni⁹. Quid uberi⁹:q̄ mihi & ꝓ me & cōtra Antōiuȝ di cere? Illud ꝓfecto eſt:n̄ exiſtimauit ſui ſimilib⁹ ꝓbari poſſe ſe eſſe hoſtem patrię : niſi mihi eſſet inimicus : Cui priuſq̄ de cęteris rebus:r̄ndeo de amicitia : quaȝ a me uiolatam eſſe crimiatus eſt: Quod grauiſſimum crimen iudico:pauca dica/mus. Cōtra rē ſuaȝ ueniſſe me neſcio qn̄ q̄ſt⁹ eſt. An ego n̄ uenireȝ ꝯtra alienuȝ ꝓ familiari & neceſ ſario:& domeſtico meo? n̄ uenirem contra grām

UVA. BHSC. IyR_187

& cur nõ uenirẽ inqt ꝯtra ſoceꝝ tuũ:alienũ mihi & cũ quo aicitia aut ꝯſuetudo nõ iterce debat ꝑ familiari neceſſario & q̃ſi domeſtico:ꝯtra ãtonii fauorẽ & gratiã:quã ñ uirtute:ſꝫ flagitio collegit:ꝯtra iiuriã hoc ẽ iniqtatẽ iudicis:quã ãtonii ſocer auxilio & fauore iterceſſoris obtinuerat. Cũ p̃ſtim ẽt p̃torio iure mihi uenire liceret. An ego nõ uenirẽ? interrogatiue legendũ. Gratiã:fauorẽ & beniuolẽtiã hoium in ãtoniũ. Nõ uirtutis ſpẽ ⁊c: uirtutis ſpẽm dixit pulchritudinẽ & hõeſtatẽ:ũde ſpecioſa res dr̃ honeſta & pulchra: ſic ait quoniã ętatis florẽ ſubiũgit. ſignificat aũt rẽ fœdiſſimã antoniũ ętatis flore multoꝝ ſibi gratiã ꝯciliaſſe:Egregia fuit forma:ardẽter a Curiõis filio dilect⁹:q ut obnoxiũ magis ſibi redderet ãtoniũ i amores libidies uarioſq; ſũpt⁹ ĩpellebat:q̃re grande ęs alienũ cõflauit. Cũq; .cc.l.milia debe ret:idẽ ꝓ eo ĩterceſſit Curio: p̃r uero curiõis ęgre ferẽs: domo ſua ꝓhibuit ãtoniũ:q ad clodiũ prius ſe ꝯtulit:ĩde in Aſiã abiit: Cicero fœdiſſime actam obiicit ãtonio pueritiã:& ſe plurib⁹ ꝓſtituiſſe illũ oñdit. Iniuriã:iniqtatẽ iudicis. Iſte:ſocer tuus. Interceſſoris iniqſſimi:aut antonii:aut curiõis : q magnã diſcẽdo ꝯpauit potẽtiã:iniquũ uero qppiã ꝯtra Cicerõis amiciſſimũ obtinuerant. Nõ iure p̃torio: ſcilꝫ uenirẽ.nã aut cõtra leges:aut dolo malo qppiã cõtra Cicerõis amicũ ſtatutũ a iudice fuerat:qđ p̃toris edicto & iure ſuari ñ ꝯuẽiebat:id qđ ſecut⁹ ẽ Ci.qcqd aũt fuerit imaginari potius licet q̃ certum aliqd tradere . Infimo ordine:libertinoꝝ. Commẽdares: gratũ redderes:& ad amorẽ ꝓuocares. Libertinũ geneꝝ:te ſcilicet:nã libertini locupletis filiã uxorẽ duxit ãtoni⁹. Nepotes quoq; fũdi:M.Fũdi Bãbaliõis:& quoq; legendũ eſt: Diffiniũtur aũt ĩ iure ciuili libertini q iuſta ſuitute manumiſſi ſũt. At.n.te in diſciplinã: & hoc obiecerat ãtoni⁹ q̃ ĩ Ciceróis diſciplinã ſeſe adoleſcẽs tradidiſſet:uolebat aũt uideri obſuaſſe ciceronẽ:ꝯtra Ci.negat factũ:nec ꝑ curionẽ ẽt ſi uoluiſſet & optaſſet dicit facere licuiſſe:nã ut obſequẽtiorẽ adoleſcẽtẽ hẽret curio:a uirtute abducebat:& ad oẽꝫ turpitudinẽ ĩpellebat:qđ ẽ p⁹ dictũ. Nę tu ſi id feciſſes:certe ſi id feciſſes.gręca p̃ticula ẽ ui hꝫ affirmãdi.Ter.ĩ ãdria : Nę iſte haud mecũ ſẽtit. Augurat⁹ petitionẽ:& hoc obiecerat ãtoni⁹ in petitõe augurat⁹ ceſſiſſe cicerõi ſe:hoc ẽ petẽte cicerõe hõris & bñuolẽtię cã petere deſiiſſe. Falſũ oñdit Ci.quoniã ne petere qdẽ licebat ãtonio auguratũ:cũ & deberet.cc.l.milia: & ſoluẽdo nõ eẽt:nã neq; petere auguratũ neq; augurẽ ĩ demortui locũ noiare iis licebat:qui aut dãnati eẽnt de repetũdis:aut creditorib⁹ ſoluẽdo ñ eẽnt:ſic eniꝫ lege cautũ erat. Et p̃terea Curio cui⁹ ĩterceſſiõib⁹ id ãtoni⁹ ꝯſeq poſſꝫ aberat:quęſtor ĩ Aſia.is.n.curio ẽ:ad quẽ ſũt plures Ci.epiſtolę:ĩ p̃ncipio ſecũdi libri epiſtolaꝝ ad Lẽtulũ. Augur Cicero in Craſſi locũ optat⁹ ẽ:p⁹ q̃ ille piit ĩ pthis:paulo añ q̃ ꝓ ꝯſul ĩ ciliciã ꝓficiſcereẽ. Nominarunt p̃ſtantiſſimi uiri & ĩ ſua rep.florẽtiſſimi CN.põpei⁹ & hortẽſi⁹ orator. Aut cũ eẽs:tũc inqt cuꝫ fact⁹ fuiſti augur:unã tribũ ad ſuffragia ferre & ꝓducere ñ potuiſſes ſine curiõis auxilio ac ſi dicat ñ ſuppetebat tibi pecũia:q̃ unã tribũ ãbires.fauore Cę.Iulii iqt Plu.irer augures cooptatũ fuiſſe Ant. Breui:qđ ui pulſo ꝯpetitore ſupiores fuiſſent ꝓ Antõio laborãtes

nõ uirtutis ſpecie ſꝫ ætatis flor̃ collectaꝫ:ñ uenirẽ ꝯtra ĩiuriaꝫ: quaꝫ iſte ĩterceſſoris iniqſſimi bñficio obtinuit:ñ iur̃ prætorio:Sꝫ hoc iccirco cõmemoratũ a te puto:ut te ĩfimo ordini cõmẽdares: cũ oẽs r̃cordareẽ libertinũ geneꝝ:& liberos tuos nepotes quoq; fũdi libertini hõies fuiſſe.at.n.te ĩ diſciplinaꝫ meaꝫ tradideras.Nam ita dixiſti: domũ meaꝫ uẽtitaras:ne tu ſi id feciſſes meli⁹ famæ meli⁹ pudicitiæ tuæ cõſuluiſſes.Sꝫ nec feciſti:nec ſi cuperes:tibi id p.C.Curiõeꝫ facer̃ licuiſſꝫ.Auguratꝰ petitionẽ mihi te cõceſſiſſe dixiſti.O ĩcredibilẽ audaciaꝫ.O ĩpudẽtiaꝫ prædicandam.Quo enĩ tpe me augurẽ a toto collegio expetitũ. Cn. Põpei⁹.&.Q..Hortẽſi⁹ nomiauerũt:Neqꝫ.n.licebat a plurib⁹ nomiari:nec tu ſoluẽdo eras:nec te ullo mõ niſi euerſa.Re.P.fore ĩcolumẽ putabas.Poteras aũt eo tpe Auguratũ petere cũ ĩ Italia Curio nõ eẽt? aut tũ cũ eſſes fact⁹:unaꝫ tribũ ſine Curiõe ferre potuiſſes? Cui⁹ ẽt familiares de ui cõdemnati ſũt:qđ tui nimiſ ſtudioſi fuiſſent.

At bñficio ſũ uſus tuo:& hoc obiecerat ãtoni⁹ ſuo uſũ bñficio Ciceronẽ: ꝙ eũ Brũdu
ſii cũ poſſet:nõ occidiſſet:ad qđ rñdet Cicero. P õpeio in Pharſalia ſupato cũ Cato q na/
ualibus pręerat copiis:& claſſem & exercitũ Ciceroni cõmittendũ cenſeret:oẽſq; ut acci/
peret:hortarenť:ac unũ illũ ſibi ducẽ in cõmuni ſalute depoſcerẽt:cõſtanter recuſauit:ſi/
nẽ ſibi belli feciſſe:& in otiũ ꝓpare palã rñdit:qđ ei⁹ dictũ ſic moleſte qdã tulere ut paꝝ
abſuerit qn occidereť:quare ꝓ
pere in Italiam reuerſus:ſtatuit
Brũduſii Cęſaris reditũ in Aſia
& ęgypto cõmorantis pręſto/
lari. Erat aũt Brũduſii Antoni⁹
q Ciceronẽ ꝙ in ꝑtibus fuiſſet
P õpeianis occidere potuit: qđ
obiecit dicẽs ſuo bñficio uiue/
re:uixq; a Cęſaris militibus de
fendiſſe. Sẽp prę me tuli: faſ
ſus ſũ ſemp ac ſi ita:ut dicis:eẽt
Minus prudẽti:rẽ ipſam ut ẽ
cognoſcẽti. Ipe uictor:cęſar
Eũ tu occideres? quẽ ſaluuȝ
cęſar uoluiſſet:ac ſi dicat mini/
me. Quod ſi eẽt bñficiũ: nõ
occidere cũ poſſis: quoniã bñ/
ficiũ nõ ẽ:illi qb⁹ cęſar nõ ade/
mit uitã cũ poſſet: nõ laudarẽť
ꝙ eũ interfecerint: ſed igrati ha
berenť & uituparenť. ſed quia
laudãť:iccirco non adimere ui
tã nõ ẽ beneficiũ. Illũ:Cęſa/
rẽ. Seruati:nõ occiſi: ut Bru
tus Caſſius & reliq:q ꝑtes Põ/
peii ſecuti ſunt qb⁹ uictor cęſar
ꝑpcit. Impiũ:miſeꝝ.n.uide
ri debet te hoĩem nefariũ tantũ
hũiſſe licẽtię ut ciuẽ optimũ &
ꝓſtãtiſſimũ necare poſſes ſi uel
les. De iteritu:quę iterit ꝑ te.
Ne ingratus uiderer:in te q
ñ ademiſſe iactas uitã cũ poſſes
In illa querela:quę ẽ in ſupi
ore orõne. Et qdẽ:& tñ null⁹
adeo tẽpans extitiſſet:q đ te cõ
querẽs abſtiere a maledicto poſ
ſet. Religas reip. pp interce
ꝑtã pecuniã hoc ait:quę fuerat
ad ędẽ opis: & pp q̃ttuor milia
talẽta:quę a Calphurnia Cęſaris uxore accepit. Turpiſſimo mercato:tanq̃ i nũdinis &
mercato oĩa ãtonius uẽdiderat:magr̃atus:imunitates. Cũ leges eas:ut prętorię ꝓuincię
pluſq̃ ãnũ:ꝯſulares pluſq̃ biẽniũ obtinerẽť:ut duab⁹ decuriis tertia cẽturionũ addereť:ut
de ui & maieſtate dãnatis liceret ꝓuocare. De te:nã uolebat ãtonius licere ſibi ꝓuinciaȝ
ꝑ arbitrio ſuo retinere. Interceſſionẽ:tribũitiã ſubſtuliſſes ꝯſulari ꝑtãte & auctoritate.
Oẽs ĩpuritates:oẽs ĩpuros & fœdos hoĩes aleatores:ganeões:ut mox diceť. Luſtris:ſũt
& ĩ ſiluis luſtra feraꝝ hĩtacula. Virg. Nõ abſũt illic ſalt⁹ & luſtra feraꝝ:& loca ſordida atq;
occulta ĩ qs q uerſãť gulę & luxurię opã dãt:ac ĩpa ẽt lupãaria. Plau. ĩ aſia. luſtris ſtudet.

At bñficio ſuȝ uſus tuo? quo? q̃q̃ illud ipſuȝ qđ
cõmemoras ſemp prӕ me tuli. Malui me tibi de/
bere cõfiteri: q̃ cuiq̃ min⁹ prudẽti ñ ſatis gratus
uideri. Sȝ quo bñficio? qđ me Brũduſii nõ occi/
deris: quẽ ipſe uictor: q tibi ut tute gloriari ſole/
bas detulerat ex latrõib⁹ ſuis principatũ: ſaluuȝ
eſſe uoluiſſȝ. ĩ Italiaȝ ire iuſſiſſet. eũ tu occideres
fac potuiſſe. Quod ẽ aliud. P. C. bñficium latro
nũ: niſi ut cõmemorať poſſint iis ſe uitaȝ dediſſe:
qb⁹ nõ ademerĩt? Quod ſi eẽt bñficiũ: nunq̃ ii q il
luȝ ĩterfecerũt a quo erant ſuati: quos tu ipſe ui
ros clariſſimos appellať ſoles: tantaȝ eẽnt gloriaȝ
cõſecuti. q̃le aũt bñficiũ ẽ ꝙ te abſtinueris a nefa
rio ſceleř? Qua ĩ re nõ tam iucunduȝ uideri mihi
debuit non ĩterfectũ a te: q̃ miſeꝝ id te ĩpũe faceř
potuiſſe. Sȝ ſit bñficiũ? qñ qdẽ mai⁹ a latrone acci
pi nullũ potuit. In quo potes me diceř ĩgratum?
an de ĩteritu. Rei. P. queri nõ debui ne ĩ te ĩgrat⁹
uiderer? At ĩ illa querela miſera qdẽ & luctuoſa
ſȝ mihi ꝓ hoc gradu ĩ quo me Senat⁹. Po. q;. R.
collocauit neceſſaria: Quid ẽ dictũ a me cũ cõtu
melia? Quid nõ moderate? Quid ñ amice? Et qdẽ
cui⁹ tẽpantiӕ fuit: D. M. Antõio querẽteȝ abſti
nere maledicto? preſtĩ cũ tu reliqas. Rei. Pu. diſſi
pauiſſes? cũ domi tuӕ turpiſſimo mercatu oĩa eſ
ſent uenalia? cũ leges eas quӕ nunq̃ ꝓmulgatӕ eſ
ſent: & de te: & a te latas cõfitereř? cũ auſpicia: au
gur: ĩterceſſionem Conſul ſuſtuliſſes? cum eſſes
fœdiſſime ſtipatus armatis: cuȝ oẽs ĩpuritates pu
blica in domo quotidie ſuſcipes: Vino luſtriſq;

UVA. BHSC. IyR_187

cōfect⁹. At ego tāq̄ mihi cū. M. craſſo ↄtētio eēt: Quo cū multæ & magnæ fuerūt: nō cū uno gladiatorē neq̄ſſio & ḋ. R. P. grauiſ q̄rēs: ḋ hōine nihil dixi. Itaqȝ hodie pficiaȝ: ut ītelligat q̄tū a me bñficiū tū accepit. At ēt lr̄as q̄s me ſibi miſiſſe diceret: recitauit. hō & hūanitatis exps: & uitæ cōmūis ignar⁹. Quis. n. unq̄ q paulū mō bonoꝝ cōſuetudinē noſſet: litteras ad ſe ab amico miſſas offenſiōe aliqua īterpoſita in medium protulit: palamqȝ recitauit? Quid hoc ē aliud q̄ tollere e uita uitæ ſocietatē? tollere amicoꝝ colloqa abſentiū? q̄ multa loca ſolent eſſe ī epiſtolis quæ prolata ſi ſint: inepta eſſe uideanť? q̄ multa ſeria? neqȝ tñ ullo mō diuulganda. Sit hoc inhumanitatis tuæ: ſtulticiaȝ incredibilem uidere. Quid habes quod mihi oppōas hō diſerte ut Muſtelæ: Thamyſio. & Tyrōi Numiſio uideris. Qui cū hoc ipſo tpe ſtent cū gladiis ī cōſpectu Senatus: ego quoqȝ te diſtuȝ putabo: ſi oñderis qūo ſis eos īter ſicarios defēſurus. Sȝ qd oppones tandē? ſi negē me unq̄ iſtas lr̄as ad te miſiſſe. Quo me teſte cōuinces? an chirographo ī quo habes ſciētiam quæſtuoſam? qd poſſis? ſunt. n. librarii manu. Iam īuideo magiſtro tuo: q te tāta mercede: q̄taȝ iaȝ pferaȝ nihil ſapere docuit. Quid ē min⁹ nō dico oratoris: ſed hominis: q̄ obiicere aduerſario: quod ille ſi uerbo negarit: longius progredi non poſſit qui obiecerit. At ego nō nego: teqȝ ī iſto ipſo cōuico non

Confectus: ↄſūptus: exinanitus. Cū. M. craſſo: hic ē. M. craſſus ille diues q piit ī Parthis: cū quo Ciceroni graues & diuturnę fuerūt inimicitię. Ea uero extitit cā: quod cū Catilina cōiuraſſe eū Cicero inſimulauit. Et in orōne quā de ↄſulatu ſuo habuit: Craſſum ad ſe noctu ueniſſe rettulit: epiſtolā a Catilina miſſam tenentē: qua illū quaſi ↄſciū ad ↄfirmandā coniurationē hortabať. Quod uero in Ciceronē ęquior eſſet Craſſus: ac non apte inſectaretur: fili⁹ cā extitit: qui ſtudioꝝ gr̄a Ciceronem aſſectabatur: & ſic obſuabat: ut eo dānato ueſtem mutauerit: idqȝ ut cōplureſ nobiliſſimi adoleſcentes facerēt: ſuaſerit. Tandē uero patrē etiā reconciliauit Ciceroni. Tū: qñ habuit primā illaȝ orōnē: quę hanc pcedit. Vitę cōmunis: ac ſi diceret humanę ↄſuetudinis quā ſeq ſolem⁹. nō eni ſiqd ſcriptū aut dictū ē nobis ab amicis prius: id cū inimici euadim⁹: diuulgare debem⁹. Nec prudēs quiſpiam facere auderet. nam ſi hoc fieret: abſtinerent hoīes loq multa cū amicis aut ſcribere abſentes: quippe q dicerent: ſi forte inimicitię īter nos exorirētur: quicqd dixero: aut ſcripſero: ppalabitur. Aliqua defenſiōe: ideſt ſi qua offenſio interuenit: ſi diſplicuerunt.

Vitę ſocietatem: ut ad amicū nō audeat qſq̄ ſcribere: aliqua de re: ſi dubitat eū aliqua offenſione interueniente pditurum.

Inepta: ut ioci & dicta faceta ambigua & obſcœna nō nūq̄: q̄lia ſūt in Cicerōis epiſtolis illis ad Petū & alios nonnullos.

Seria: de repu. ſed nō diuulgāda qñ piculū ē īde ei q ſcripſit: ut cū tpa accuſam⁹: & pricipes carpim⁹. Sit hoc: tu inqt ī humanus: & uitę cōiſ ignar⁹: hāc tuā incredibilē ſtulticiā uideas & ↄſideres. Hō diſerte: irōice: ut tuis inqt uideris opis & aſſeclis: hōib⁹ īpuriſſimis & ſceleſtiſſimis. Muſtelę: thamyſio: tyrōi: quos & īferi⁹ ↄmēorat: ii uini exhalādi ñ acuēdi īgenii cā declamare dictitabāt Ant. qđ p⁹ diceť. Inter ſicarios: q̄ſi iocať Ci. & tñ ueꝝ obiicit crimē ātōio: qđ & īpe & opę ei⁹ obnoxii eēnt legi ḋ ſicariis: quoniā armati uenerāt ī ſenatū. Lex uero Cor. ḋ ſica. hōicidaſ ultore ferro pſeqť: uel eos q hoīs occidēdi cā cū telo ābulāt. Sica uero ē qcqd teli hoīſ occidēdi cā ferť. An chirographo: īpa man⁹ meę ſcriptura. In quo hēs ꝛc: ī effingēdis. ſ. chirographis: & ſcriptura man⁹ alic⁹ ac caracterib⁹ ex qb⁹ magnū capis fructū: adulterinis lr̄iſ & teſtamētis. Quid poſſis. q. d. ñ uideo: ñ. n. ſūt mea: ſȝ librarii mei māu. Iā īuideo ꝛc: & hic iocať: ſed cū felle & acri repħēſiōe: Curiōi dicit īuidere ſe q nihil Antoniū ſapere docuit tāta mercede: ei enim ſe ſubſtrauerat Antonius: ut eſt dictum. Verbo: uno uerbo.

UVA. BHSC. IyR_187

Oẽ aũt tuũ crimẽ ẽ: oĩs ĩ tali re tua accuſatio ẽ: & in hoc me criminaris. Quendã de exilio reducere: P. Clodii filiũ itelligimus: quẽ exulẽ reductur⁹ Antoni⁹ ſcripſit ad Ciceronẽ pri⁹: ſe illũ niſi Cicero ãnueret ñ reuocatuꝝ. Quid.n.iterponerẽ audacię tuę: ac ſi diceret facturus oĩno fueras: uellẽ nollem ego. Huius ordis: ſenatorii. Cęſaris lege: quã ĩ actis & libellis cęſaris tu ipẽ eẽ dicebas. Meã gratiã: meũ bñficiũ. Lege lata: nã ſi cęſar tulerat ut. P. Clodii fili⁹ reſtitueret: neq; Ciceronis ꝯſentientis: neq; Antonii reuocantis poterat beneficiũ eſſe. Attente: quoniã magna & uera in illũ dicam. Modeſtiaꝫ: in uita & moribus. Oblitũ eſſe putetis mei: ꝯſuetudis meę. Vel ꝙ ita factus eſt ꝯſul: q̃rtum cõſul Cęſar Antoniũ ſibi collegam aſſumpſit: Cęſaris ergo arbitrio: non populi ſuffragiis factus eſt conſul: nõ lege: nõ more: ideoq; ait Cicero: uel ꝙ ita factus eſt conſul. Statuerat aũt Cęſar ſe magiſtratu abdicare: ita ut in locũ ſuũ Dolobella ſubrogaret: qđ pri⁹ ẽ dictũ. Re ueſter: uobis.n.& publicę utilitati ñ meę & ꝑuatę: ut ãtoni⁹ ꝯſul fui: nec qcq̃ niſi ex ſẽat⁹ auctoritate geſſi aut ꝯſtitui cũ oĩa antoni⁹ ex libidine agat. Tu hõ ſapiẽs: ironice. Fatũ: ut queadmodũ ille peas. C. curionẽ: q ĩ Libyã ꝯtra Attiliũ Varũ: q.p Põpeio ductabat exercitũ: & Iubã Mauroꝝ ac Numidaꝝ regẽ q Varo obſeq̃bat cũ duab⁹ miſſis legionib⁹ pugnãs ap̃ Bragadã fluuiũ cũ oĩb⁹ q una erant trucidat⁹ eſt: quod Appianus & lucanus ſcribunt pluribus. Domi tuę: ut omnes ex iſta familia ferro pereatis: ſicuti & auus tuus periit. P. Seruilio: is eſt q Iſauros in Cilicia domuit: & Iſaurici cognomẽ reportauit. L. catulo:

ĩhumanitatis ſolũ: ſed etiam amẽtiæ. Quod.n. uerbum in iſtis litteris eſt non plenum humanitatis: officii: beniuolentiæ? omne autẽ crimen tuum eſt: quod de te in his litteris non male exiſtimem: ꝙ ſcribam tanq̃ ad Ciuẽ: tanq̃ ad bonum uirum: non tanq̃ ad ſceleratũ & latroneꝫ. At ego tuas litteras: & ſi iure poteram a te laceſſitus: tñ non proferam: quibus petis: ut tibi per me liceat quẽdam de exilio reducere. Adiuraſqꝫ id te inuito me non eſſe facturũ. idqꝫ a me impetras? Quid enim interponerẽ audaciæ tuæ? quem neqꝫ autoritas huius ordinis: neqꝫ exiſtimatio. P.R. neqꝫ leges ullæ poſſunt coercere? Veruntamen quid erat: qđ me rogares? ſi erat is: de quo rogabas: Cæ. lege reductus? Sed uidelicet meaꝫ gratiaꝫ uoluit eſſe: in quo ne ipſius quidẽ ulla eſſe poterat lege lata. Sed cum. P.C. mihi & pro me aliquid & in. M. Antoniũ multa dicenda ſint: alterũ peto a uobis: ut pro me dicentẽ benigne: alterũ ipſe efficiam: Vt contra illum cuꝫ dicam: attente audiatis. Simul illud oro ſi meam cũ in omni uita tum in dicendo moderationem: modeſtiamqꝫ cognoſcitis: ne me hodie cuꝫ iſti ut prouocatus reſpondebo: oblitum eſſe putetis mei. nõ tractabo ut Cõſulem: ne ille quidem me ut Cõſularem: & ſi ille nullo modo Conſul uel quod ita uiuit: uel quod ita Rem. P u. gerit: uel quod ita factus eſt Conſul: Ego ſine ulla controuerſia Conſularis: ut igitur intelligeretis: qualem me eſſe Cõſularẽ ꝓfiteret: obiecit mihi Cõſulatũ meũ: qui Cõſulat⁹ uerbo me⁹. P.C. re ueſter fuit. Quid enĩ cõſtitui? qđ geſſi? niſi ex hui⁹ ordinis cõſilio? autoritate? ſententia? Hæc tu hõ ſapiẽs nõ ſoluꝫ eloquẽs apud eos quorũ cõſilio ſapiẽtiaqꝫ geſta ſũt: auſus es uituperare? Quis aũt meũ cõſulatũ præter. P. Clodiũ q uituparet. ĩuẽt⁹ ẽ? Cuius qdẽ te fatũ ſicuti. C. Curionẽ manet: quoniaꝫ id domi tuæ ẽ: qđ fuit illoꝝ utriqꝫ fatale. nõ placet M. Antõio Cõſulat⁹ me⁹. At placuit. P. Seruilio: ut eũ primũ nomĩeꝫ ex illi⁹ tpis cõſularib⁹: q ꝓxĩe ẽ mortu⁹. placuit. L. Catulo: cui⁹ ſingularis ſemper ĩ hac Re. P u. uiuet autoritas. placuit

UVA. BHSC. IyR_187

Quintũ Catulum potius legendum puto: qui conſumptum incendio Iouis templum in Capitolio & refectum: dedicauit. Duobus lucullis: Lucio & Marco: uterq; ꝯſularis fuit Lucius ętate Pompeio grandior: res pręclaras contra Mithridatem geſſit: & ingentes poſſedit diuitias. M. Craſſo: illi diuiti. Qu. Hortenſio: oratori pręſtãtiſſimo. C. Curioni: patri: cuius & aliis in locis: & in libro meminit de claris oratoribus. Deceſſit is nõ multo antequã in Ciliciã proficiſceretur Cicero. M. Lepido: q fuit triũuir. C. Piſoni: qui frater fuit Lucii Piſonis ſoceri Cęſaris. M. Labeoni: is iure cõſultus fuit: cũ Cęſare in Gallia militauit: & tamen in ciuilibus bellis Pompeiũ ẽ ſecutus: L. Volcatio: huiꝰ meminit ĩ epiſtolis. C. Figulo: ad hũc multę ſũt Cicerõis epiſtolę: fuit autẽ eruditiſſimꝰ. D. Syllão & L. Murenę: hoꝝ & Salu. meminit in Catilina. Placuit. M. Catoni: q ꝯſularis nõ fuit: ſed prętoriuſ. M. Cato q ſe uticę occidit ne Cęſarẽ uictorẽ: patriãq; ſeruientem uideret: & illi ſupplicare cogeret: ac ꝓ his rebꝰ grãs agere: q̃s ꝯtra leges & ꝑ iniuriã feciſſet: quẽadmodũ ipſe. L. Cęſari inqt Cęſaris ꝓpinquo: qui a trecẽtis q ꝯtra Cęſarẽ ſenſerãt: ꝓ uenia & ſalute ĩpetrãda: ad uictorẽ mittebat. CN. Põpeiꝰ: q cũ primũ ex Aſia ſeſe ĩ urbẽ recepiſſ&: grãs Cicerõi egit: fruſtra ſe affirmãs triũphũ reportatuꝝ fuiſſe: niſi urbs a Cicerõe ſeruata eẽt: in q̃ poſſet triũphare.

duobꝰ lucullis. M. craſſo. Q. hortẽſio. C. curioni. C. piſõi. M. labeõi. L. uolcatio. C. Figulo. D. Syllano. L. murenæ. q tũc erant ɔſules deſi. Placuit ꝗ idẽ ɔſularibꝰ. M. Catõi q cũ multa uita excedẽs ꝓuidit: tũ cõſulẽ ñ uidit. maxĩe uero ɔſulatũ meũ. Cn. põpeiꝰ ꝓbauit: q ut me primũ decedẽs ex Syria uidit: cõplexus & gratulãs: meo bñficio pria& ſe uiſuꝝ eẽ dixit. S& qd ſingulos cõmemoro? frequẽtiſſimo Sẽatui ſic placuit: ut eẽt nemo q mihi ñ ut parẽti grãs ageret: q ñ mihi uita& ſuam: liberos: fortunam. R. P. orbata ẽ. uẽiamus ad eos q duo e cõſulari nũero reliq ſunt: L. Cotta uir ſũmo ĩgenio: ſũmaq& prudẽtia: rebus his geſtis: q̃s tu reprehẽdis: ſupplicationẽ decreuit uerbis ãpliſſimis? eiq& illi quos mõ nomĩaui: Cõſulares Sẽatuſq& cũctꝰ aſſenſus ẽ: qui honos poſt cõdita& hanc urbẽ habitꝰ ẽ togato añ me nemini. L. Cæ. auunculꝰ tuꝰ: q̃ oratiõe: q̃ cõſtãtia: q̃ grauitate ſentẽtia& ĩ ſororis ſuæ uiꝝ dixit uitricũ tuũ? Hũc tu cũ auctorẽ & præceptorẽ omniũ cõſilioꝝ: totiuſq& uitæ debuiſſes hr̃e: uitrici te ſimilẽ q̃ auunculi eẽ maluiſti: huiꝰ ego alienꝰ cõſiliis Cõſul uſus ſu&: tu ſororis filiꝰ: qd ad eũ de Re. pu. unq̃ retuliſti? Ad quos refert dii ĩmortales? ad eos ſcilicet quoru& nobis etiam dies natales audiendi ſunt. hodie nõ deſcendit Antoniꝰ: cur?

Ex Syria: quã ꝓuinciã po. ro. fecit: cũ & Iudęã ſubegit direpto Salomõis templo: & Ariſtobolo iudeoꝝ rege capto. Vt parẽti: M. Catõis ſñia pater patrię ẽ appellatꝰ: qđ priꝰ diximꝰ. Acceptũ referret: a rõcinãtibuſ & rõnibɔ hoc eſt ſuppũtatõibɔ tractus ẽ ſmo: ĩ q̃s cũ pecũiã creditã accipimus: acceptã referre dicimur. cũ uero reddimus: expẽſam. L. Cotta: is ſupplicatiõ& decreuit Cicerõi patefcã ꝯiuratiõe & ſupplicio de ꝯiuratis ſũpto: cui ſẽatus ẽ aſſẽſus. Nemini aũt ꝯtigit unq̃ talis hõor togato. nã decerni ſupplicatiões ꝯſueuere is q extra urbẽ bellũ gerũt. In ſororis ſuę: Iulia ex Cęſaris failia L. Cęſaris ſoror ãtonio. M. ãtonii oratoris filio nupſit Fœĩa ꝑmaria & nulli ętatis ſuę pudicitia cedẽs: poſt mariti mortẽ nupſit iteꝝ. P. Cor. Lẽtulo: q cũ. L. Catilia ꝯiurauit: & ſupplicio Cicerõe ꝯſule & uidice ꝯiuratõis ẽ affcũs. ũde uehemẽs ãtonii. ĩ Ciceronẽ odiũ: ꝗppe q dicere ſolebat uitrici ſui corpꝰ nõ prius ad ſepulturã ꝯceſſum: q̃ id mater ſupplex a Cicerõis uxore ĩpetraſſet. ſed falſo hoc pręedicabat: nã nemo ſupplicio affectoꝝ ob eam cõiurationem ſepultura eſt prohibitus. Alienus: non affinis: aut ꝓpinquus. Sororis: L. cęſaris. Ad quos: uiliſſimos & nefarios. Audiẽdi ſũt: & oñdit quo pacto quaſi ꝑ dialogũ. uox. n. ẽ cuiuſpiã ĩterrogãtis cur in ſenatũ aut l oꝝ ñ deſcẽdat antõius: cui reſponderur

UVA. BHSC. IyR_187

Dat natalia:dat facultatem ce
lebrãdi natales dies ĩ hortis ſu
is:& ipſe ĩterẽ. Neminẽ noia
bo:cui det. Sed putatote:cogi
tate uos ipſi :& diuinate:Phor
mio & Gnato pſonę ſũt paraſi/
toꝝ Terẽtiãę:Alter ĩ fabula cui
nomen dat:alter ĩ eunucho ĩtro
ducit.Ballio lenõiſ nomẽ is ĩ fa
bula ẽ ap̃ Plau.cui nomẽ pſeu/
dulꝰ. Tuꝰ uidelꝫ:hęc ãtonii fu
erãt uerba quę eleuat & ꝯtẽnit
Cicero:Scilicet & uidelꝫ deriſũ
indicãt cũ amaritudine q̃daꝫ p
mixtũ:ut Terẽ.Id populꝰ curat
ſcilicet. In eo tẽplo: ꝯcordię
ubi habitus eſt ſenatꝰ: qđ poſt
apparet:quando in Ciceronem
dixit Antonius:aut certe ĩ curia
quę ſacra erat: nõ enim niſi in
ſacro loco haberi ſenatus po/
terat. Virgi.Hoc illiſ curia tem
plũ. Cliuũ Capitolinũ:q du
cebat ad Capitoliũ ex romano
foro. Vt illa credo : hęc iro
nice ait. ideo cliuũ inquit capi
tolinũ armatoꝝ ſeruoꝝ plenũ
fuiſſe:ut tunc illa ſenatus cõſul
ta de coniuratis fierent:cũ uim
ſenatui afferebam : & ita ut uo
lebaꝫ ſentire illũ cogebã:quod
in diuerſũ accipiendũ eſt: nam
& ſalutaria referente Cicerone
ſenatus conſulta facta ſũt:qbuſ
liberata ab interitu reſp.& pu/
niti nefarii homines coniurati.

Prętter re:qui Catilinę pſimi
lis minime affuiſti quaſi iniquo
animo ferres talia in Catilinam
ſtatui. Quis nomen non de/
dit? interrogatus ita ne cẽſeret
& q̃ſi pfitẽs ſe ĩ ſenatꝰ uolũtate
futuꝝ.nam militaturi una cum
aliquo conſule ſeu imperatore
nomina dabant. Conſcioruꝫ
indiciis:hęc oĩa apud Criſpum

Haberet duceꝫ:me . Ad ſe
pulturam: hoc quid ſit prius ẽ
dictum. P.Clodius: cum ac/
cuſator Ciceronis ad populum
multa obiecit : ſed illud in pri/
mis:ꝙ de indemnatis ciuibꝰ ro
manis ſupplicium ſumpſiſſet.

dat natalia in hortis : cui ? neminem nominabo:
putatote eũm Phormioni alicui:tum Gnatoni:
tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitioſaꝫ:
O impudentiam: nequiciam:libidinem: non fe/
rendam. tu cum Principem Senatorem ciuẽ ſin/
gularem tam propinquum habeas.ad eũ de.R.
P.nihil refers ? ad eos refers qui domũ ſuam nul
lam habent:tuam exhauriũt. Tuus uidelicet ſa
lutaris Conſulatus : pernicioſus meus ? adeo ne
pudorem cum pudicicia perdidiſti ? Vt hoc ĩ eo
templo dicere auſus ſis: in quo ego Senatuꝫ illũ
qui quondam florens orbi terrarum præſidebat:
conſulebam:tu homines perditiſſimos cum gla/
diis collocauiſti ? At etiam auſus es:quid autem
eſt:quod tu non audeas ? Cliuum Capitolinum
dicere me Conſule plenum ſeruorum armatoꝝ
fuiſſe. Vt illa credo nefaria Senatus Conſulta
tunc fierent:cum uim afferebam Senatui. O mi/
ſerum ſiue illa tibi nota non ſunt:nihil enim bo/
ni noſti:ſiue ſunt : qui apud tales uiros tam im/
pudenter loquare ? Quis enim eques Romanus ?
quis præter te adoleſcens nobilis ? Quis ullius or
dinis : qui ſe ciuem meminiſſet: cum Senatus in
hoc templo eſſet : in Cliuo capitolino non fuit ?
Quis nomen non dedit ? quanquam nec ſcribæ
ſufficere:nec tabulæ nomina illorum capere po/
tuerunt : etenim cum homines nefarii de patriæ
parricidio confiterentur:cum conſciorum indi/
ciis: ſua manu uoce pene litteraruꝫ coacti ſe Vr/
bem inflammare:ciues trucidarẽ: uaſtare Italiaꝫ:
delere Rem.pu.conſenſiſſent: quis eſſet : qui ad
ſalutem communem defendendam non excitare/
tur ? preſertim cum.S.P.qꝫ.R. haberet ducem ?
qualis ſi quidem nunc eſſet: tibi idem quod illis
accidit:contigiſſet. Ad ſepulturam corpus uitri
ci ſui negat a me datum. Hoc uero ne.P. quideꝫ
Clodius dixit unq̃ ? quem quia iure fui ei inimi
cus:doleo a te iam omnibus uitiis eſſe ſuperatũ.
Qui autem tibi uenit in mentem redigere in me/
moriam noſtram te domi. P.Lentuli eſſe educa/
tũ ? an uerebare ne non putaremus natura te po
tuiſſe tam improbũ euadere: niſi acceſſiſſet etiaꝫ

UVA. BHSC. IyR_187

diſciplina? Tam aũt eras excors: ut tota in orõne tecũ ipſe pugnares: ut nõ modo nõ coherẽtia inter ſe diceres; ſed maxime diſiũcta atq3 contraria: ut non tanta mecũ quanta tecũ ibi eſſet contentio. Vitricũ tuũ in tanto fuiſſe ſcelere fatebare: pœna affectũ quærebar? Ita quod ꝓpriũ meũ eſt laudaſti: quod totius ſenatus eſt repræhẽdiſti. Nam cũ cõpræhẽſio ſontiũ mea aĩaduerſio Senatus fuerit: homo diſertus non intelligit: eũ quem contradicit: laudari a ſe eos apud quos dicit uituperari. Iam illud cuius eſt nõ dico audaciæ: cupit enĩ ſe audacẽ dici. ſed qđ mĩme uult: ſtulticiæ qua uincit oẽs: Cliui Capitolini mentionem facere? cum ĩter ſubſellia nr̃a uerſent armati? Cũ in hac cella concordiæ o dii ĩmortales in qua me cõſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt quibus ad hanc diẽ uiximus cum gladiis hoĩes collocati ſtent? Accuſa ſenatũ: accuſa equeſtrẽ ordinẽ: qui tum cũ ſenatu copulatus fuit: accuſa omnes ordines: omnes ciues dum confiteare hunc ordinem hoc ipſo tempore ab Ithyreis circũſederi. Hæc tu non ꝓpter audaciam dicis tam impudenter: ſed qui tantarum reru3 repugnantiam non uideris: nihil ꝑfecto ſapis. Quid enĩ ẽ dementius? q̃ cum ipſe contra rẽpublicam perniciosa arma cæperis: obiicere alteri ſalutaria. At & quodam in loco facetus eſſe uoluiſti: quam id dii boni nõ decebat? in quo eſt tua culpa nulla. Aliquid enim ſalis ab uxore Mima trahere potuiſti. Cædant arma togæ. Quid? tũ nonne ceſſerunt? At poſtea tuis armis ceſſit toga. quæramus igitur utrum melius fuerit libertati. P. R. ſceleratorum arma: an libertatem noſtra3 armis tuis cædere? Nec uero tibi de uerſibus reſpõdebo. tamẽ dicam breuiter: neq3 illos: neq3 ullas te oĩno litteras noſſe: me nec. R. P ub. nec amicis unq̃ defuiſſe: & tamẽ omni genere monumẽtoꝝ meorum perfeciſſe operis ſucciſiuis: ut meæ uigiliæ meæq3 litteræ & iuuẽtuti utilitatis & nomini Romano laudis aliquid afferrent. Sed hoc nõ huius tp̃ris ad maiora ueniamus. P. Clodiũ

Diſciplina: educatio Quãta tecũ eſſet cõtentio: dũ minꝰ coherentia dicis & a te ipſo diſſentis. Eum: me. Eos: ſenatores. In hac cella concordię: templũ concordię in oliuo fuit Capitolio nõ ꝑcul a Iunõis monetę templo: quod illic fuit ubi domus. M. Manlii in Capitolio: qua diruta ędes Iunonis eſt extructa. Furius Camillus uouit bello uehientano & poſuit. Ouidius auctor in faſtis. Cella uero pars templi eſt ubi res diuina fit ubi ſimulachru3 numinis: circa quam pręcinctiones colũnaꝝ & in cellã ingredi omnibus fas nõ erat. Ab ithyreiſ. Ithyria r̃gio ẽ paleſtię & iudeę i q̃ Anto. ſub gabinio ꝯſule meruit. uñ ẽt multos abduxit qbꝰ poſtea utebar ſuis & miſtris. Sũt item ithyrei uicini ꝑtis & arabibꝰ montanã icolẽtes regionẽ: hoies malefici. Virgi. Optimos arcus ſignificare uolẽs ithyręos dixit in georg. Ithyręos taxi torquẽr in arcꝰ. Alteri: mihi. Salutaria: q̃ ſalutẽ attulerũt. At etiã quodã in loco facetuſ eẽ uoluiſti: nam q̃ſi p iocũ Ci. recitauerat uerſũ Cędãt arma Togę. Salis: facetiaꝝ. Ter. Qui h3 ſalẽ qđ i te ẽ. Ab uxore mima: Antõio fuit uxor & eadẽ ſoror. C. Anto. filia Ci. college i ꝯſulatu: quã a Dolobella adulteratã ſuſpicatꝰ repudiauit: & Fuluiam accepit C. Curiõi ꝑus nuptã: q̃ ſic imperiũ in uiꝝ exercebat: ut ei ſe gratiã hr̃e aliqñ Cleopatra dixerit ꝙ ita inſtitutũ ab ea accepiſſet Antoniũ ut uxoribꝰ eſſe obnoxius didiciſſet. Hic Volũniã itelligit Mimã: q̃ ueluti uxor Antõio erat & quã tãq̃ nuꝑ mr̃ Antonii ſequebar: ut mox dicer. Succiſiuis opis: qda3 tex. hoc nõ hñt. Succiſiua tp̃a uocat Pli. Sũt aũt quę a rebus neceſſariis ſucciſa ſũt & ab illo tp̃e qđ alicui certę rei deſtiatũ

c

UVA. BHSC. IyR_187

eſt diuiſa ut horę ñocturnę q̃etis.Ci.li.ď legibus.Succiſiua quędã tpa incurrũt quę ego pire nõ patior.A.Geli⁹.Quantũ aũt nitę mihi deinceps deũ uolũtate erit q̃tũq; a cura & a re familiari ꝓcurãdoq; cultu liberaꝝ meaꝝ dabitur: ociũ oĩa ſubciſiua & ſubſecũdaria tpa ad colligẽdas huiuſmõi memoriaꝝ delectatiũculas cõferã. Meo cõſilio iterfectũ:id quod alii quoq; Ciceroni obiecere:eius cõſilio & ĩpulſu a Milone.occiſũ Clodiũ. Cum tu illũ: Anto.ducenta q̃nq̃gin ta milia debebat ꝓ qbus cũ in terceſſiſſet Curio:cui⁹ erat ſcor tũ Curionis pater ęgre ferens domo prohibuit Anto.is ſe ad Pu.Clodiũ cõtulit: nec multo poſt ortis inter ipm̃ & Clodiũ inimicitiis in Aſiã abiit. Op pilatis:direptis.nã tabernã illã librãriã in qua delituit fugiẽs Clodiũ Anto.etiam oppilauit. Eſt aũt oppilare & cõpilare:fu rari. Sed ita ut ne pilus qdẽ re mãeat: uel quoniã milites quę rapiũt in pilę figurã conferũt ut ait Pędianus. Fauiſſe:cõ tra Clodiũ. Rẽ trãſegit:Clo diũ occidit in uia Appia. Sci licet is animus:q̃ſi reipu.cã oc ciderit Clodiũ Milo qď in illa orõne nititur ꝓbare quę ꝓ Mi lone extat. At lętatus ſuꝫ: di luit & hoc quod obiecerat An to. In tanta lęticia:quę fuit publica occiſo Clodio. Quę ſtio:lege põpei q tulit ut de cę de i Appia uia facta quęreret. erat aũt tũ ſolus cõſul Pomp. ut Ci.& Pedi. Nã ſatis pru denter illa ꝛc. nam ueteri lege xii.ta.de morte hoĩs qõ cõſtitu ta eſt Nemo in me dixit: me ſuaſore aut ĩpulſore cęſũ Clo diũ. Quod uero dicere auſ⁹ ẽ:diluit obieſtũ ab Antonio q̃ dixerat Ciceronis culpa ciuile bellũ exortũ. Temporibus qd eni qbus egerim tẽporibus ignoraſti. M.Bibulo: q col lega fuit cęſaris in cõſulatu in quo ſic ĩpotẽter cęſar ſe geſſit: ut ueuire Bibulũ in Senatũ ꝓ hibuerit: & cõmunẽ magiſtra tuꝫ pene ſoluſ adminiſtrauerit hinc duo illi uerſus iactati.Non Bibulo quicquam ñuper:ſed Cęſare geſtum eſt.Nam Bi bulo fieri conſule nil memini.Tunc inita eſt concordia inter cęſarem:Põpeiũ:& Craſſũ: pro quoꝝ arbitrio gubernabatur reſpub. Et Luca.ait. Tu cã maloꝝ facta tribus domi nis cõmunis Roma. Põpeius cęſari tradidit:eius filia Iulia in matrimonium accepta.

meo conſilio interfectũ eẽ dixiſti.Quid naꝫ homines putarent:ſi tũ occiſus eſſet cũ tu illuꝫ in foro ſpectante po.Ro.gladio ſtricto inſecutus es! negociũq; tranſegiſſes:niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet! hiſq; oppilatis ĩpetũ tuũ cõpreſſiſſet!Sed quid! ego fauiſſe me tibĩ fateor:ſuaſiſſe ne tu quidẽ dicis. At Miloni ne fauere quidem potui.prius enĩ rem tranſegit:q̃ qſq̃ tũ ſuſpicaretur eũ facturꝫ eſſe.At ego ſuaſi ſcilicet is animus erat Milonis ut ꝓdeſſe.R.P. ſine ſuaſore nõ poſſet! At lætatus ſũ. quid ergo in tanta lætitia cũctæ ciuitatis me unũ triſtẽ eẽ oportebat! q̃q̃ de morte.P.Clodii fuit queſtio non ſatis prudenter illa quidẽ conſtituta!Quid enim attinebat noua lege quæri de eo:qui hominem occidiſſet:cum eſſet legibus quæſtio cõſtituta! Quæſitum eſt tamen quid ergo! cũm res agebatur:nemo in me dixit & tot annis poſt tu es iuentus qui diceres! Quod uero dicere auſus es:idq; multis uerbis opa mea Pompeiũ a Cæſaris amicitia eſſe diſiunctuꝫ: ob eamq; cauſam mea culpa ciuile bellum eſſe natum:in eo nõ tu quidem tota re.ſed quod maximũ eſt temporibus erraſti.Ego.M.Bubulo præſtantiſſimo ciue conſule nihil prætermiſi quantum facere enitiq; potui:quin Pompeiũ a Cæſaris cõiunctione auocarẽ:in quo Cæſar fuit fœlicior.Ipſe enĩ Põpeium a mea familiaritate diſiunxit.Poſtea uero q̃ ſe totuꝫ Põpeius Cæſari tradidit.Quid ego illum ab eo diſtrahere conarer! Stulti erat ſperare:ſuadere impudentis.Duo tamen tempora inciderunt qbus aliquid contra Cæſarem Põpeio ſuaſerim:ita uelim repræhendas ſi potes.

UVA. BHSC. IyR_187

Vnũ ne qnquẽnii ⁊c. poſt primũ ꝯſulatũ ſocero. L. Piſone & genero. Cn. Põp. ſuffra gãtibus galliã Ciſalpinã initio lege uatinia cũ Illirico: mox p ſenatũ Comatã quoq; acce pit: in qnquẽniũ & cũ ĩpio. Sed cũ. L. Dõitius ꝯſulatus cãdidatus adẽptuꝝ ei exercitũ mi naref cũ Craſſo Põ. q; Lucã urbẽ ꝓuintię ſuę accitis effecit ut detrudẽdi domitii cã alteꝝ peterẽt ꝯſulatũ: & ſibi in aliud qnquẽniũ impiũ ꝓrogaref Ci. q̃ntũ in eo fuit Pomp. pſua ſit id ne fieri pateretur. Alteꝝ ne pateref fieri. iam ãnos nouẽ galliã cũ impio tenuerat cęſar cũ. M. clau. Marcellus ꝯſul ad ſenatũ rettulit ut cęſari ãte tp̃s ſuccederef: quõiã bello ꝯfecto pax eſſet ac dimitti deberet ui ctor exercitus & ne abſentis rõ cõitiis hẽref. Miſerat. n. centu rionẽ quendã cęſar q cõſulatũ ſuo noie & tp̃s ꝓuincię ꝓrogã dũ peteret: quẽ egrediẽte curiã ſenatu auditis quę acta erãt po ſita ad enſis capulũ manu dixiſ ſe ferũt. At hic dabit ſi uos ab nueritis. Põp. autẽ legẽ tulerat đ iure magiſtratuũ & eo capite quo a petitiõe honoꝝ abſentes ſubmouebat: ne cęſarẽ qdẽ ex cepat p obliuiõꝫ. Ac mox lege in ęs inciſa & in ęrariũ cõdita correxit errorem. Ci. duo hęc Põp. ſuaſiſſe ſe nõ negat. Pa cis ꝯcordię: cũ aduerſantibus cęſari Marcello ac Lẽtulo ꝯſu libus q iã ab eo põp. pẽitus ab aliẽauerãt id ageref ut & ꝓuin ciã & arma depõeret cęſar: de poſituꝝ ſe libẽter arma p curi onẽ pollicit⁹ ẽ ſi id põp. quoq; faceret. nec multo poſt lrãs ad ſenatũ miſit & populũ qb⁹ pe tebat: ut ciſalpina tantuꝫ gallia illyricũq; ſibi cũ duabuſ legio nibus cõcederef paulo añ ex ci licia reuerſus fuerat Ci. utriuſ q; amicos orãs lenire põp. nõ deſiſtebat. ſꝫ is cũ cętera nõ ab nueret exercitũ nõ cõcedebat. ad id aũt cęſaris amicos impu lerat Ci. ut pdictis ɔtẽti ꝓuinciis & una tantũ legiõe inimicitiis depoſitis pacẽ agerẽt. Sed q cũ Lẽtulo ſentiebãt: nõ ſciuere pacis qdẽ ſuaſor fuit Ci. qđ plurib⁹ ĩ locis ipſe ſcribit.

Vnũ ne qnquennii impiuꝫ Cæſari ꝓrogaref: alteꝝ ne pateref fieri ut abſẽtis eius rõ haberetur: quoꝝ ſi utrũuis pſuaſiſſem: ĩ has miſerias nũq̃ incidiſſemus. Atq; idẽ ego cũ iam oẽs opes ſuas &. R. P. Pompeius ad Cæſareꝫ detuliſſet: fereq; eadem ſentire cæpiſſet: quæ ego multo añ prouideraꝫ: inferriq; patriæ bellũ nefariũ uiderem: pacis concordiæ cõpoſitionis auctor eſſe non deſtiti: meaq; illa uox eſt nota multis. Vtinam Gn. Pompei cũ. C. Cæſare ſocietatem: aut nunq̃ coiſſes: aut unq̃ diremiſſes. Fuit alterũ grauitatis: alteꝝ prudentiæ tuæ. Hæc mea. M. Antoni ſemper & de Pompeio & de. P. R. conſilia fuerunt: quæ ſi ualuiſſent. P. R. ſtaret. Tu tuis flagitiis egeſtate: infamia: concidiſſes. Sed hæc uetera: Illud uero recens Cæſarem meo cõſilio ĩterfectuꝫ iaꝫ uereor. P. C. ne qđ turpiſſimũ eſt preuaricatoreꝫ mihi appoſuiſſe uidear: q me nõ ſolũ meis laudibus ornaret: ſed & honoraret alienis. Quis enĩ meũ ĩ iſta ſocietate glorioſiſſimi facti nomẽ audiuit? Cuius aũt qui in eo numero fuiſſet: nomen eſt occultatũ? Occultatũ dico: cuius non ſtatim diuulgatum. Citius dixerim iactaſſe ſe aliquos ut fuiſſe in iſta ſocietate uiderenf ſocii: cum ſocii non fuiſſent: q̃ ut quiſq̃ celare uellet: Quam uerisimile porro eſt in tot hominib⁹ partim obſcuris: partim adoleſcentib⁹ neminem occultantibus: meũ nomen latere potuiſſe? Eteniꝫ ſi auctores ad liberandaꝫ p̃riam deſiderarenf illis

Cęſarẽ meo cõſilio iterfectũ: cõſpiratũ ẽ ĩ cęſarẽ a. I. x. ãpli⁹. C. caſſio. M: q;. &. D. Brutis pncipib⁹ cõſpiratõis nemo iter cõiuratos Ci: tradit fuiſſe: & ipe quodã loco dolet ei⁹ ſe rei cõſciũ nõ fuiſſe Timuerũt fortaſſe lubricũ in eo fidei cõiurati cũ aliis cauſis. Tũ q; & a cęſare & ab ei⁹ amicis fiebat plurimi. Pręuaricatorẽ appoſuiſſe uidear: ideſt ut dedita opa Ant. ego ĩ me dicere hortatus ſiꝫ q cũ cõtra me dicere uideref tñ p me diceret. Laudi eoi ſibi fore exiſtiat: ſi iter cęſaris iterfectores & libertatis aſſertores noief. Pręuaricator



UVA. BHSC. IyR_187

uero eo differt a patrono ꝙ is ea dicit quę cauſę cõducũt.ille uero ſe cauſam ſimulans de
fendere quę obſũt dicẽdo cãm ꝓdit. Alienis:Bruti & Caſſii & cęteroꝝ q tyrãnũ ſubſtu
lerũt:iſignẽ merẽt laudẽ. Iactaſſe:gloriatos eẽ. Partim obſcuris: nõ ignobilibus ſ; q
nullũ geſſerũt magiſtratũ. Parti adoleſcẽtibus neminẽ occultãtibꝰ:nã iter ꝯiuratoſ ado
leſcẽtes fuere Cecilius & Buccoliatius:Seſtius Naſo & alii nõnulli.Eius aũt ętatis ẽ nihil
reticere. Impuliſſe; ego inquit
Brutos ſi ꝯſciꝰ rei fuiſſem & ne
ceſſe uiſũ eẽt. Auctoribus.L.
Bruto q reges exegit &.po.ro.
ꝑmus libertatẽ pepit &.C.Ser
uilio q magr eqtũ iuſſu. Qu.
Cincinati dictatoriſ Sp.Meliũ
eqtẽ Ro.frumẽtũ i populo i ma
gna penuria ſua ĩpẽſa largiẽtẽ:
& ob id factũ ꝯciliata ſibi plebe
regnũ affectantẽ interfecit: qđ
Liuius ſcribit li.4.ab urbe cõ.
utriuſq; Bruti.M.ſ. & Decimi:
paternũ genus in Iuniũ Brutũ
referũt.a quo ſunt ut diximus
eiecti reges.ſed Seruilię matris
M.i.C.Seruiliũ halã origo re
ferẽ Plu.auctor. Alter:Mar
cus. Quid.C.Caſſius:familia caſſioꝝ ꝑ uetuſta extitit:ab eo Caſſio originẽ ducẽs q co
gnomẽto Spu.& ꝯſularis regni crimie dãnatus:necatuſq; ẽ.Cęteri fuere ꝑſtãtiſſimi & li
bertatis ſtudioſiſſimi.S; iſignis ſeueritatis ut ille.L.Caſſius:q quotiẽs alicuius iudicii quę
ſitor eẽt i quo de hoie occiſo quęrerẽ ſuadebat iudicibus atq; ꝑibat cui ꝑire illũ fuiſſet
bono.& ille itẽ q filiũ Tr.pl.agrariã legẽ ꝑmus tulerat multos ꝓ rebus aliis popularibus
aios hoiu; deuictos tenebat pꝰq̃ illã ꝑtãtẽ depoſuit adhibito ꝓpinquoꝝ & aicoꝝ ꝯſilio af
fectati regni crie dãnauit uerberibuſq; affectũ necari iuſſit ac peculiũ eiꝰ Cereri ꝯſecrauit
Ipſe.C.Caſſius qđ i Bruto Plu.tradit ab ieũte ętate tyrãnos odit.huius rei quam ſcribit
Ci.ipſe ſolus auctor cũ fugientẽ Põp.ꝑſequerẽ cęſar.& ad Helleſpõtũ ꝑueĩſſet: triremiũ
inopia ſcaphis exercitũ traducere compulſus ẽ. Caſſius uero fortuna quadam triremium
ꝑ ea cõitatꝰ obuiã fcũs ẽ cũ ad pharnacẽ ꝓparet.Et q̃uis aduerſus ꝑuaſ uaues magno trire
miũ nũero tuto depugnare poſſet.Cę.tñ fœlicitate ꝯterritus ĩpetrata uenia ultro illi & ſe
& triremes oẽs dedidit q̃ erãt.lxxx.Cõtigiſſe ãt tũc arbitror ut cęſarẽ occidere cogitaue
rit cũ ab Alexãdria i Syriã & in Põtũ trãſiit ꝯtra Pharnacẽ magni Mithridatis filiũ: quẽ
q̃ttuor qbus i ꝯſpectu uenera: horis nota ꝓfligauit acie:ſimul aũt & Caſſius erat. Sine
his clariſſimis uiris.M.&.D.Brutis & aliis plurimis. Ille:cęſar. Cydni.ꝑ Ciliciã decur
rit.cuius auctore Solino ĩcerta origo.alii ex mõte tauro naſci.alii ex coaſpidis alueo de
fluere tradũt ꝑ mediã fluit Tarſũ.a q̃ tñ nõ ꝓcul eẽ eius ortũ Stra.inqt.Aquã uero rapi
diſſimã frigidiſſimãq; & ea grã hõibus ac beſtiis auxiliari q̃ neruos craſſiores hñt. C.
Domitiũ.L.Domitii filiũ q adoleſcẽs i ꝯiuratiõe fuit. L.aũt Dõitius ꝑtor cęſarẽ abeunte;
ꝯſulatu quẽ aduerſus auſpicia legeſq; geſſiſſe exiſtiabaẽ ad diſqſitionẽ ſenatus uocauit.&
mox ꝯſul ĩpatorẽ ab exercitibus gallicis retrahere tẽtauit.ſucceſſorq; cęſari ꝑ factionem
noiatus ꝑncipio ciuilis belli ad Corfiniũ captus ẽ:in quẽ dimiſſus maſſiliẽſes obſidiõe la
borãtes cũ aduẽtu ſuo ꝯfirmaſſet:repẽte deſtituit:acieq; demũ pharſalica occubuit.Sed is
quẽ Ci.noiat filius iter ꝯſcios cęſarianę necis q̃q̃ inſcius dãnatus lege Plotia:ad brutum
caſſiũq; ſibi ꝓpinqua cognatiõe coniũctos trãſiuit.Claſſi pręfuit: quam ꝑtibus ꝓfligatis
Antonio ſponte tradidit:ſoluſq; oiu; ex his qui pari lege dãnati erant reſtitutis in patriã
ampliſſimos honores percurrit:poſtea ciuili redintegra diſcordia inter Auguſtũ & An
toniũ:legatus Antonio & ſũma impii ſibi ꝯmiſſa ad Auguſtum trãſiit & in diebus paucis
obiit. Auũculi:Põpei ex cuius ſorore natus ẽ. Spoliatio dignitatis:neq;.n.ullã digni

auctoribus Brutos ego ĩpellerem:quoꝝ uterq;
L.Bruti imaginẽ quottidie uideret alter etiam
Halæ.His igiẽ maioribus orti ab alienis potius
cõſilium peterẽt:q̃ a ſuis & foris potius q̃ domi
Quid.C.Caſſius ĩ ea fãilia natus quæ nõ modo
dñatũ:ſed ne potẽtiam qdẽ cuiuſq̃ ferre potuit:
me auctorem credo deſiderauit? Qui & ſine his
clariſſimis uiris hanc rẽ in Ciliciam ad hoſtiu;
flumĩs Cydni cõfeciſſet ſi ille ad eam ripa; qua;
conſtituerat:nõ ad cõtrariam nauis appuliſſet.
Cn.Domitium nõ pr̃is interitus clariſſimi uiri
nõ auũculi mors:non ſpoliatio dignitatis ad re

UVA. BHSC. IyR_187

cupanda3 libertatē:ſ3 mea auctoritas excitauit?
An.C.Trebōio pſuaſi:cui ne ſuadere qdē auſ⁹
cēm.quo & maiorē ei.R.P.grām debet: q liber
tatē.P.R.unius aīcitiæ præpoſuit: depulſorq3
dñat⁹ q̄ ꝑticeps eē maluit.An.L.Tulli⁹ Cīber
me ē auctorē ſecut⁹? quē ego magis feciſſe illam
rē ſū admirat⁹:q̄ factuꝝ putaui?admirat⁹.n.ſū
ob eā cauſa3 ꝙ īmēor bñficioꝝ mēor pri̇æ fuiſſ3
Quid duos Seruilios Caſcas dicam an Halas? &
hos auctoritate mea cēſetis excitatos poti⁹ q̄ ca/
ritate.R.P? longū eſt ꝑ ſe q cæteros:idq3.R:P.
præclaꝝ fuiſſe:tū multo ipſis glorioſius eſt.At
quēadmodū me coarguerit hō acut⁹ recordami
ni.Cæſare ſtatī īterfecto inqt cruentū alte extol
lēs.M.Brutus pugionē Ciceronē noīatī excla/
mauit:atq3 ei recupatam libertatē ē gratulat⁹.
Cur mihi potiſſimū q ſcieba3:uide ne illa cauſa
fuerit appellandi me ꝙ cū rē geſſiſſet cōſimilem
reb⁹ his qs ipſe geſſeram me potiſſimū teſtat⁹ ē:
ſe æmulū meaꝝ laudū extitiſſe. Tu aūt omniū
ſtultiſſime nō ītelligis ſi id qđ me arguis uolu/
iſſe cæſarē īterfici:crimē ſit & lætatū eſſe morte
cæſaris crimē eē.Quid.n.īterē īter ſuaſorē facti
&ꝓbatorē? aut qd refert utꝝ uoluerim fieri : an
gaudeam factū:Et qs ē igit̄:te excepto q illū re
gnare gaudebas:q illud aut fieri noluerit:aut fa
ctū īprobarit? Oēs.n.ī culpa.Etenī oēs bōi q̄tū
ī ipſis fuit cæſarem occiderūt:aliis cōſiliū: aliis
aīus:aliis occaſio defuit:uolūtas nemini.S3 ſtu
porem hoīs uel dicam pecudis attendite. Sic enī
dixit.M.Brut⁹ quem ego honoris cauſa nomīo
cruentū pugiōe3 tenens:Ciceronem exclamauit
ex quo ītelligi debet eū cōſciū fuiſſe. Ergo ego
ſcelerat⁹ appellor a te:quem tu ſuſpicatū aliqd
ſuſpicaris.Ille q ſtillantē præ ſe pugiōe3 tulit:is
a te honoris cauſa noīat̄.Eſto ſit in uerbis tuis
hic ſtupor q̄nto in reb⁹ ſententiiſq3 maior:cōſti
tue hoc cōſul aliq̄n:Brutoꝝ.C.Caſſii.Cn.Do
mitii.C.Trebonii reliquoꝝ:quam uelis cauſa3
eē:edormi crapula3 inq̄ &exhala.an faces admo
uendæ ſūt:quæ te excitent tantæ cauſæ indormi
entem.Nūq ne ītelligis ſtatuendū tibi eſſe utꝝ

tatem eum adipiſci paſſus ē Cę
ſar. C.Trebonio:is & Cęſariſ
ꝑtes ſecutus eſt & in eius aīcis
ſemper fuerat. L.Tullius cim
ber.& is in amicis fuit cęſaris.

Duos ſuilios Caſcas.cogno
mēto caſcas duos fratres dicit
qui rectius Halę q̄ Calcę poſ/
ſunt cognominari ꝙ progeni/
torem ſuum Seruilium Halam
ſunt imitati. Alter ex Seruiliis
C.Seruilius Caſca primus Cę
ſarem iuxta collum enſe ꝑcuſ
ſit.in quem Cęſar conuerſus.
eius appręhenſo gladio Scele/
rate iqt Caſca.Quidagis? Ille
aūt fratrē uocās iqt ἀΔελφε̃
βοηθησον Plutarchus.

Ergo ego ſceleratus.merito
ſtulticię Antonium arguit Ci/
cero qui ſceleratum ſe appellet
ꝙ uideatur conſcius cōiuratio
nis fuiſſe. cum Brutus interfe/
ctor qđ nemo negat honoriſ a
te cauſa nominetur. Hic ſtu/
por.hęc allucinatio atq3 error

Conſtitue.irriſiue.Tu inquit
qui conſul es quem decet con/
ſtantem eſſe.ſtatue utꝝ bona3
an malam cauſam uelis interfe
ctorum eſſe. Edormi.dormiē
do eiice & expurga. Terētianū
aūt eſt.ille enī ait.Ibo in angu
lū.ibi interea hoc uilli obdor/
miſcam. Crapula uero ē ebrie
tas nimia & capitis ob ebritatē
attonitio.κραιπάλην dicunt
gręci. An faces.qđ attōitis
ſit & ſtupidis ac lethargicis.



UVA. BHSC. IyR_187

Ad punctũ temporis: Nã ſecundũ geometras & Euclideʒ punctus eſt cuius pars non eſt.

Quicq̃ eē mediũ: tãq̃ tertiũ: & alterutrũ dũtaxat homicidas aut uindices. Patrię parentē ſic dicebat Antonius patrię parentē Iuliũ illos occidiſſe: ſʒ tyrãnus ille nõ parens fuit. Tu hõ ſapiēs: ironice. Te referēte: te ꝓponēte. legibus cautũ erat ne liceret pretori urbano plus decē diebus abeſſe ab urbe. Antonius in ſenatu rettulit ut Bruto qñ rei frumētarię eſt ꝑfectus abeſſe liceret: & legibus ſoluit: nec uoluit illis eſſe obnoxium.

Ludi Apollinares: de quibꝰ plura diximus in ꝑma philippica. Prouincię: Macedõia: ꝓus Bruto: Syria Caſſio cõceſſa fuerat. Sed cũ Antonius Macedoniã ſibi: Syriã Dolobellę aſſũpſiſſet: & q pro Caſſio & Bruto aderant alias dari illis depoſcerent ꝓuincias: Cyrenę ac Creta Caſſio: Bythinia Bruto conceſſa ē. Additi queſtores: q in ꝓuinciã ſequerētur. Iã retexo &c. Cõuerto in contrariuʒ muto: & q dicebã inter cõiuratos nõ fuiſſe: dico iam fuiſſe.

In equũ troianũ: in quo: qđ aiũt poetę: nõ niſi uiri pricipes clauſi ſũt: Cicero ait. Ex Iſocratis ludo ueluti ex equo troiano meros principes exiiſſe. Virgi. Huc delecta uirũ ſortiti corpora furtiʒ: Includũt cęco lateri.

illi q iſtã rem geſſerũt homicidii rei ſint an uindices libertatis? Attende.n.pauliſꝑ cogitationeʒq; ſobrii hoĩs ad pũctũ tpis ſuſcipe. Et ego q ſũ illorũ ut ipſe fateor: fãiliaris: ut a te arguor: ſociꝰ nego qcq̃ eē mediũ. Cõfiteor eos niſi liberatores P.R. cõſuatoreſq;. P.R. ſint: pluſq̃ ſicarios plꝰ q̃ homicidas: plꝰ & q̃ parricidas eſſe. Si qdem eſt atrociꝰ p̃riæ ꝑentem: q̃ ſuũ occidere. Tu hõ ſapiens & cõſiderate qd dicis? Si pricidæ cur honoris cauſa a te ſũt & ĩ hoc ordĩe & apud. P.R. ſemp appellati? Cur. M. Brutꝰ te referente legibꝰ eſt ſolutꝰ? ſi ab urbe pluſq̃.x.dies abſuiſſet? Cur ludi Apollinares ĩcredibili. M. Bruti honore celebrati? Cur ꝓuĩciæ Caſſio & Bruto datæ? cur quæſtores additi? cur legatorũ nũerus additꝰ? Atq; hæc acta ꝑ te. Nõ igiť hõicidæ. Seqť ut liberatores tuo iudicio ſint qñ qdeʒ tertiũ nihil põt eſſe Quid eſt nũ cõturbo te? nõ.n.fortaſſe ſatis quæ diſtĩctius dicũť ĩtelligis? Sed tñ hæc eſt ſũma cõcluſiõis meæ. Quoniaʒ ſcelere a te liberati ſunt: ab eodē te ãpliſſimis præmiis digniſſimi iudicati ſunt. Itaq; iam retexo orõnem meaʒ. Scribaʒ ad illos: ut ſi q forte qd a te mihi obiectuʒ eſt: quærent: ſit ne uerũ ne cui negēt. Et.n. uereor ne aut cælatum me ab ipſis illis nõ hõeſtũ aut ĩuitatuʒ refugiſſe: mihi ſit turpiſſimuʒ. Quæ.n.res unq̃ ꝓh ſcē Iuppiter nõ modo ĩ hac urbe: ſʒ ĩ oĩbus terris eſt geſta maior? quæ glorioſior? quæ commendatior erit hoĩum memoriæ ſempiternæ? In huius me ꝯſilii ſocietate: tanq̃ in equuʒ troianũ includi cuʒ principibus nõ recuſo. Ago & grãs quoquo aĩo facis. Tanta.n.res eſt ut inuidiam iſtam quam tu in me uis cõcitare: cuʒ laude nõ cõparem. Quid.n.beatiꝰ illis: quos tu expulſos a te prædicas & relegatos? Qui locus eſt: aut tam deſertꝰ: aut tam inhũanus qui illos quom acceſſerint: nõ afferri atq; appetere uideať? Qui hoĩes tam agreſtes qui ſe cum eos aſpexerint: nõ maximũ cæpiſſe uitæ fructũ putēt Quæ uero taʒ ĩmemor poſteritas: quæ taʒ ingrate lr̃æ repienť quæ eorũ gloriam non ĩmortalitatis memoria ꝓſeq̃nť Tu uero aſcribe me talem in numerũ. Sed unam

UVA. BHSC. IyR_187

Sed regnũ: q̃ſi dicat te & cęteros q̄ regnũ hic agitis. Me⁹ ſtil⁹ me⁹ character: mea dicẽdi figura: in ea fabula fuiſſet: nõ icepiſſem ſolũ: ſed ẽt ꝯpleſſẽ. Fabula ut tragœdia & comœdia qnq; actib⁹ abſoluit: icipe nihil ꝓdeſt niſi ꝯpleas. Et i ꝓuerbiũ exit ut abeſſe extremũ actũ diceret cum ipſecta res eẽt. Ci. Extremũ actũ tanq̃ ab ierti poeta eẽ neglectũ. Hoc ꝯſiliũ: occidẽdi Cęſaris. Narbone: quę ciuitas ẽ gallię: a qua nomẽ ꝓuincię: cui⁹ ãpliſſimũ ẽ emporiũ: ſupra exitũ Atacis flum̃is Narbonẽſemq; lacũ iacet.

rẽ uereor: ne nõ ꝓbes. ſi.n. fuiſſent: nõ ſolũ regẽ ſed regnũ & de. R. P. ſuſtuliſſe;. Et ſi me⁹ ſtilus ille fuiſſet ut dr̃: mihi crede nõ ſolũ unũ actũ: ſ; totã fabulã cõfeciſſem: q̃q̃ ſi iterfici cæſare; uoluiſſe crimen eſt. Vide quæſo Antõi qd tibi futuꝝ ſit: quem & Narbõe hoc ꝯſiliũ cũ. C. Trebonio uidim⁹ ſeuocari. Ego aũt uide q̃ tecũ agã nõ inimice ꝙ bñ cogitaſti aliq̃n laudo: qđ non indicaſti: grãs ago ꝙ ñ feciſti ignoſco: uiꝝ res illa quærebat: qđ ſi te ĩ iudiciũ qs adducat: uſurpetq; illud Caſſianũ: cui bono fuerit uide quæſo ne hæreas: q̃q̃ qdem illud fuit ut tu dicebas oĩb⁹ bono q uni ſuire nolebant. Tibi tñ præcipue q nõ modo nõ ſuis: ſed & regnas: q maxĩo te ære alieno ad ædem Opis liberaſti: q p eaſdem tabulas ĩnumerabilem pecuniam diſſipaſti: ad que; e domo cæſaris ta; multa delata ſũt: cui⁹ dom⁹ quæſtuoſiſſima ẽ falſoꝝ cõmentarioꝝ & chyrographoꝝ officĩa: agroꝝ: oppidoꝝ: ĩmunitatũ: uectigaliũ flagitioſiſſimæ nũdinæ. Et.n. quæ res ægeſtati & æri alieno tuo præter mortem Cæſaris ſubuenire potuiſſet! Neſcio qd cõturbat⁹ mihi eſſe uideris: nũqd ſubtimes ne ad te hoc crimen ptineř uideat̃! Liberabo te metu: nemo credet unq̃: nõ eſt tuũ de. R. P. bñ mereri. h; iſtius pulcherrimi facti clariſſimos uiros. R. P. auctores. Ego te dico tantũ gaudere: feciſſe nõ arguo. Reſpõdi maximis criminibus. Nunc & reliqs rñdendum Caſtra mihi Pompei atq; oẽ illud tps obieciſti:

Se uocari: cũ q̃dã Antoniũ una cũ cęſare trucidandũ cenſerẽt: ꝓhibuit Brutus dicens qđ ꝓ legibus ac iure ſuſcipeẽ id oĩ iiuria carere debere. Negotiũ tñ datũ fuit Trebõio: ut ingrediẽte Senatũ cęſare Antonium extra retineret: ſeuocaretq;: cũ.n. cõſul eẽt: eius timebant auctoritatẽ. Ci. inuit iccirco ſeuocatũ a Trebonio ꝙ conſci⁹ eẽt Cęſaris necis. Nõ iudicaſti: cũ Brut⁹ & Caſſius cęteri q; occidẽdi cęſaris ꝯſiliũ cępiſſent: illud agitauere inter ſe: an ad eã rẽ pficiẽdã Antonius eẽt iuitandus: qđ cũ nõnullis placeret: ꝯtradixit Trebonius. iqt eni Antonii mentẽ iã antea tentaſſe cũ cęſar ex hiſpania reuerteret: Antoniũ uero nõ eẽ aſſẽſũ: nõ eũ indicaſſe. Virũ: tu aũt uir nõ es: ſ; timidus & mollis. Illud Caſſianũ cui bono fuerit: hoc & in orõne ꝓ Milone: & ſupius ẽ a nobis dictum.

Hęreas: dubites. Ad ędem Opis: intercępta quę illic erat pecunia qđ ꝓus diximus. Per eaſdẽ tabulas: eorũdẽ creditoꝝ nã ſolutis nominibus & debitiſ ueteribus: eaſdẽ hoc ẽ priores tabulas cũ hiſdẽ renouauit creditoribus: mutuatus rurſus ab eiſdẽ pecunias quas diſſiparet.

Tã multa: a Calphurnia cęſaris uxore quod prius diximuſ.

Officina: ueluti officina quę ẽ ubi opa fiũt: ut ſtatuarii: fuſoris cũ taberña ſit ubi effecta uẽdũtur & ſi eadẽ põt eẽ & officina & taberna: ut ſutrina. Nũdinę: mercatus ꝓprie ſũt feriaꝝ dies: quo mercãdi cã ruſtici in urbẽ ueniũt: ut ait Põpeius. Neſcio qd ꝯturbatus: quaſi Cicero ſignificare uelit ꝯſciũ Iulii necis Antoniũ fuiſſe. Hoc crimẽ: cęſaris nex. Clariſſimos uiros: Brutum Caſſiũ & cęteros cõiuratos. Nõ arguo: nõ accuſo feciſſe. Caſtra Põpei: obiecit ꝙ ſero in Põpei caſtra ueniſſet: & oĩa iprobis pturbaſſet ꝯſiliis: quo tpe Põpeius ueniẽte ex gallia cęſare urbẽ deſeruit: Cicero cũ faſcibus & lictoribus: quas populus romanus illi dederat ſe in pdiis ſuis circa cãpaniã orãq; maritimã ꝯtinebat: redire i urbẽ cũ Cęſar poſt Põpei



UVA. BHSC. IyR_187

a Brūduſio fugā hortaret̄:recuſauit.qa ſi adeēt:ea dicēda eēnt: quę nullo mō tacere poſſet
& Cę.offēderat q cū in hiſpaniā ꝓficiſceret̄:ex itinere Ciceroni quē ad pōpeiū nauigatuꝝ
ſatis ꝯſtāti fama afferebat̄:epiſtolā ſcripſit:ne ad aduerſarios trāſiret hortatꝰ:& ut ab oī ab
eſſet ciuili ꝯtentiōe.Sȝ cū puderet uiꝝ bonū ſp reip.ꝑtes ſuſcipe ſolitū nō eē in his caſtris
in ꝗbus & Pōpeiꝰ optie de ſe meritꝰ:& ſenatꝰ ac ꝯſules ꝯſiſterēt:minuſq; hōeſtos i caſtriſ dr̄
ſe hr̄i accipet ſmōes: tuto ocio
ꝑiculoſū ꝑtulit bellū. Occul/
te.n.pata naui:cū oīs maritima
ora a Cęſaris cuſtodiret̄ militi
bus:& Antonio i primis mādā
tū a cęſare eēt ut Ciceronē ob/
ſuaret:ad caſtra pōpei nauiga/
uit:ubi cū peiora oīa opinione
offendiſſet: & neq; gerēdi belli
ꝯſiliū neq; pōpeii copiaſ ꝓbarͭ:
pacē prio:deinde ꝙ pōpeiꝰ ual
de ab ea ſnīa abhorrebat ut bel
lū traheret ſuadere iſtitit.Cūq;
haud multū obtparetur & mul
toꝝ uaria offēderēt uitia: quos
emēdare nō poterat:q̄ſi pœnitē
tia adductꝰ:ꝙ eo acceſſiſſȝ: oīa
ꝯtēnere:& ſeſe a rebꝰ gerendis
q̄tum poterat abducere cępit.
Nos liberi eēmꝰ:facta pace &
ꝯpoſitiſ iter cęſarē & pōpeiū re
bus. Tot duces:pōpeiū: Scipi
onē:catonē:petreiū:& affrāniū
Exercitꝰ:in pharſalia: i libya
Cōficeret angoribꝰ:opp̄ſſa.R
P.& amiſſis ornamētis. Dimiſ
ſa:ē.n.miſeriaꝝ oiuȝ:finis:mors.
Tot ꝯſulares:q in pharſalico
bello ꝑiere. At nō hi maxie ꝛc
Pōpeiꝰ pharſalicā pugnā iuitꝰ
qdē ſuſcępit: nā trahere male/
bat bellū id qđ ut faceret hor
tat̄ Ci.cū ꝑſertiȝ ꝯmeatibꝰ abū
daret:qbus carebat cęſar: ma/
gna ſenatoꝝ multitudo:magna
eqtū:q ſuꝑiores fore ſe crede/
bāt:ut ſuſcipet coegerūt:quod
Appianꝰ tradit pluribꝰ. Elati
ſpe uictorię:q fore ſibi ꝑſuade
bāt ut uincerēt:ſicut aꝑ Dyrra
chium uicerāt. At uero ꝛc:&
hoc obiecerat Antōiꝰ alienatū
a Cicerōe fuiſſe pōpeiū:Cicero
nis ipſiꝰ dicacitate & accuſatiōi
bus. Cōtulit:cōicauit. De ſū
ma re:de tota rep. Spectarē:q̄
ſi finē. Pręſenti.ſ.dignitati:nō ꝗd utile eēt:ſed qd ſe decēret ſpectās. Quid ſeq̄rer:rōnes
qbꝰ uterq; ſuā firmaret ſnīaȝ. Ille ꝯſularis uir:pōpeiꝰ.Paphū:oppidū cypri ab agapēore
ꝯditū:qđ diſtare ab Alexādria ꝑ tria milia & ſexcēta ſtadia qdā dicūt. unde uenꝰ paphia.

quo qdē ſi ut dixi:meū ꝯſiliū auctoritaſq; uolu
iſſȝ:tu hodie egeres.Nos liberi eēmꝰ R.P. nō tot
duces & exercitꝰ amiſiſſet. Fateor.n.me cū ea q̄
acciderūt:ꝓuiderē futura:tanta ī mœſticia fuiſ
ſe:q̄ta cæteri optimi ciues ſi idē ꝓuidiſſent:fuiſ
ſent.Dolebā dolebā.P.C.R.P.quōdaȝ ur̄is me
iſq; cōſuatam ꝯſiliis breui tpe eē ꝑituram.Neq;
uero eram tam īdoctꝰ ignaruſq; reꝝ ut frāgerer
aīo pp uitæ cupiditatē:quæ me manēs cōficeret
angoribꝰ:dimiſſa moleſtiis oībꝰ liberaſſet. Illis
ego præſtantiſſimos uiros lumina.R.P.uiuere
uolebaȝ:tot ꝯſulares:tot prætorios:tot hōeſtiſſi
mos ſenatores.Oēȝ præterea florē nobilitatis ac
iuuētutis:tū optioꝝ ciuiū exercitꝰ:q ſi uiuerēt
q̄uis iniq̄ cōdiciōe pacis.Mihi.n.oīs pax cū ciui
buſ bello ciuili utilior uidebat̄.R.P.hodie tene
remꝰ.Quæ ſnīa ſi ualuiſſet:ac nō hi maxīe quo
rū ego uitæ cōſulebam:ſpe uictoriæ elati obſti/
tiſſent. Vt alia omittam:tu nūq̄ in hoc ordīe uel
potiꝰ nūq̄ ī hac urbe manſiſſes. At uero Gn.Pō
peii uoluntatē a me abalienabat orō mea.An ille
queq̄ plꝰ dilexit:cū ullo aut ſmōes aut ꝯſilia cō
tulit ſæ piꝰ:qđ qdē erat magnū:de ſūma re diſ/
ſentiētes in eadē ꝯſuetudīe aīcitiæ ꝑmanere. Sed
& ego qd ille:e cōtra ille qd & ego ſentirē & ſpe/
ctarē uidebat.Ego īcolumitati ciuiū primuȝ:&
poſtea dignitati:ille præſenti potiꝰ ꝯſulebat.qđ
aūt hr̄et uterq; qd ſequeret̄: iccirco tolerabilior
erat nr̄a diſſenſio.Quid uero ille conſularis uir
ac pene diuinꝰ de me ſenſerit:ſciūt q eū pharſali
ca fuga paphū ꝓſecuti ſūt.nūq̄ ab eo mentio de
me:niſi honorifica:niſi plena amiciſſimi deſide/
rii cū me uidiſſe plꝰ fateret̄ ſe ſꝑauiſſe meliora.
Et eiꝰ uiri noīe me īſectari audes cuiꝰ me aīcū te

UVA. BHSC. IyR_187

Sectorem: ſector ut ait Pędianus:ē q ſpem lucri ſui ſecutus bona ꝯdēnatoꝝ auctiōabaẗ
hoc ē i auctiōe uēdebat. Idē ait alio loco Sectorē eē ęſtimatorē redēptorēq; bonoꝝ dāna-
ti atq; ꝓſcripti q ſpeȝ ſectās lucri ſui. i. ſecut⁹ ſpeȝ ęſtiatiōs ſuę: bōa oia i auctiōe uēdit. Pli.
li. 36. unde. n. illi uitricus Sylla & Metelli mr̄ ꝓſcriptionū Sectrix. Luca. Sectorq; ſauci-
ris Ipſe ſui populus. Antonius bona pōpei redēpta a cęſare ſub haſta uēdebat. Sed exigi
redēptionis a ſe ꝑciū moleſte fe-
rebat: atq; hāc ſibi fuiſſe cauſaȝ
cur bello punico nō īterfuiſſȝ
dicebat: ꝙ paꝝ uidereẗ in his q
prius geſſerat: grę cōſecutus.
Cūq; cęſar ꝑciū domus pōpe-
ianę popoſciſſet: irat⁹ uehemē-
ter ē Antonius: ꝙ ꝓ tāto eius in
Cęſarē ſtudio: ꝓ tantis ſudori-
bus ac ꝑiculis: pecuniā illā nō
remitteret. ſed quę emerat uel
dono accepat pompeii bona ea
uēdebat: Antonius. iō ſectorem
appellauit. Ne iocis qdem: &
hoc obiecit Antonius Iocari ī
caſtris ſolitū qn̄q; Ciceronem
quaſi paꝝ prudentē & ineptuȝ
oino: q tā triſti & ꝑiculoſo rei
pub. tpe iocari poſſet. Facetiſſi-
mus fuit Cic. cuius facetiarum
impatiens erat Pompeius: dicē-
batq; de eo quē fugiā hēo: quē
ſequar: nō habeo. Cū in caſtra
ueniſſet: dicētibus ſero ueniſſe
rn̄dit. mīme ſero ueni. nā nihil
hic pati uideo. Interrogāti de-
inde pōpeio ubi gener eius eēt
Dolobella rn̄dit cū ſocero tuo
& cū donaſſet pōpeius tranſfu-
gā ciuitate romana: O hominē
bellū inqt Gallis ciuitatē ꝑmit-
tit alienā: q noſtrā nobis redde-
re nō pōt ꝑꝑ q̄ merito uidebaẗ
dixiſſe pompeius. Cupio ad ho-
ſtes Ci. tranſeat ut nos timeat.

ſectorē eē fateare? Sed omittaẗ bellū illud ī quo
tu nimiū fœlix fuiſti: ne iocis qdē reſpōdebo: q-
bus me īcaſtris uſū eē dixiſti. Erant qdē illa ca-
ſtra plena curæ. Verūtn̄ hoīes q̄uis in turbidis
rebus ſint: tn̄ ſi modo hoīes ſūt: interdū animis
relaxanẗ. Quod aūt idē mœſticiam meaȝ repræ-
hendit: idē ioco magno argumēto ſit: me ī utro-
q; fuiſſe moderatū. Hæreditatē mihi negaſti ue-
nire. Vtinam hoc tuū ueꝝ crimen eſſet. Plures
aīci mei & neceſſarii uiuerent. Sed q iſtuc tibi ue-
nit in mentē? Ego. n. ampli⁹ ſeſtertiū ducenties
acceptū hæreditatib⁹ retuli: q̄q̄ in hoc genere fa-
teor fœliciorē eſſe te. Me nemo niſi aīc⁹ fecit hæ-
redem: ut cum illo cōmodo ſi qđ erat aī qdē do-
lor iungereẗ: te is quem nunq̄ uidiſti. L. Rubri⁹
Caſſinas fecit hæredē. Et qdē uide: q̄ te amarit is
q albus ater ue fueris: ignorans frīs filiū præte-
riit. Qu. Furii hōeſtiſſimi eqtis Ro. ſuiq; aīciſſi-
mi quē palaȝ hæredem ſemꝑ factitarat: ne nomē
qdem ꝑſcripſit: quem nunq̄ uiderat: ac ne unq̄
ſalutauerat: fecit hæredem. Velim mihi dicas ni-
ſi moleſtum eſt. L. Turſecius qua facie fuerit:
q̄ ſtatura: quo municipio: qua tribu. nihil ſcio
inqes: niſi q̄ prædia hūerit. Igiẗ frēȝ exhæredans
te faciebat hæredē. In multas præterea pecunias

Ais relaxāẗ: remittūt aīos. Mœſticiā meā: nā qđ dixim⁹ cū uideret ꝯtēni ſniaȝ ſuā & mul-
toꝝ offēderēt uitia: q̄ſi pnia ductus ꝙ i caſtra ueniſſet: oīa negligere & ſeſe a rebus gerēdis
abducere cœpit. In utroq;: iocis & mœſticia. Hęreditatē ꝛc. & hoc obieceratAnt. Diuitē
Ci. factū: & tn̄ nullā ei hęreditatē obuēiſſe: exquo uolebat colligi mali qppiā egiſſe Ci. &
īprobe ditatū eē. Sal. i ea orōne q̄ i Ci. iuehiẗ: ex ꝯiuratis iqt alio pecūia ꝯdēnaſſes: aliū ei
thuſculanū: aliū Pōp. ędificaſſe. Vtinā hoc: utinā qđ mihi crimini das: nullā mihi obue-
niſſe hęreditatē: id ueꝝ tuū crimē eēt ut nulla tibi obuenerit hęreditas! cū obuenerit pluri-
mę. Plures aīci: quos mori tu feciſti ut eoꝝ adires hęreditates. Amplius ſeſter. du. ac ſi
diceret Seſtertia plus q̄ ducēta. Acceptū rettuli: ex hęreditatibus q̄ mihi obuenere acce-
pi: & i meaꝝ rōnū libris ex tali re hūiſſe ānotaui. Aī dolor: ꝙ aīco ꝑuarer. L. Rubrius
Caſinas: Caſinū cāpāię oppidū ubi latia uia ꝯiūgiẗ appię: Syllius Nymphiſq; habitata ca-
ſini Rura euaſtāẗ mox & uicinus aqnas. ē & fluuius eiuſdē nois. Stra. Var. Caſinatē ficū
optimā iqt ꝓducere. Fecit hęredē: ut tu iqes q ei⁹ dē defūcti iuaſiſti falſ tabulis hęreditatē
Statura: longa uel breui. Quo municipio: qua patria. Qua tribu: qua ꝑte municipii.

UVA. BHSC. IyR_187

alieniſſimoꝝ hominũ eiectis ueris hæredibꝰ tanq̃ hæres eſſet: ĩuaſit. Quanq̃ hoc maxime admiratꝰ ſũ mẽtionẽ te hæreditatũ auſũ eẽ facere: cũ ipſe hæreditatẽ p̃rnam nõ adiſſes. Hæc ut colligeres hõ amẽtiſſime tot dies in aliẽa uilla declamaſti? q̃q̃ tu qdẽ ut tui familiariſſimi dictitant: uini exhalandi: nõ acuẽdi ingenii cauſa declamitas. At uero adhibes ioci cauſa magiſtrũ ſuffragio tuo & cõpotoꝝ tuoꝝ Rhetorẽ? cui conceſſiſti: ut in te quæ uellet: diceret. Salſũ oĩno hoĩem: ſed materia facilis in te & ĩ tuos dicta dicere. Vide autẽ ĩter te & auũ tuũ qd ĩterſit? Ille ſenſim dicebat: qď cauſæ ꝓdeſſet. Tu curſiꝫ dicis aliena & quanta merces Rhetori data ẽ? Audite audite. P.C. & cognoſcite. R.P. uulnera. Duo milia iugerũ campi Leõtini Sex. Clodio rhetori aſſignaſti & qdẽ ĩmunia ut ꝑ tãta mercede nihil ſape diſceres. Nũ & hoc hõ audaciſſime ex cæſaris cõmẽtariiſ? Sed dicam alio loco de Leõtino agro & de cãpano quos iſte agroſ ereptos. R.P. turpiſſimis poſſeſſoribꝰ ĩqnauit. Iaꝫ.n. quoniaꝫ criminibꝰ eius ſatis reſpõdi: de ipſo correptor̃ & emẽdatore nr̃o quædaꝫ dicẽda ſũt. Nec.n. oĩa effũdam: ut ſi ſæpiꝰ decertandũ ſit: ut erit: ſp nouꝰ ueniam: quam facultatẽ mihi iſtiꝰ multitudo uitioꝝ pctõrũqꝫ largit̃. Viſne igit̃ te ĩſpiciamꝰ a puero? Sic opinor: a pricipio ordiamur. Teneſne mẽoria prætextatũ te decoxiſſe. P̃ris ĩqes iſta culpa ẽ. Cõcedo. Et.n. ẽ pietatis plena defenſio. Illud tñ audaciæ tuæ ꝙ ſediſti in quattuordecim ordinibus

Alieniſſimoꝝ: q tibi nũq̃ fuerũt aĩci aut noti. Nõ adiſſes: quoniã ſoluẽdo creditoribus p̃ris nõ eras: quẽ & ip̃m bonis ſupra modũ erogãdis tenuẽ factũ legimꝰ. In aliena uilla: in Tiburtino Scipiõis. Magiſtꝝ: Sex. Clodiũ Rhetorẽ: de quo mox dicet̃. hoc magiſtro utebat̃ dicẽdi: ſed magiſ cõpotor erat. Suffragio tuo: ut tibi in declamãdo ſuffraget̃. Salſũ: facetũ: & q ſalis multũ hẽat. ũde ſalſa dicta & ĩſulſus ĩurbanꝰ ac ĩſipidus. Dicta dicere iocari & mordere adhibita urbãitate. Iocos aũt eiꝰ mõi dicta & dicteria maiores dixere. Ci. ĩ epiſtola ad Corneliũ nepotem Itaqꝫ nr̃i cũ oĩa quę dixiſſemꝰ dicta eſſent: quę facete & breuiter & acute locuti eẽmꝰ: ea ꝓpo noĩe appellari dicta uoluerũt. Auũ tuũ. M. Antoniũ. Sẽſim paulatim & ſedate. Aliena: abhorrẽtia a cã & penitus ĩutilia. Duo milia iugeꝝ: actꝰ q̃dratꝰ undiqꝫ centũ. xx. pedibꝰ p̃finit̃ Duplicatꝰ iugeꝝ facit: dictũ ꝙ ex duobꝰ q̃dratis actibꝰ ĩũctũ ſit: ut Varroni uero & Plinio placet ꝙ uno iugo bouũ in die exarari põt. occupat ergo iugerũ in lõgitudine pedes ducẽtos quadraginta. in latitudine cẽtũ xx. Leontiũ mediterranea Siciliȩ ciuitas: & ĩ regiõe ſeptẽtrionali: cuiꝰ agri feraciſſimi: quod ait Ci. in Verrẽ actione quinta. Immunia: nullũ uectigal pendẽtia. Contra antiquã & Hieronis & romanoꝝ legẽ qua Siciliȩ agri decumani erãt: hoc ẽ decimã pẽdebãt: cui colligẽdȩ q prȩerat: decumanꝰ uocabat̃. Sex. Clodiũ: hic ẽ Sex. Clodiꝰ Clodii familiariſſimꝰ: & oparũ clodianaꝝ dux: a quo illatũ in curiã clodii cadauer ẽ: & cũ eo curia ĩcenſa. Etiã hoc ex cȩſaris cõmẽtariis. ſ. feciſſe dicis ex Cȩſaris uolũtate quȩ ĩ cõmẽtariis apparent. De cãpano: qui publicus erat: quẽ Antõius largitus fuerat. Inqnauit: fœdauit. De ipſo correctore: irriſiue ipſo Antonio. Nouus: nouis criminibus. Prȩtextatũ: ãñq̃ uirilẽ ſũpſiſti togam. nam prȩtextam quȩ ueſtis fuit regum & magiſtratuũ: a principio ab Hȩtruſcis ſũpta: diu puerilis uſurpauit ȩtas. Decoxiſſe: creditoꝝ fidẽ fefelliſſe: & mercatoꝝ ĩtercȩptis pecuniis: unde decoctores: de qbus iurecõſulti loquũt̃ Patris: q & ipſe ꝓdigus fuit. Pietas plẽa defenſio: ironice & irriſiue. neqꝫ.n. piũ ẽ neqꝫ decet filiũ crimẽ ſuũ in patrẽ trãſferre. In q̃tuordeci ordinibus. L. Roſcius Otho ꝯſul legẽ tulit q̃ eqtibus ordĩes p̃mos. xiiii. aſſignauit ad ſpectãdũ: ſed is dũtaxat q. xl. ĩcẽſu hẽrent ſeſtertia. Hȩc & theatralis lex uocata eſt.

UVA. BHSC. IyR_187

Decoctoribus:is q decoxiſſent:ſed fortunę uitio:nõ ſcelere ut amiſſis naufragio merci bus & pecuniis:quod accidere frequenter ſolet. Virilẽ togã:quã ſextodecimo anno libe ralibus accipiebãt deponẽtes prętextã: quod in faſtis tradit Ouidius. Muliebris ſtolã: quoniã in muliebres abiiſti mores:& ueluti ꝓſtituta fœmina ac uulgare ſcortũ factꝰ ceu tã pro coitu mercedem poſtulãs. Curio:filius. Stolam dediſſet:ut uiri ſolent uxoribus: uetere s non honeſtam ſolum ueſtem ſtolam dixere:ſed omnem quę muliebre corpus tegeret Marcellus. Sed pro honeſta poni frequẽtius ꝯſueuit Valeriꝰ titulo de pudicitia. Te cuſtode matronalis ſtola cenſeť.

In domitii ꝑtãte:is ẽ Domitiꝰ de quo ſupra diximꝰ ad Corfiniũ captꝰ amator & corruptor pueritię. Pater eius: Curiõis.

Socia hortãte libidĩe: quę te ſtimulabat & comitabať. Nõ potuit:nã oĩo te Curio pr̃ domo ꝓhibuit. qđ tũc accidit cũ ꝑ Antonio q ducẽta qnq̃gita milia debebat ĩterceſſit. Sexagies ſeſtertiũ:qđ Curio filiꝰ ex pecunia pr̃na ꝑ Antonio effuderat ꝓ quo ĩterceſſerat. Seſtertius & ſeſtertiũ dr̃. Dupondiuſ uero fuit & ſemis: ideſt duę librę & ſemis. Notať aũt duplici LL. & S. ũde ĩcipit. Sexagies uero aduerbiũ ẽ:a ſexaginta: ut ſi dicas: mutuo tibi bis ſeſtertiũ. ſignificas duo ſeſtertia mutuare. Florẽtiſſimę fa. Curionũ.

Aes alienũ:debita filii tuo nomine cõtracta. Redimeret:q̃ſi addictũ creditoribꝰ. Cõgreſſione:ut ne loquereť q̃dẽ tecum Auſus eẽs:acſi dicat minime.

Perſtringã:ꝯplectar. Incidamꝰ:ꝑcidamus & omittamus.

Intimꝰ erat ⁊c. cũ amoribꝰ libidinibꝰ uariiſqꝫ ſũptibꝰ grãde ęs alienũ ꝯflaſſet Antoniꝰ & ducẽta illa qnq̃ginta milia deberet:ĩterceſſiſſetqꝫ ꝑ eo Curiꝰ:& Curiõis pater iccirco Antoniũ domo ꝓhibuiſſet:ad. P. Clodiũ Tr. pl. ea tempeſtate ſe contulit in cuius cõtubernio haud multum fuit: ſiue ꝙ inimicos Clodii formidaret: ſiue ꝙ Clodiani furoris ſatietas eum cœpiſſet: ut Plutarchus ait.

Cũ eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus cõſtitutꝰ:q̃uis q fortunæ uitio nõ ſuo decoxiſſꝫ Sũpſiſti uirilẽ togam quam ſtatĩ muliebrẽ ſtolã reddidiſti pr̃io uulgare ſcortũ! certa flagitii merces. nec ea ꝑua:ſed cito Curio ĩteruenit:q te a meretricio quæſtu abduxit:& tanq̃ ſtolam dediſſet ĩ mr̃imonio ſtabili & certo locauit. Nemo unq̃ puer emptꝰ libidĩs cã fuit tã in Domitii poteſtatẽ:q̃ tu in Curiõis. Quotiẽs te pr̃ eiꝰ domo ſua eiecit:quotiẽs cuſtodes poſuit ne limẽ intrares! Cũ tñ tu nocte ſocia hortante libidĩe cogẽte mercede ꝑ tegulas dimitterere. q̃ flagitia domꝰ illa diutiꝰ ferre nõ potuit. Scis ne me de rebꝰ mihi notiſſimis dicere! Recordare tp̃s illud cũ pr̃ Curio merẽs iacebat ĩ lecto:filiꝰ ſe ad pedes meos ꝓſternẽs lachrymans te mihi cõmẽdabat: orabat ut te cõtra ſuũ patrẽ:ſi ſeſtertiũ ſexagies peteret defẽderẽ. Tantũ. n. ꝓ te ĩterceſſiſſe dicebat Ipſe aũt amoř ardẽs cõfirmabat ꝙ deſideriũ tui diſſidii ferre nõ poſſet:ſe in exiliũ eẽ iturꝝ. Quo ego tp̃e tanta mala florẽtiſſimæ familiæ ſedaui: uel potiꝰ ſuſtuli:pr̃i ꝑſuaſi ut æs alienũ filii diſſolueret. redimeret adoleſcenteꝫ ſũma ſpe & animi & ĩgenii præditũ rei familiaris facultatibus: eũqꝫ a tua nõ modo familiaritate ſed & cõgreſſione pr̃io iure & ꝑtãte ꝓhiberet. Hæc tu cũ ꝑ me acta meminiſſes:niſi illis quos uidemus:gladiis cõfideres:maledictis me ꝓuocare auſus eſſes! Sꝫ iã ſtupra & flagitia omittã. Sũt quædaꝫ quæ honeſte nõ poſſũ dicere. Tu aũt eo liberior ꝙ ea in te admiſiſti:quæ a uerecũdo inimico audire nõ poſſes. Sed reliquum curſum uidete:quem quidem celeriter perſtringam. Ad hæc enim quæ in ciuili bello in maximis. R. P. miſeriis fecit:& ea quæ quottidie feſtinat animus:quæ peto ut q̃q̃ multo maiora uobis q̃ mihi ſunt: tamen ut facitis attente audiatis. Debet enim talibus in rebus

UVA. BHSC. IyR_187

excitare aios:non cognitio ſolū reꝝ:ſed & recor
datio tam etſi ĩcidam⁹ oportet media:ne nimis ſe
ro ad extrema ueniam⁹.Intimus erat in tribuna
tu Clodio:qui ſua erga me bñficia cōmemorat
cuius oĩuꝫ incendioꝝ fax:cuius & domi qddam
iam tū molitus eſt.Quid dicam ipſe optime ĩtel
ligit.Inde ituꝫ Alexandriaꝫ cōtra ſenatus aucto
ritatem:cōtra religiōes.Sed habebat ducem Ga/
biniū:q cū qduis rectiſſime facerẽ poſſet.Qui tū
inde reditus:aut q̃lis prius in ultimam Galliam
ex ægypto q̃ domuꝫ:quæ aūt erat domus.Suaꝫ
.n.q ſqꝫ domuꝫ tuꝫ obtinebat:neqꝫ erat uſq̃ tua
domum dico?Quid erat in terris: ubi in tuo pe/
dem poneres? præter unum Miſenum:qđ cum
ſociis tanq̃ Siſaponem tenebas.Veniſti e Gallia
ad quæſturam petendam.Aude dicere prius ad
prēm tuum ueniſſe q̃ ad me.accepam.n.iam aū
Cæſaris lr̃as ut mihi ſatis fieri paterer a te: tu a
me obſuatus in petitiōe quæſturæ.Quo qdem
tpe.P.Clodium approbante.R.P.in foro es co
natus occidere.Cumqꝫ eam rem tua ſpōte cona/
rere:nō ĩpulſu meo:tñ ita prædicabas te nō æſti
mare niſi illum interfeciſſes:unq̃ mihi ꝑ tuis in
me iniuriis ſatis eē factuꝝ.In quo demiror cur
Milōeꝫ ĩpulſu meo rē illā:egiſſe dicaſ cū te ultro
mihi idē illđ deferentē nūq̃ ſiꝫ adhortat⁹:q̄q̄ ſi ĩ

Quiddā iā tū molitus:Fuluiā credo Clodii uxorē de coitu appellauit:aut eā adultera/
uit:poſtea eā ipſe Ant.in mr̃imonio hūit. Inde itū Alexandriā:Antonius offenſus aicitia
ut diximus Clodii in Grēciā abiit:ibiqꝫ ꝑmāſit & corpus ad militaria certamina & linguā
ad dicēdū exercēs.Cōtigit aūt ut.A.Gabini⁹ q una cū.L.Piſone ꝯſulatū geſſerat quo tpe
accuſante Clodio Trib.Ci.in exiliū pulſus ē:finito ꝯſulatu in Syriā ꝓuinciā ꝓficiſcereẽ ad
eā cū exercitu obtinēdā:ſicuti
Pōpei⁹ iuitis fere oib⁹ ſenatori
bus uoluerat Anto.forte ita ut
fit cū offendiſſet ut ſecū ꝓficiſ/
cereẽ hortat⁹ ē.negauit ſe ꝑua
tū ituꝝ.ꝑfect⁹ uero eqtib⁹ ſecu/
tus ē.pugnauit ꝯtra Ariſtobo/
lū iudeoꝝ regē & fortiter & fœ
liciter ꝑua māu magnaſ hoſtiū
copias fudit: ipm Ariſtoboluꝫ
una cū filio cœpit.Cūqꝫ Ptole
mē⁹ cognomēto Auletes a ſuis
regno pulſus ĩpetrare a romāiſ
nō potuiſſet ut reſtitueret ĩ re
gnū ueniſſetqꝫ ad Gabiniū igē/
tē pollicit⁹ pecuniā ſi eū reſtitu
eret.Dubitantibus cēteris & in
ꝑmis ipſo Gabinio:& ſi cupidi
tate regiē pecuniē erat accēſus
& ut reduceret Pōp.lrĩs horta
reẽ.Ant.reducēdū eſſe ꝑſuaſit
ductoqꝫ ꝑ loca aſpa & difficilia
exercitu peluſiū ꝑueẽ ac cepe:
ĩde Alexandriā ꝓfecti regē ĩ re
gno uñ exciderat repoſuere cō
tra populi uolūtatē & decreta
ſenat⁹.Statuerat.n.ne oĩo redu
cereẽ:neglecta ēt religiōe uer/
ſuū ſibylloꝝ q h⁹ cemōi fuere.
Si ēgypti rex auxlio quōdā ĩdi
gens uenerit:eius aicitiā ne ab/
nueritis:ſed illū cū multitudie
ne iuueritis.qđ ſi aliter factum
fuerit:labores & ꝑicula hēbitiſ
Reus deide Gabinius factus ē.
ſed tū pecuniaꝝ:tū P ōp.auxi/
lio abſolutus:iccirco ꝓfectū inqt Ci.Alexandriā:Antoniū ꝯtra ſenatus decreta & ꝯtra re
ligiōes. Ituꝫ:ab Ant. Gabiniū:hoieꝫ ſceleſtiſſimū:cuiuſ ubiqꝫ uitā lacerat Ci. Qui cū:
cū quo. Rectiſſime:ac ſi diceret:cū nihil nō flagitioſe faceret. Inde:ex Aſia. Qualis:
acſi dicat minus hōeſtus ꝯſūptis oibus pecuniis q̄s ex regis Ptolemēi largitione accepat.
In ultimā galliā:ad cēſarē. In tuo:acſi dicat nihil:oia.n.ſibi uendicauerant creditores.
Prēter unū miſenū:ꝑdiū ĩ cāpania ad miſenū qđ ē cumis ꝓximū ꝓmontoriū ut ait Stra
bo. Cū ſociis:cū lenonibus mimis & paraſitis:aut certe creditoribus q partem occupa
uerant. Tanquam Siſaponem:uilla erat Antonii Siſapo:quam & ipſam cum ſociis tene
bat. Ad quēſturam.qui magiſtratus dari adoleſcētibus cōſueuit. Prius ad prēm tuū:
quoniā ad me ꝑus ueniſti q̃ ad patrē tuū.Satiſfieri.i.ut tuā acciperē expurgatōeꝫ.nā is ſa
tiſfacere dicit q offendit quēpiā cū tātū facit q̄ntū lēſo & irato ſatis ſit ad pœnā ut ait Pē
dianus.Trāqllus in Iulio Valeriū Catullū:a quo ſibi uerſibus de Mamurra ꝑpetua ſigna
ta impoſita nō diſſimulauerat:ſatiſfacientem eadem die adhibuit cœnē. De gratia:ut in
gratiam redires mecū. Cuſtoditus:in honore habitus. Idem ꝛc:Clodium occidere.

UVA. BHSC. IyR_187

# PHILIPPICA SECVNDA

Sine ſenatuſꝯ.nõ.n:queſtor in ꝓuinciā ꝓficiſcēbat͞ niſi eā ex ſenatuſcõ.ſertiret͞ & lege.
AdCeſarē:i galliā. Id unū:ceſar. Ducebas:exiſtiabas. Ibi:ap̄ ceſarē i gallia. Aduolas
egēs ad tribūatū:diſcordia i ciuitate exorta:cū optiates Põp.hererēt:popul⁹ i ceſarē eēt ꝓ
penſior.C.Curio ptiū p̄us optiatū:mutata uolūtate popularis fact⁹:& Ce. largitiõib⁹ iui
tatus:fauēs:gr̄a quā ap̄ populū dicēdo ꝯpauerat:effecit ut Tri.pl.Ant.crearet͞.nõ multo

eo pſeuerares ad tuam gloriā rē illā referri male
bā q̄ ad meā gr̄am quæſtor es fact⁹.deiñ cõtinuo
ſine ſenat⁹ cõſulto:ſine ſorte:ſine lege ad cæſarē
cucurriſti.Id.n.unū i terris egeſtatis æris alieni
neqtiæ pditis uita rõnib⁹pfugiū eē ducebas. ibi
te cū & illi⁹largitiõib⁹& tuis rapīs expleuiſſes ſi
hoc ē explere qđ ſtatī effūdas:aduolas egens ad
tribūatū ut i eo magr̄atu ſi poſſes uittrici tui ſi
milis eēs.Accipite nūc quæſo nõ ea quæ ipſe i ſe
atq3 idõeſticū dedec⁹ īpure atq3 ītpanter.ſ3 quæ
ī nos fortūaſq3 nr̄as id ē uniuerſa3.R.P. īpie ac
nefarie fecerit.Ab h⁹.n.ſcelere oīu3 maloꝝ prin
cipiū natū repietis.nā cū.L.Lētulo.C.Marcel
lo cõſulib⁹ Kl.Ian.labentē &ꝓpe cadentē.R.P
fulcirē cupetis: ipſiq3.C.Cæſari ſi ſana mēte eēt
cõſulere uelletis:tū iſte uēditū atq3 mancipatū
tribunatū cõſiliis ur̄is oppoſuit:ceruiceſq3 ſuaſ
ei ſubiecit ſecuri:q̄ multi i miorib⁹peccatis occi
derūt.In te aūt.M.Antoni id decreuit ſenat⁹ &
qdē īcolumis nõdū tot lumīarib⁹extinctis : qđ
hoſtē togatū decerni ē ſolitū more maioꝝ. Et
tu apđ.P.C.cõtra me dicere auſus es cū ab hoc
ordīe ego cõſuator eēm:tu hoſtis.R.P.iudica
tus! Cõmeõratio illi⁹tui ſceleris ītermiſſa ē: nõ
mēoria deleta.Dū gen⁹hoīu3! dū.P.R.nomen
extabit:qđ qdē erit ſi p te licuerit ſempiternum
tua illa peſtifera ītercesſio noīabit Quid cupide
a ſenatu:qd temere fiebat:cū tu un⁹ adoleſcens
uniuerſū ordinē decernere de ſalute.R.P. ꝓhi

poſt iter augureſ cooptauit An
toni⁹uero ſimul atq3 magr̄atū
iniit & ptes & cā3 Ce.plurimū
iuuit.nā Marcello conſule ſcri
ptas iā legiões Põp.decernēte:
& nouos iſup delect⁹ hñdi ptā
tē dāte itercesſit: rogationemq3
ferens obtinuit plebiſcito ut Bi
bulo in Syriam cõtra parthos
bellum gerenti ſcripte legio
nes mitterentur. Qui uero de
ligerēt Põpe.nõ parerēt. Cūq3
eodē tpe ſenatus ps maxia neq3
recipi miſſas a Ce.lrās uellet :
neq3 recitari pateret͞ ui tribuni
tie ptātis fret⁹Ant. uenit i ſena
tū & ipſe recitauit. qb⁹ auditis
cū eq̄ poſtulare uideret͞ Ceſar
multoꝝ mutati ſūt ai & uolūta
tes pluriū q p̄us aduerſabāt͞ ce
ſari ꝯciliate.Cū p̄terea relatū i
ſenatu ceſarē ne placeret legio
nes & exercitū dimittere:an põ
peiū ceſariq3 arma dimittenda
pleriſq3 cēſentib⁹aſſurrexit An
to.rogauitq3 placeret ne utrꝝq3
piter ab armis diſcedere:quam
ſniā3 oēſ pene alacriter excepe
& ſūmo ſtudio ꝯprobauere.an
tõiū uero collaudauērūt: & ut
legē ferret hortati ſūt: qđ fieri
ab eo Marcell⁹& Lētul⁹ ꝯſules
ꝓhibuere:oblate ſūt & alie cõ
ditiões ab aicis Ce.:q̄s.M.Ca
to & Lētul⁹ꝯſules iprobātes e
ſenatu Ant.& ceteros q ceſari
fauebāt:eiecerūt. Abiēs uero e
curia.Ant.multa i capita inimi
corum imprecatus eſt.Mutata
mox ueſte ex conducto uehiculo ad Ceſarem fugit:cum.Qu.Caſſio:& clamitans apud il
lum nullas in urbe leges ualere ius tribunitium ſublatū eē oībus q equū bonūq3 defēde
debāt capitis piculū iminere: Ce.ipulit ut cū exercitu i Italiā pparet.& poſtea patrie ar
ma iferret. Vittrici.P.Lētuli:Fulcire:firmare:ſedatis diſcordiis iter ſenatorii ordis hoies
q Põp.fauebāt populares q Ce.erāt ſtudioſi. Ipi.C.Ceſari ut depoſitis armis & relicta ꝓ
uicia Romā p̄uat⁹rediret:p̄uatūq3 ſplēdorē cū oīu3 bñuolētia q̄ tyrānidem cū oīu3 odio
mallet Mācipatū ueluti mācipiū Ce.addictū:acſi dicat ea fecit qb⁹ſupplicio dign⁹ erat
ut ſecuri quēadmodū noxii & dānati feriret͞. Luiarib⁹: p̄ncipib⁹ uiris q uelut quedā lu
mina erāt. Quod in hoſtē togatū decerni ſolitū ē.nā interdictū ē ei ſenatu ex quo igno

UVA. BHSC. IyR_187

miniofe eiect' ē:& ut ī exiliū abiret coactus :ac mox reip. hoſtis iudicat' id qđ ī Catilinā quoq; adhuc togatū ꝑuatū ē:ut ex Ci.oronib' ītelligit q̄ ī illū extāt.Mos fuit maioribus īterdicere ſenatu prio:deiñ urbe togatis hoſtib' mox abeūtes hoſtes iudicare. Vēdita:cęſari. Addicta:deſtinata. Illud uuln' īflictū:ꝗ hoſtis iudicat' es:tibiq; aq̄ & igni īterdictū ē:& pmiſſū oīb' ut te īpune occiderēt. Cāꝫ belli:cū ꝑuili īdut' ueſte & meritoria uect' rheda te ei obtuliſti: ſenatū accuſaſti & ſua ſpōte ad tyrānidē accēſo occaſionē & ptextū arma ſumēdi:& milites adhortādi pbuiſti:id qđ ī Cę.& Pōp.uita ſcribit Plu.plurib'. Circūſcript' circūuētus & oppſſus. Omitto q̄ hęc falſa: nā re uera capt' īpii ꝯſuetudie:qđ ait Trāql. Pēſitatiſq; ſuis & inimicoꝝ uirib' occaſiōe rapiēdę dñatiōis uſus ē:quā ętate pma ꝯcupierat: qđ eſtiaſſe uidet Ci.ſcribēſ đof.li.3.dicēs ſp cęſarē hūiſſe ī ore eoſ q̄ ſūt ī pheniſſis Euripidis uerſus εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. quos ſic Cicero ipē ꝯuertit. nā ſi uiolādū ē ius: impii gr̄a uiolandū ē:aliiſ reb' pietatē colas. Cōſtitiſſe: poſitā fuiſſe & hęſiſſe. Conſules: Marcellū & lētulū uēiēte īfeſtiſ ſignis ad urbē cę.Pōp.urbē ē egreſſus & Capuā ad exercituꝫ pfectus abeūtē ꝯſules ſūt pſecuti:poſtero die maior ſenatus ps ad Pō.diſceſſit. Oēm ſobolē:oēm iunioꝝ multitudinē & q̄ſi oēꝫ fœtū & ſemētē.R.P. nā in adoleſcētibus ſpes ē plis ſufficiēdę ut in grege uidemus.& Vir.ait Mō nāq; gemelloſ ſpeꝫ gregis ha ſilice ī nuda ꝯnixa reliqt. Exterminatā: extra priē terminos & fines poſitā. Vt igit :pulcherrima ſimilitudo.

Cā ē arboꝝ:quoniā ex ſemine naſcūt. Semē:cā & origo: uocabu'ū aūt retinuit ſimilitudis. Tres exercitus:ī pharſalia Pō.& ſenatus in hiſpania Petrei & Affranii in Africa Scipiōiſ & Iubę regis. Clariſſimos ciues: Pompeiū:catonē Scipioneꝫ & plurimos:quos Pharſalicuꝫ & Hiſpanieſe bellū aſſūpſit. Rōcinabimur:colligemus. Vni accepta referemus:uni Ant. īputabimus. Vt Helēa tro.e curia pulſus Ant.mutata ueſte & meritoria uectus rheda qđ

buiſti! neqꝫ id ſemel ſꝫ ſæpi' :neqꝫ tu tecū de Senat' auctoritate agi paſſus es. Quid aūt agebat niſi ne delere & euertere.R.P. funditus uelles! Cū te neqꝫ prīcipes ciuitatis rogādo:neqꝫ maiores natu monēdo:neqꝫ ro.eq̄s aut ſenat' agendo de uēdita atqꝫ addicta ſñīa mouere potuit! Tū illud multis añ tētatis neceſſario tibi uuln' inflictū qđ paucis añ te quoꝝ īcolumis fuit nemo. Tū ꝯtra te dedit arma hic ordo cōſulib' reliqſqꝫ īpiis & ptātib':quæ nō effugiſſes niſi te ad arma Cæſaris cōtuliſſes. Tu tu inq̄.M.Antōi prīceps C.Cæſari pturbare oīa cupiēti cauſam belli cōtra pr̄iam īferēdi dediſti.Quid.n.aliud ille dicebat:q̄ cauſam demētiſſimi ſui cōſilii & facti aſſerebat niſi ꝙ īterceſſio neglecta:ius tribūitiū ſublatū circūſcript' eēt Antoni'! Omitto q̄ hæc falſa q̄ leuia præſtiꝫ cū oīno nulla cauſa iuſta cuiq̄ eē poſſit cōtra pr̄iaꝫ arma capiēdi. Sꝫ nihil de cæſare. Tibi certe cōfitēdū cāꝫ pniciosiſſimi belli ī pſōa tua ꝯſtitiſſe. O miſeꝝ te ſi ītelligis hoc lr̄is mandari:hoc mēoria pdi.hui' rei ne poſteritatē qdē oīuꝫ ſæculoꝝ unq̄ īmēorē fore. Cōſules ex Italia expulſos:cūqꝫ is Cn.Pōpeiū q īpii. P.qꝫ R.dec' ac lumē fuit:oēs ꝯſulares q p ualitudinē exeq fugā illaꝫ cladēqꝫ potuiſſēt:prætores:prætorios Tr.pl.magnaꝫ ptē ſenat':oēm ſobolē iuuētutis unoqꝫ uerbo.R.P.expulſam atqꝫ extermiataꝫ ſuis ſedib'. Vt igit ī ſeminib' cā ē arboꝝ & ſtirpiū.Sic h' luctuoſiſſimi belli ſemē tu fuiſti.doletis tres exercit'.P.R.īterfectos! īterfecit Ant. Deſideratis clariſſimos ciues!eos quoqꝫ eripuit uobis Ant. Auctoritas h' ordīs afflicta eſt. Afflixit Antōius. Oīa dēiqꝫ quæ poſtea uidim' ſi recte rōcinabimur uni accepta referem' antōio ut Helena troianis.!Sic iſte.R.Pub.cauſa belli

UVA. BHSC. IyR_187

prius ſępe diximus Cęſarē ad arma cōtra patriā capiēda accendit. & icircо ut Helena troianis: quoniā rapta a Paride bello quo troianoꝝ opes corruere repetita ē. Sic po. ro. Anto. omniū maloꝝ cā fuit: id qđ falſum eſſe Plutarchus putat. Quoniā nō ita ut inqt leuis cęſar erat neq; ſic ira ꝑceps ruebat: et alias fuiſſe cās quę īpulerūt: An. q; Cęſari optāti accōmoditiſſimā prębuiſſe occaſionē. Rōcinabimur: colligemus. Oia pfecit: quę

cauſa peſtis: atq; exitii fuit. Reliquæ ptes tribunat' principio ſimiles. Oīa ꝑfecit quæ Senat' ſalua. R. P. ne fieri poſſet pfecerat. Cui' tn̄ ſcelus ī ſcelere cognoſcite: reſtituebat multos calamitoſos. In his patrui nulla mentio. Si ſeuerus cur nō in oēs? Si miſericors cur nō in ſuos? Sed omitto cæteros Liciniū Lēticulā; de alea condēnatū colluſorē ſuū reſtituit: qſi uero ludere cū cōdēnato nō liceret. ſed ut qđ in alea pdiderat: beneficio legis diſſolueret. Quā; attuliſti rōnē po. ro. cur eū reſtitui oporteret? Abſentē credo in reos relatū; rē īdicta cauſa iudicatā;. nullū fuiſſe de alea lege iudiciū ui oppreſſū & armis poſtremo qđ de patruo dicebaꝛ: pecunia iudiciū eē corruptū: nihil hoꝝ. At uir bon' &. R. P. dign' nihil id qdē ad rē. Ego tn̄ quoniam cōdēnatū eē ꝑ nihilo ē: ſi ita eēt: ignoſcerē. hoīem uero oīu; iam neqſſimū q nō dubitaret uel in foro alea ludere: uel lege quæ ē de alea cōdēnatū q in integꝝ reſtituit: is nō aptiſſime ſtudiū ſuū ipſe pfitet? ī eodē uero Tribunatu cū Cæſar ī Hiſpania; pficiſcēs huic cōculcandam Italiam tradidiſſet: quæ fuit ei' pagratio itineꝝ? luſtratio municipioꝝ? Scio me ī reb' celebratiſſimis ſmōe oīu; uerſari: eaq; quæ dico dicturuſq; ſū: notiora oībus eē q ī Italia tū fuere q mihi: q non fui. Notabo tn̄ ſingulas res: & ſi nullo mō poterit oro mea ſatiſfacer

Senatus fieri uetuerat: cum reſ publica adhuc ſtaret. Scel' in ſcelere: acſi diceret ſcel' maximū & iauditum: ſcelus fuit leges ſoluere ſcelus patruum nō reſtituere cū aliēos reſtitueret. Patrui. C. Antonii. Si ſeuerus: qa occurrebat quoniam ſeuer': ne patruū qdē reſtituere paſſus ē: at q Lēticulā colluſorē ſuū de alea condēnatū reſtituit: iccirco inqt reſtituit: quia optabat cū eo luder & cū cōdēnato ludere nolebat. iocaꝛ aūt Ci. Perdiderat: lēticula. Et ut qđ ī alea perdiderat: hac cā rſtituiſti ut bn̄ficio legis a te đ reſtōne eius latę diſſolueret: q̄ pdiderat: ut ludēs ęs alienū qđ pdēdo ꝯflauerat lucrādo pſolueret. Abſentē credo: hę inqt potuerūt afferri a te rōnes: qa abſēs ꝯdēnat' ē: qa īdicta cā: qa nulla lex đ alea ꝓus lata qa ui & armis oppſſus. hęc. n. ferme dici ſolēt cu; iiuſtc quēpiā ꝯdēnatū oñdim' & reſtituēdū aſſerim'. S; nihil hoꝝ afferre ī cā; potuit Anto. Aleā ab iuētoꝛ dictā tradūt qdā. Eſt aūt ī tabula luſoria q & latrūcularia & pyrg' & alue' & alueol' uocaꝛ: rotūda illa tabella rotulę iſtar: q̄ moueꝛ hinc ī ꝓuerbio eſt iacta alea ē cum ſic incepta res eſt ut deſiſtere īegrum non ſit: quod Iulius traiecturus rubiconem uſurpauit pro euetu rei dubio poīt. Luca. Placet aleat fati Alterutꝝ merſura caput. De aleę uſu & aleatorib'. titul' ē li. xi. digeſtoꝝ. Senat' cōſulto oli uetitū ē ī pecūia ludere ꝑterq̄ ſi qs certet haſta uel pilo iaciēdo uel currēdo: ſaliēdo: luctādo uel pugnādo ꝙ uirtutis cā fiat. Quod de patruo. C Anto. iiuſte dicebaꝛ dānat': pecūia corruptis iudicib': uir deiñ bon' & rep. dign' ferebaꝛ Sed nihil ap Ant. efficiebaꝛ. neq;. n. qcq̄ ad eū reſtituēdū cōmouebaꝛ: & tn̄ iuqt Ci. ignoſcerē ego patruo ſi ita res ut dr̄ hr̄et cū pierti ꝯdēnatū eē ꝑ nihilo ſit quoīā facile oēs q̄uis cā ꝯdēnati reſtituūt ab An. Hoīe;: Liciniū lēticulā. Vel: ēt. In integꝝ: ī pſtinū ſtatū & locum. In eodem tribunatu: Pomp. ex Italia pulſo cum optimatibus cnm prius q̄ eum pſeqreꝛ ī hiſpaniā pficiſci ſtatuiſſet Cęſar oppſſur' ut ipe dixit exercitū ſine duce & mox ad ducē reditur' ſine exercitu. nā Petrei' & Affrani' q hiſpaniēſi ꝑerāt exercitui haud magnope rei militaris piti erāt: Lepido ꝑtori urbē Anto. Trib. italiā cuſtodiēdā pſidiiſ mādauit. Cōculcādā: ñ luſtrādā & cuſtodiēdā ſ; uaſtādā poti' q ñ fuit: erat. n. ī Pōp. caſtriſ Ci.

UVA. BHSC. IyR_187

ſcientiæ ueſtræ. Etenim quod unq̄ in terris tantum flagitium extitiſſe auditum eſt: tantaȝ turpitudinem: tantum dedecus! Vehebatur in Eſſedo Tr. pl. lictores laureati antecedebant: inter quos aperta lectica mima portabatur: quam ex oppidis mūicipalibus homines honeſti obuiam neceſſario prodeūtes nō uero illo & mimico nomine: ſed Volūniam ſalutabant. Sequebat̄ rheda cum lenōibus comites nequiſſimi reiecta mater amicam impuri filii tanq̄ nurum ſequebat̄. O miſeræ mulieres fœcunditatem calamitoſam horum flagitiorū iſte ueſtigiis omnia municipia. Præfecturas colonias totam deniq; Italiam impreſſit. Reliquorum factoꝝ eius. P. C. difficilis eſt ſane repræhenſio & lubrice uerſatus in bello eſt. Saturauit ſe ſanguine diſſimillimorū ſui ciuium fuit fœlix ſi poteſt ulla eſſe in ſcelere fœlicitas. Sed quoniam ueteranis cautum eſſe uolumus: q̄q̄ diſſimilis ē militum cauſa & tua illi ſecuti ſunt: tu quæſiuiſti ducem. tamen ne apud illos me in inuidiam uoces nihil de genere belli dicam. Victor Theſſalia Brūduſiū cū legionibus reuertiſti: ibi me nō occidiſti: magnū beneficiū. potuiſſe enī fateor: q̄q̄ nemo erat eoꝝ q tūc tecū fuerūt: qui mihi nō cēſeret parci oportere. Tanta. n. ē charitas pr̄iæ ut uīris & legiōib⁹

Scientiȩ ueſtrȩ: cū plura uos memineritis Antonii flagitia q̄ poſſim ipſe meminiſſe. In eſſedo: curru. Eſſedū uehiculi genus: apud Belgas gallos primo reptū. Virg. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. Trib. pl. cū ſtomacho dictū ē. Aperta: qđ erat multo indignius ac minus ferendū uehebant̄ enī etiā clauſa. & Iuuenalis ait. Nāq; facit ſomnū clauſa lectica feneſtra legit̄ & in exedra ſedem aūt ſignificat & locū ad ſedendum conſtitutū: grȩcū eſt. Neceſſario: neceſſitate quadā aſtricti ne iniquo aio ferret Antoniuȝ niſi ita fieret. Reda: uehiculi genus: & hoc gallicū ut ait Fabius uocabulū quo Ci. utitur: ſicut itē petoritū quo Horati⁹ Cū lenonibus comites nequiſſimi: Erat inter maxime familiares Sergius: & Citharis quidaȝ ex eadē paleſtra mulierculam amās: erant ſcorta aleatores: & hoc comitatu Italiam peragrabat Antonius: lectica delatus: aureas pateras ueluti i pompa circūferens. Ducebātur & leones ad redam ligati: & qđ maxime homines torquebat: honeſtiſſime dom⁹ ſcortis & mimis pro diuerſoriis tradebant̄: per lucos & amniū ripas prandia ſumptuoſiſſima parabātur: pleriſq; indigne ferentibus ꝙ Cȩſare periculoſa gerēte bella & labores maximos tolerāte Antonius tam luxurioſe italiam calcaret: quare reuerſus poſtea Cȩſar & ueniam Dolobellȩ dedit: qui Antonio erat inuiſus & tertium conſul creatus: nō Antonium: ſed Lepidum ſibi collegam aſſumpſit. Fœcunditatem calamitoſam: Nam cū Antonium peperit Iulia calamitates peperit plurimas. Prȩfecturas: de municipiis & coloniis. A. Gelius. Prȩfectura uero prouincia eſt. Auguſtus in prȩfecturas. xi. totam diuiſit Italiam: quas alii regiones uocant grȩci επαρχιας. Et prȩfecture quidem gubernandȩ: hoc eſt pluribus unius regionis ciuitatibus ac locis: aut prȩtor: aut ꝓconſul ꝑficiebatur.

Lubrice: inconſtanter & uarie ac dubia fide. Lubricus proprie locus eſt in quo neque as inſiſtere & lubrica res quam non facile teneas & quȩ de manibus labitur ut anguilla. Hinc homo lubricus & Ciceroni legimus lubricum fidei fuiſſe obiectum. Diſſimilimorum ſui: acſi diceret optimorum. Fuit fœlix: quando uicit & res ei pro uoto ſucceſſit.

Cautum eſſe uoluit: nam cautum ueteranis uolebat eſſe ſenatus: quod in prima philippica dictū eſt. Secuti ſūt: Cȩſarē in patriā ruentē ſub quo militabāt. Quȩſiuiſti: urbem egreſſus mutata ueſte: & rheda meritoria in galliam uectus ad impellendum contra patriam Cȩſarem. In inuidiam: odium. Ibi me nō occidiſti: hoc obiecerat Antonius reſponderat quidem Cicero: ſed ſibiipſi minime ſatiſfecerat: quare idem nunc repetit.

UVA. BHSC. IyR_187

Sanctus:inuiolabilis. Prẹſertim ꝛc.nam cum meam noſſes in dicenda ſententia liber
tatem:& hẹc mea in patriam charitas te non lateret: illo ipſo tempore quo me:ut ais: ſer/
uaſti:uidere & tibi perſuadere potuiſti hẹc facturum & dicturum quẹ facio & dico. Mi/
mulẹ:uolũnię. Quid eſt? ſic ait quaſi id negare uellet Antonius. Si te:argumentum
a maiori ad minus:municipiorum:quẹ cum Mima luſtraſti:ut pudere debuiſſet:nec exer/
citus quidem te puduit ubi ma
ior multo licẽtia. Tot dieꝝ:
ab urbe. Quem hominem:
fortem enim & continentem ſe
qui crediderant uirum imbecil
lem & laſciuum cognouere.

In oppida:in alienas poſſeſ/
ſiones & eorum in primis qui
Pompei & bonorum partibus
fauiſſent. Magiſter equituꝫ:
Cẹſar enim dictaturam iam iua
ſerat. Suo iure cum Hippia:
mim⁹ hic erat & impuriſſimus
quaſi uero ad nomen alludit.
nã ἵϖποσ equũ ſignificat:un
de hippias quaſi fas eſſe magi/
ſtro equitum cum eo ſuo iure
uiuere cui equi nomen eſſet.

Sergio mimo:de quo dictuꝫ
prius. Equos: legitur & aq/
nos hoc eſt Aquini oppidi mu
nicipes:quod non placet: nam
Aquinates dicet inferius: Ve
ctigales:qui ei uectigal pende/
rent:& quos Sergius locaret:
quibus uellet. Repentinus:
ſubitarius & nulla cauſa. Tu
iſtis faucibus: eſt hic per ratio
cinationem amplificatio ut ad
id quod extolli uoluit Cicero:
ratio adduceretur. obiecturus
enim Antonio merum & uomi
tum ſic ait. Fauces uero & late
ra ad ebrietatem minime ſunt
ocioſa.nam reſpicienteſ ad hẹc
poſſumus exiſtimare quantuꝫ
ille uini in Hippię nuptiis ex/
hauſerit:quod ferre & coquere
non poſſet ſine gladiatoria cor
poris firmitate. Poſtridie uo
meret:quodã ex amicis ut Plu
tarchus tradit togam ſubiicien
te. Immanibus: ingentibus:
& hic qđ idem ait amplificatio
eſt:ſi quidem tanta uis fuit ui/
ni erumpentis ut non caſum af
ferret aut uolũtatẽ:ſed neceſſi/
tatem ubi minime deceret euo

ſanctus eſſem:ꝙ eam a me ſeruatam eſſe memi/
niſſent.Sed fac te dediſſe mihi quod non ademi/
ſti:meq; a te habere uitam: quia a te non ſit ere
pta. Liceat nũc mihi per tuas contumelias hoc
beneficium ſic tueri ut tuebar? Præſertim cum
te hæc audituꝝ uideres: ueniſti Brũduſium inſi
nũ quidem & complexum tuæ mimulæ. Quid
eſt? Nũ mentior? Quam miſeꝝ eſt id negare nõ
poſſe quod ſit turpiſſimũ confiteri. Si te muni/
cipiorum non pudebat ne ueterani quidem exer
citus? Quis enim miles fuit qui Brũduſii illam
non uiderit? quis q neſcierit ueniſſe eam tot die/
rum tibi uiam gratulatum? Quis qui non indo
luerit tam ſero ſe quem hominem ſecutus eſſet
cognoſcere? Italiæ rurſus percurſatio eadem co
mite mima in oppida milituꝫ crudelis & miſera
deductio in urbe auri & argenti maximeq; uini
fœda direptio. Acceſſit ut Cæſare ignaro cũ eẽt
ille Alexandriæ beneficio amicoꝝ eius magiſter
equitum conſtitueretur tum exiſtimauit ſe ſuo
iure cum Hippia uiuere & equos uectigales Ser
gio mimo tradere.quid ego iſtius decreta? quid
rapinas? quid hæreditatũ poſſeſſiones datas? qd
ereptas proferam? cogebat ægeſtas:quo ſe uerte
ret non habebat. Nondum ei tanta a.L.Rubrio
non a.L.Turſecio hæreditas uenerat: nondum
in Gn.Pompeii locum multorumq; aliorum q
aberant:repẽtinus hæres ſucceſſerat:erat ei uiuẽ
dũ latronũ ritu ut tantũ haberet:q̃tũ rapere po/
tuiſſet.Sed hæc quæ robuſtioris ĩprobitatis ſũt
omittam⁹.Loq̃mur poti⁹ de iniqſſimo genere le
uitatis. Tu iſtis faucib⁹ iſtis laterib⁹:iſta gladia
toria toti⁹ corporis firmitate:tantũ uini in Hip/
piæ nuptiis exhauſeras:ut tibi neceſſe eſſet ĩ po.
Ro.cõſpectu uenire poſtridie. O rẽ nõ mõ uiſu
fœdam:ſ; & auditu. Si ĩter cœnaꝫ ĩ tuis ĩmanib⁹
illis poculis hoc tibi accidiſſet: quis non turpe

d

UVA. BHSC. IyR_187

mendi:& cibus non recẽs ut ac
cidere interim ſolet:redderet .
ſi qui in poſterꝝ diẽ redũdaret .
Haſta poſita:cui ſubiiciebãt
ea quę publice uenũdabant:&
eoꝝ bona q̃ haſta hoc ẽ bello
ſupant: qa ſignũ pręcipuũ eſt
haſta.Põpeius Fe.Ci.in officiis
Nec uero unq̃ belloꝝ ciuiliũ ſe
men & cauſa deerit dum homi/
nes perditi haſtam illã cruẽtã
& meminerint:& ſperabũt. Io
uis ſtatoris:quã Romulus bel/
lo Sabino uouit: ſuis fugiẽtib⁹
& intra ueterẽ palatii portã cõ
pulſis:illicq; exędificauit. Sta/
tor aũt uocatus eſt Iuppiter:ꝙ
orantẽ Romulũ:ut fugã ſuorũ
ſiſteret:audiuit.Liui⁹ auctor li.
prio ab ur.con. Tã demẽs:ui/
uebant.n.põpeii filii:& redire i
priã:ac ſua recupař bõa poſſe
credebãt. Sectiõis:uenditiõis
Haſtã illã:Cęſaris ſub qua
ciuiũ q̃ ꝯtrarię fuerãt factiõis:
bona uẽdebãt. Alia oia:pręter Põpei bona. Iſto loco:iſta
familia. Sector:emptor. nam
utrũq; ſignificat & emptorem &
uẽditorẽ. Heluo:ab heluẽdo
dict⁹ ẽ heluo is q̃ bona ſua imo
derate ꝯſumit:qđ aſpirať ut aui
ditas magiſ ꝯprobeť.ſit.n.uox
icitatior p aſpirationẽ. Põpei⁹
ſeſt⁹. Copias:maxias diuitias.
Ingurgitaſſet: imerſiſſet tanq̃
gurges qdã & uorago & cũ ſel
le hoc ait:ſimul & magnitudiẽ
diuitiaꝝ hoc uerbo ſignificans
põpeii & nimiã Antonii ac ipor
tunã auiditatẽ. Perſona đ mi
mo:ueluti pſona de aliquo Mi
mo & hiſtriõe aſſũpta: q̃ mõ re
ges agat:mõ priuatos:mõ dñs:
mõ ſuũ:nũc lętũ aliquẽ: nunc
triſtẽ aliũ:uaria erat Antonii p
ſona:&ꝑ fortunę ꝯditõe: nunc
triſtis uult⁹ cũ egeret:nũc lęt⁹
cũ abũdaret. Nũerus:menſu
ra.quę numeꝝ & mẽſurã ſigni
ficãt iuicẽ,ꝑ ſe põi ſolẽt. Quę
charybdis: de Tropis ꝑcipiens
Fabi⁹:creſceť nõ nũq̃ hypbolẽ

diceret! in cœtu uero populi negociũ publicũ
Regens magiſter equitũ!cui ructare turpe eẽt:
iis fruſtis eſculentis uinũ redolentibus gremiũ
ſuum:& totum tribunal impleuit.Sed hoc ipſe
fatetur eſſe in ſuis ſordibus. Veniamus ad ſplen
dida. Cæſar Alexandriam ſe recæpit fœlix ut ſibi
quidem uidebatur:mea autem ſententia ſi quis
R.P. ſit infœlix:fœlix eẽ nõ põt: haſta poſita ꝓ
æde Iouis Statoris bona:miſerum me conſũptiſ
enim lachrymis:tamen infixus animo hæret do/
lor:bona inquam Gn. Pompeii magni uoce acer
biſſime ſubiecta præconis una in illa re ſeruitu/
tis oblita ciuitas igemuit. Seruiẽtibuſq; animis
gemitus tamen po.ro.liber fuit. Expectantibus
omnibus quis nam eſſet tam ipius! tam demens
tam diis hominibuſq; hoſtis: qui ad illud ſcel⁹
ſectionis auderet accedere! Inuentus ẽ nemo præ
ter Antoniũ:præſertim cum tot eſſent circa ha
ſtam illam qui alia omnia auderent. Vnus iuen
tus eſt qui id auderet:qđ omniũ fugiſſet & for
midaſſet audacia. Tantus igiť te ſtupor oppreſ/
ſit:uel ut uerius dicam:tantus furor:ut primũ
cũ ſector ſis iſto loco natus:deinde cũ Pompeii
ſector:non te execrandũ po.ro.non deteſtabilẽ:
non oẽs tibi deos:omnes homines & eẽ inimicos
& futuros ſcias! At q̃ inſolenter ſtatim Heluo
iuaſit in eius uiri fortunas: cuius uirtute terri/
bilior erat po.ro.exteris gẽtib⁹ iuſticia carior!
In eius igiť copias cũ ſe ſubito ingurgitaſſet:ex
ultabat gaudio pſona de mimo modo egens:rẽ/
pente diues. Sed ut ẽ apud poetam:neſcio quem
male parta male:dilabũtur incredibile ac ſimile
portẽti eſt:quo nam modo illa tã multa q̃ pau
cis nõ dico mẽſibus:ſed diebus effuderit: maxi/
mus uini numerus fuit:pmagnũ optimi põdus
argẽti precioſa ueſtis multa & lauta ſupellex &
magnifica multis locis nõ illa qdẽ luxurioſi ho
minis:ſed tñ abũdantis. Hoꝝ paucis dieb⁹ nihil
erat:quæ charybdis tam uorax! Charybdin di/
co:quæ ſi fuit aĩal uiuũ:oceanus mediuſfidius
uix uideť tot res tam diſſipatas:tam diſtantibus
in locis poſitas:tã cito abſorbere potuiſſe:nihil

UVA. BHSC. IyR_187

inquit alia inſuper addita:& hic ſequitur oceanus medius fidius. Apothecę:loca in qbꝰ uinū oleū triticū:& alia id genus reponūtur. Latine horrea & repoſitoria poſſumꝰ dicere. de apothecis uini Ply. loquitur. Hypotheca pignus ē. Conchiliatis:laudat hāc amplificationē Fabius:& Ciceronē inqt tantū de. M. Antonii luxuria fingere nō potuiſſe quātū oñdit dicendo Conchiliatis periſtromatis Cn. Pōpeii lectos i ſeruoꝝ cellis fuiſſe ſtratoſ.

erat clauſū:nihil obſignatū:nihil ſcriptū. Apothecæ totæ nequiſſimis hōibus ꝯdonabanť: alia mimi rapiebant:alia mimæ:domus erat aleatoribus referta:plēa ebrioꝝ:totos dies potabať:atq; id locis pluribus. Suggerebanť etiam ſæpe: non enī ſemꝑ iſte fœlix:damna aleatoria cōchiliatis Gn. Pōpeii. periſtromatis ſeruoꝝ in cellis lectos ſtratos uideres. Quamobrē deſinite mirari hæc tam celeriter eē cōſūpta:nō mō uniꝰ p̄rimoniuꝫ q̄uis āpliſſimū ut illď fuit:ſꝫ urbes & regna tanta neqtia deuorarī potuiſſet. At eiuſdē ædes & et hortos. O audaciaꝫ īmanē:tu ingredi illam domū auſus es? tu illud ſciſſimū limen intrare? tu illaꝝ ædiū diis penatibꝰ os īportuniſſimū oñdere? quam domū aliq̄diu nemo aſpicere poterat: nemo ſine lachrymis præterire. Hac te in domo tam diu diuerſari nō pudet? in qua q̄uis nihil ſapias:tñ nihil tibi pōt eē iucundū. An tu illa ueſtibula:roſtra:ſpolia:cū aſpexiſti:domū tuaꝫ te introire putas? fieri nō pōt. q̄uis. n. ſine mēte:ſine ſenſu ſis:ut es:tamē & te & tua & tuos noſti? Nec uero te unq̄:neq; uigilantē:neq; in ſomnis credo mēte poſſe cōſiſtere. Neceſſe ē q̄uis ſis ut es uinolētus & furens cū tibi obiecta ſit ſpēs ſingularis uiri:ꝑterritū de ſomno excitari furerī & ſæpe uigilantē. Me qdeꝫ miſeret pietū ipſoꝝ atq; tectoꝝ. Quid. n. unq̄ domꝰ illa uiderat niſi pudicū? niſi ex optimo more & ſciſſima diſciplina? fuit. n. ille uir. P. C. ſicut ſcitis: cū foris clarꝰ: tū domi admirandus:neq; rebus exteris magis laudandus:q̄ inſtitutis domeſticis. Huiꝰ in ſedibus ꝓ cubiculis ſtabula:ꝓ tricliniis popinæ ſūt

Nam cū hoc ita eēt:aliquid amplius in ipſo dño: neceſſe erat cogitare. Conchilia in genere ſunt purpuraꝝ:quaꝝ ſuco purpureus tingitur color:ūde Cōchiliata ueſtis. Et Iuuenalis ait cū Stomacho de gręcis loquēſ hoꝝ ego nō fugiam Conchilia hoc ē conchiliatas & purpureas ueſtes: quibus ſūt indigniſſimi. Periſtroma gręca dictio. Stragulā ueſteꝫ ſignificat & auleū. περὶ circū ē σΤρωμνύω uero extendo ſterno:ꝙ circunſternūtur huiuſmōi ueſteſ quę etiā pipetaſmata nomināť. Datiuus & abltūs nūeri multitudinis in his nōibus in bus exeūt: & in is:ut poematibus: & poematis. Plau. Lectū inqt ē i poematis. Aedes:P ōpeii. Hortos pōpeianos. Tu ingredi:repetitio ē aptiſſima cōtentiōi & īuectiōi. hꝫ. n. acrimonię plurimū Roſtra:nauiū quę ꝑ foribꝰ erāt affixa maritimaꝝ uictoriarū monumēta: q̄s pōpeiꝰ de piratis adeptꝰ fuerat. Poſtibꝰ hęc affigēdi romāis mos fuit:quem Virgi. ad regē Latinū trāſtulit dicēs:Multaq; p̄terea ſacris in poſtibꝰ arma Captiui pendent currus:curuęq; ſecures:Et criſtę capitū & portaꝝ igētia clauſtra Spiculaq; clipeiq; ereptaq; roſtra carinis. Et te:pompeio diſſimilimuꝫ & illa domo indigniſſimū. Tua:tenuiſſima. Tu os:nulla i re cū pōpeio ꝯferēdoſ Cōſiſtere:qeſcere:qn agiteriſ & ꝑturberis. Stabula:ueluti ſtabula quędā & diuerſoria i q bus īpuri ac nefarii pernoctāt. nā ſtabula diuerſoria ēt ſūt i q bus diuerſari hoc ē ad tēpus habitare & ex itinere pñt hoies. Iure ꝯſulti de cauponibus loquūtur & ſtabulariis. Tricliniis:q ē locus diſcūbendi:a tribus toris ſeu mēſis dictus ibi. n. comedebāt p̄cipue i cōuiuiū accepti. cui apparādo q p̄erat:architriclinus uocabať Popinę ſūt in qbus cocti quippiā uēdiť:ubi q uerſarētur gulę indulgētes popinōes ſūt



UVA. BHSC. IyR_187

appellati:qd' Marcellus ait.Tiberi⁹ cęſar qd' inqt Tranqllus:ędilibus negotiū dedit popinas ganeaſq; uſq; eo inhibendi:ut ne opa qdē piſtoria ꝑponi uenalia ſinerēt. Frugi:modeſtus ac tēpans:& iocatur. Illā ſuā:Volūniā Mimā. Suas res ſibi haberi iuſſit: ac ſi dicat fecit cū illa diuortiū.nā qd' ait Paulus titulo de diuortiis:in his & repudiis his utebā uerbis: Tuas res tibi habeto.itē Tuas res tibi agito; Ex.xii.tabulis:ex lege.xii.tabulaꝝ. quę uult ex cā fieri diuortiū:& niſi adiecta cā.Sint autē plures ratū nō eē.nullū aūt diuortiuȝ ratū erat:niſi ſeptē ciuib⁹ romanis puberibus adhibitis. Exegit: expulit hic dicūť exacti reges. Spectatus: ipſe interprať ſubiūgens & ꝓbatus.Virgili⁹ Et rebus ſpectata iuuēt⁹. At quē crebro uſurpat & conſul &Antonius freqūeter hoc uſurpabat Antonius:& cōſul & Antonius iubet:uel edicit nō conſul Antōi⁹:quaſi emphaſis quędā:& uis atq; auctoritas ſuo in eſſet nōi ꝓprio.Sed inſolēter & ſupbe nimis:qd' rephēdit & iſectatur Cicero. Auus tu⁹.M. Antoni⁹ orator q cōſul fuit dixiſſet ſe & conſulē & Antoniū. Collega me⁹: in cōſulatu. C. Antoni⁹. Solus eēt Antoni⁹: hoc ē ipudiciſſimus & nequiſſimus. Eaꝝ ꝑtiū ꝓpria: ac ſi diceret eaꝝ actionū. Opa tua: ꝑ te & tua cā. Natū:ordo naturalis naſciť qppiā coaleſcit & augeť: in uſū ide deducitur. Et bello:africanū intelligit: qd' cū Scipiōe & Iuba ac reliqis pōpeanis in africa geſtū ē. Anteſignanus:cuſtodiēdi ſignis & uexillis ꝑpoſit⁹. Quē locū obtinniſti:ac ſi dicat: uilē locū & ꝯditionē.Antoni⁹ hāc ſibi dicebat cauſam fuiſſe: cur bello africano nō itereſſet: qd' paꝝ gratię in his quę pri⁹ geſſerat uidereť ꝯſecutus:cum domus pōpeianę ꝓciū ab eo exegiſſet cęſar:q reuerſus ex africa q̄ſi paꝝ ęquus antōio:Dolobellę.n.iimico ei⁹ ueniā dedit: & tertiū ꝯſul factus Lepidū nō Antōiū collegā uoluit. Quo nūero:quo ordine & honoris gradu. Pro domo:pōpeiana pecuniā:ſcilicet poſtulat:& ſūt Antonii uerba. Pro ſectiōe:emptōe bonoꝝ pompeii. A me.C.Cęſar Ne potuit qdē:ſine me uincere. Ro/

Et ſi negat:iam.nolite:nolite quærere! frugi factus ē.Illam ſuam:ſuas res ſibi hēre iuſſit. Ex xii.tabulis cauſam addidit:exegit.q̄ porro ſpectatus ciuis q̄ ꝓbat⁹!cui⁹ ex oī uita nihil eſt honeſti⁹:q̄ q; cū Mima fecit diuortium. At q̄ crebro uſurpat & cōſul & Antoni⁹! hoc ē dicere & ꝯſul & ipudiciſſim⁹:& cōſul & hō neqſſim⁹.Quid.n eſt aliud Antoni⁹!nam ſi dignitas ſignificareť in nōie dixiſſet aliqn̄ credo au⁹ tu⁹ & cōſulē & Antoniū nūquaȝ dixit.dixiſſet & collega meus patru⁹ tuus niſi ſolus eēs Antoni⁹. Sed omitto ea peccata quæ nō ſūt eaꝝ ꝑtiū ꝓpria qbus tu.R.P uexauiſti.ad ipſas tuas ꝑteſ redeo.i.ad ciuile bellū.Quod natū cōflatum ſuſceptū:opa tua eſt. Cur hi in bello tū pp timiditatē tuam & pp libidines defuiſti! Guſtaras ciuilē ſanguinē uel potius exorbueras:fueras in acie pharſalica anteſignan⁹.C.Domitium nobiliſſimum & clariſſimum uiꝝ occideras:multos q de prælio effugerant:quoꝝ Cæſar nōnullos fortaſſe ſuaſſet crudeliſſime pſecutuſ trucidaras.Quib⁹ rebus tātis talibus geſtis qd fuit cauſæ cur in africam cæſarē n̄ ſequerere! cū præſertiȝ belli ps tanta reſtaret Itaqȝ quē locum apud ipſum cæſarē poſt ei⁹ ex africa reditum obtinuiſti! quo numero fuiſti! cuius tu ipatoris quæſtor fueras:dictatoris magiſter eqtum:belli priceps:crudelitatis auctor: prædæ ſocius:teſtamenti:ut ipſe dicebat:fili⁹ appellatus eſt de pecunia:quam ꝓ domo: ꝓ hortis ꝓ ſectiōe debebas.P rio rn̄diſti plāe ferociter: & ne oīa uidear cōtra te: ꝓpemodū æqua & iuſta dicebas.A me.C.Cæſar pecuniam:cur potius q̄ ego ab illo! an ille ſine me uicit! an ne potuit quidem.Ego ad illum belli ciuilis cauſam attuli:

UVA. BHSC. IyR_187

ego leges ꝑniciosas rogaui: ego arma cõtra cõsu
les ĩꝑatoresqꝫ po.ro. cõtra senatuꝫ P.qꝫ R. ꝯtra
deos patrios arasqꝫ & focos: cõtra p̃riaꝫ tuli? Nũ
sibi soli uicit: quoꝝ facinꝰ cõe: cur ñ sit eoꝝ præ
da cõis? Ius postulabas? Sꝫ qd ad rẽ? plus ille po
terat: itaqꝫ exclusis tuis uocibꝰ: & ad te & ad præ
das tuas milites misit. Cũ repẽte a te præclara il
la tabula ꝓlata q risus hoĩuꝫ de te erat? tantam eẽ
tabulam: tã uarias: tã multas possessiões ex qbus
præter ꝑtẽ miseni nihil erat: qđ is q auctionaret
posset suũ diceř. Auctiõis uero miserabilis aspe
ctꝰ: uestis Põpeii nõ multa: eaqꝫ maculosa eius
dẽ quædam argẽtea uasa collisa. Sordidata man
cipia? Vt doleremus qcq̃ eẽ ex illis reliqiis: qđ ui
dere possemꝰ. Hanc tñ auctionẽ heredes. L. Ru
brii decreto Cæsaris ꝓhibuerũt: hærebat nebulo
quo se uerteret nõ hẽbat. Quippe ĩ his ipsis tꝑi
bus domi Cæsaris ꝑcussor ab isto missus depræ
hensus dicebař eẽ cum sica. de quo Cæsar ĩ sena
tu apte ĩ te ĩuehens questꝰ ẽ: ꝓficisciř in Hispa
niam Cæsar paucis tibi ad soluendũ ꝑꝑ inopiaꝫ
tuam ꝓrogatis diebꝰ: ne tũ qdẽ sequeris: tam bo
nus gladiator Rudẽ taꝫ cito accepisti? Hũc igiř
qsq̃ q in suis ꝑtibus: id ẽ in suis fortunis taꝫ timi
dus fuerit: ꝑtimescat? ꝓfectus ẽ tñ aliqñ ĩ Hispa
niam: sed tuto ut ait: ꝑuenire nõ potuit. Quonã
modo igiř Dolobella ꝑuenit? aut nõ suscipiẽda
fuit ista causa Antoni: aut cũ suscepisses: defen
dẽda usqꝫ ad extremũ. Ter depugnauit cæsar cũ
ciuibus ĩ Thessalia: Africa: Hispáia. Oĩbꝰ affuit
his pugnis Dolobella. In hispaniensi & uulnus

gaui: cũ Tri. pl. eẽm: rogãdo tuli: leges in populo libero ut Romę quõdã in iussu populi
latę: ratę nõ erãt: & quoniã rogari hoc ẽ interrogari populus solebat: rogatiões dicebãř.
Acteius Capito legẽ diffiniuit generale iussũ populi aut plebis rogante magistratu. Ius
postulabas: nũc Cicero qđ ius erat & ęquum petebas Antoni. Pręclara illa tabula: in q̃
bona quę tua eẽ asseuerabas & diuẽdebas descripta erãt: & sic inqt deridẽdo. Pręter ꝑtẽ
miseni: prędia ad Misenũ: quod
dictũ ẽ: obtinebat Antonius cũ
sociis. Auctionareř: uẽderet.
nã bona põpeii a Cęsare empta
nõ ꝑsoluto ꝓcio rursus uẽdere
coactꝰ ẽ Antonius. Auctio uen
ditio quędã ẽ in loco celebri:
hinc auctionari publice: & sub
hasta alioꝝ bona uẽdere. Defer
re ꝓciũ in auctiõe licitari ẽ: qui
uero defert: licitator dicitur. &
quoniã in hꝰmõi uẽditiõe aliꝰ
alio maiꝰ ꝓciũ polliceř: auctio
ñoiař. Maculosa: uaria: ut ĩ au
leis uidemꝰ maculas & colorũ
uarietates. Virg. aut maculosę
tegminę lyncis: aut fœdata. nã
fuoꝝ & ĩpurissimorũ lectos ea
sterni & ornari passus erat An
tonĩꝰ. L. Rubrii: cuiꝰ. dolo &
callide hęreditatẽ: qđ prius di
ctũ ẽ: ĩuasit Antõiꝰ: q̃re ueri hę
redes fieri hãc auctionẽ ꝓhibe
bant decretũ cęsaris ĩterponen
tes: qđ. s. ipsis si q̃ eẽnt Antonii
bona deberẽtur: a quo Rubrii
hęreditate eẽnt priuati. Hęre
bat: dubitabat incertus animi.
Nebulo: Pompeius Fe. nebu
lo inqt ẽ q nõ pluris ẽ q̃ nebu
la: aut q ñ facile ꝑspici põt q̃lis
sit: neq̃ & nugator: scio aliter &
Dõatũ & Mãcellũ dicere. Sica:
sicarios ꝑ abusionẽ uocatmꝰ q
cędẽ telo quocũqꝫ ꝯmiserint: iqt
Fab. Tã bonꝰ gladiator: uęluti
gladiatõ q cęsarẽ quocũqꝫ ibat
comitabař: & ad id allusit ꝙ in
ciues rõanos Antonĩꝰ sępe gla
dios strinxerat. Rudẽ: uacati
onẽ & cessatiõeꝫ ab arte gladia
toria: nã rudis fœminino gene
re uirga ẽ qua donati gladiatores emeriti erañt: & cogi ad certamẽ & pugnã amplius nõ
poterãt. Iuuenalis: Hic Sergius olim Accepta rude cępisset uegento uideri. Hic Horatius
de se ꝑ similitudinẽ ait: Spectatũ satis & donatũ iã rude quęris Mœcenas iteꝝ antiquo me
ĩcludere ludo. Et Oui. Me quoqꝫ donari iã rude tꝑs erat. Aliqñ: sero. L Vt ait: pręte
dit. n. hanc cãm ignauię. Ista cã: Cęsaris. Ter: in Thessalia cũ põpeio: in Africa cũ Sci
pione & Iuba: in Hispania cũ Põpeii liberis. In hispaniẽsi: quę ad Cordubã & Mundam



UVA. BHSC. IyR_187

pugnata eſt. Tanto Cęſaris ꝑiculo ut deſpatis rebus:etiam de cõſciſcenda ſibi morte cogi
tauerit:graue tũc Dolobella uulnus accepit. Si de meo iudicio quęris affuiſſe omnibus
pugnis Dolobellã. Principia ſępe poſſunt repręhendi:& tamen conſtantia ac perſeueran
tia laudatur:id quod in te deſideratur Antoni. Tu uero quis es:ſi de te inqt quęramus
qualis es. Cn. Pompei liberi:Cn.& Sextus. Hęc:patria. nam utriq; partium pompe-
ianis & Cęſarianis communis
erat patria:ac ſi diceret: nõ qd'
cum aliis cõmune illis erat re-
petebant tantũ ſed priuata etiã
quę tenebas tu. Deos pena-
tes patrios qui fuerint dii pena
tes & Macrobius & Dionyſius
inueſtigãt. Focos: ubi ſacra
fiunt. Larem ſuum familiarẽ
quẽ ſingulę uenerabantur fa-
milię:& cui ad focum rem diui
nam faciebãt. Plautus in aulu-
laria. Ego ſum lar familiaris:q
ſint lares docet Ouidius in fa-
ſtis. Hi:Pompeii liberi. Ta
men erat ęquiſſimum:putaba-
tur non iniquum pro reb⁹ pu
gnare quas iam tibi uendicaſ-
ſes ne eriperentur. Sectorẽ:
in auctione uendentem: quę a
Cęſare redemeras Pompeii bo
na. Qui uero Narbona re-
ditus:inhoneſtus ſcilicet: qua-
lem infra deſcribit. nam digre-
ditur interim Antonio reſpon-
dens: quęſierat enim cur tam
ſubito ex ipſo curſu:cum i grę
ciam nauigaret:rediiſſet:id qd'
in prima philippica dictum eſt
ſuum cum illius comparat ha-
bitu:quo in reditu uterq; uſus
eſt dicens: Cũ nũciatum romę
eſſet:Cęſarem ex Hiſpania ui-
ctorem aduentare:ciuitatis pri
mores fere omnes obuiam ꝑdi
ere: Cũq; Antonius etiam q̃ lõ
giſſime proceſſiſſet: & exortus
rumor eſſet Cęſarem occiſũ eẽ
hoſteſq; in Italiam properare:
ilico in urbem Antonius redi-
iit:famuli ueſte indutus:noctu domum uenit:& ſeſe Fuluię uxori talem exhibuit:qualem
Cicero per notationem deſcribit. Non tenebris:ut tu Narbona rediiſti. Cum calce-
is & toga:qui ciuilis habit⁹ eſt. Caligis:quę ſunt militares & caſtrenſes unde. C. cęſar
Caligulę cognomẽ traxit:qa puul⁹ manipulario habitu inter milites educat⁹ eſt:quod ait
Tranql. unde caligati armati ea ꝑte corꝑis quę tibialibus muniſ. Nec lacerna:quę & ipa
militaris ẽ ueſtis:minor capitio:ut ait Feſtus qd' ſic diciſ quoniã pectus capit & iduſium
opit id qd' itra oẽs ueſtes corpi adhęret. Var auctor. Quicqd itra capitiũ & togã hoc eſt
ueſtẽ exteriorẽ ſumebãt:fere ſubuculã dixere. Ne tu mecũ:certe aut ualde. Ex oĩuз:ea

accepit. Si de meo iudicio quæris:nollem. ſed ta
men conſilium a principio repræhendẽdũ: lau-
danda cõſtantia. Tu uero quis es? Cn. Pompeii
liberi primũ patriaз repetebant. Eſto fuerit par
tium hæc cauſa cõmunis:repetebant. Præterea
deos penates patrios:aras:focos:larem ſuum fa-
miliarem:in quæ tu inuaſeras. Hæc cum peterẽt
armis hi quoꝝ erant legibus:& ſi in rebus iniqſ-
ſimis quid poteſt eſſe æqui? Tamen erat æquiſſi
mũ cõtra Cn. Pompeii liberos Cn. Pompeii pu-
gnare ſectorem. An tu Narbonæ ĩ menſas hoſpi
tum cum uomeres Dolobella pro te ĩ Hiſpania
dimicaret? Qui uero Narbona reditus? & tamẽ
quærebat:cur ego ex ipſo curſu tam ſubito re-
uertiſſem: Expoſui nuper. P.C. cauſaз reditus
mei. Volui etiam ſi poſſem ante Kl. Ianñ. prodeſ
ſe reipub. Naз quod quærebas:quo modo rediſ
ſem? primum luce: non tenebris. Deinde cum
calceis & toga:nullis nec caligis nec lacerna. At
etiam aſpicis me & quidem ut uideris iratus ne
tu mecum iam in gratiaз redeas:ſi ſcias:q̃ me pu
deat nequitiæ tuæ cuius teipſum non pudet. Ex
omnium omnibus flagitiis nullum turpius ui
di: nullum audiui:q̃ ꝙ qui magiſter equitũ fu
iſſe tibi uiderere:in proximum annum conſula-
tum peteres:uel potius rogares? idqз per muni-
cipia:coloniaſqз Galliæ:a qua cum conſulatus
noſter petebatur:non rogabatur. Petere conſu-
latum ſolebamus:cum caligis & lacerna cucur-

UVA. BHSC. IyR_187

riſti. At uidete leuitatē. Cũ hora diei fere. x. ad
ſaxa rubra uẽiſſet: delituit ĩ quadã Cauponula
: atq; ibi ſe occultãs ꝑpotauit ad ueſpũ: ĩde Caſ
ſia celeriter ad urbẽ aduect⁹ domũ uenit capite ĩ
uoluto. Ianitor tu! a Marco tabellari⁹ ꝯfeſtiʒ ad
eã cui⁹ cã uenerat: deducit: eiq; epiſtolaʒ tradidit
q̃ cũ illa legeret flẽs: erat. n. amatorie ſcripta. ca
put aũt litteraꝝ: ſibi cũ illa mima poſt hac nihil
futuꝝ: oẽm ſe amorẽ abieciſſe illinc: atq; ĩ hanc
tranſfudiſſe. Cũ mulier fleret uberius: hõ miſe
ricos ferre nõ potuit: caput apuit: ĩ collũ euaſit
O hoĩem neq̃: qd enĩ aliud dicaʒ magis ꝓprie: ni/
hil aliud poſſũ dicere! Ergo te ut catamitũ neq;
oppiato cũ oñdiſſes præter ſpeʒ mulier aſpiceret
Iccirco urbẽ terrore nocturno: Italiam multoꝝ
dieꝝ metu ꝑturbaſti! Et domi quidem cauſam
amoris habuit! foris & turpiorem. Ne. L. Plan/
cus prædes tuos uenderet ꝓductus in contione a
Tr. pl. cum reſpondiſſes te rei tuæ cauſa ueniſſe
populum in te dicacem etiam reddidiſti. Sed ni/
mis multa de nugis: ad maiora ueniam⁹. Cæſari
ex hiſpania redeunti obuiam lõgiſſime ꝓceſſiſti

gratia in Galliam profectus erat Antonius cum aduentare ceſar nunciaretur: ut conſula
tum ab eo fauore municipiorum & coloniarum gallię rogaret: erat enim initurus quartũ
conſulatum Cęſar: & dignum ſe conſulatu iudicabat Antonius: q magiſter equitum exti/
tiſſet. Municipia uero & Colonię ius habebant ciuitatis romanę: & dandi ſuffragii comiti
is conſularibus. Ad quę caligatus & lacernatus cucurrerat Antonius: rogaturus ut ꝓ ſe
ad Cęſarem intercederẽt: quod
uehemẽter repręhẽdit Ci. nam
neq; ſic eundũ fuerat: neq; ro/
gandus conſulatus: ſed peten/
dus: & olim inqt cuʒ petebatur
conſulat⁹ per ꝗ uirtutẽ & bonas
artes: non autem unus cęſar ro
gabatur: petere ſolebamus con
ſulatũ: quaſi tũc cũ rogauit An
tonius: ideo non peteretur: qđ
unus rogandus eſſet: Antoniuʒ
Iulius in q̃rto de quo diximus
conſulatu: collegam ſibi aſſum
pſit. Fere decima: circa meri
diem. nam diei initium romani
a media nocte eſt: ut A. gelius &
Macrobius docent. Meridie ci
bũ ſumebãt hora decima. Mar
tialis. Hora libellorum decima
eſt⁹ eupheme meorum Tempat
ambroſias cuʒ tua cura dapes.
Ad ſaxa rubra: Locus in uia
caſſia inter urbẽ & ueios: quoꝝ
Liui⁹ meminit li. ii. ab ur. cõdi.
dicens ita fuſi retro ad ſaxa ru/
bra ubi caſtra habebant: Illic
perierunt fabii illi trecẽti. Caſ/
ſia uero uia erat quę ĩ Liguriã
ꝑ Thuſciã ducebat a. L. Caſſio
Longino ſtrata. qui Trib. ple.
C. Mario & C. Flacco conſulibus plures leges ad minuendã nobilitatis potentiam tulit
conſul. poſtea a Tigurinis gallis in finibus allobrogum cum exercitu cęſus eſt. Deli
tuit: ut cognoſceret re uera tantiſper, quid in urbe ageretur. nũciatũ. n. fuerat: cęſarẽ inter
fectũ: ut uelle uidet Ci. quò ſe cõponeret: et ueluti tabellari⁹ ab Antonio miſſus uxori ſe
exhiberet. Ianitor qs tu? ſcilicet inqt. A marco. ſ. Antõio. Ad eã: fuluiã. Caput auteʒ
lraꝝ: initiũ lraꝝ hoc ꝯtiebat. Illinc a mima uolũnia. Hanc: fuluiã. Neq̃: q ne tãti qđẽ ẽ:
q̃ qđ hẽt minimi: q̃ſi neqcq̃. Vt catamitũ: mollẽ & effœminatũ. Catamitũ inqt Pomp.
Fe. ꝓ Ganymede dixerũt: q fuit Iouis ꝯcubin⁹: & nos ſic uocam⁹ ſcorta maſcula. Terro
re nocturno: Rumor. n. falſus de Cęſaris cęde exort⁹ erat: & Antoni⁹ noctu urbẽ ĩgreſſus
trepidationẽ auxerat. Multoꝝ dieꝝ metu: creditũ. n. ẽ cęſarẽ occiſũ: qđ Antõi⁹ ex medio
itinere retro erat ꝯuerſus. Domi: ap̃ uxorẽ. L. Planc⁹. C. Munatii Planci frater: & Cice/
roni amiciſſim⁹. Prędes tuos: cũ. L. Planc⁹ Tr. pl. qa multa Antoni⁹ debebat populo ꝓ
repu. ab eo empta: & ſoluẽdi tps erat trãſactũ: prędes hoc ẽ res ꝓ Antonio in ſpõſiõe obli
gatas: uẽdituꝝ ſe minaret: ꝓduct⁹ in contionẽ Antoni⁹: iõ ſe inqt rediiſſe ut rem ſuã ageret
iuehi ĩ eũ ilico cœpit popul⁹: qppe q nouerat alia cã rediiſſe: rumore illo đ Cęſaris cęde
exorto. Pręs aũt ẽ q populo ſe obligat: iterrogaturq; a magiſtratu: ſi pręs ſit: ille reſpon/
det pręs. Feſtus & Varro idẽ. Prędes aũt hic accipias nõ ſpõſores: ſed rẽ ſponſione a pręs
dibus obligatam. Dicacẽ: ꝯuiciãtẽ. dicax. n. mordax ẽ. Cęſari ex hiſpãia redeũti: quo



UVA. BHSC. IyR_187

tempore omnes ciuitatis primores obuiam Cęſari prodiere:& Antonius quã longiſſime ſed celeriter & iuit & rediit:exorto quod prius dictum eſt de Cęſare iterfecto rumore. Rurſus inde proceſſit obuiam:tanti a Cęſare factus:ut in eodem curru ueheretur. Strennuum:diligentem:& rei gerendę auidum. Rurſus neſcio:quo modo.inſenſus enim prius ei uiſus fuerat Cęſar. Habebat:erat hac natura: & moribus. Quem plane perditũ:ſciebat enim nihil non auſurũ eum qui ęre alieno eſſet oppreſſus. Cupiũt nanq; hui⁹modi homines res nouas ſemper. His rebus:ironicos ꝗ perditus &egens. Cũ ipſo:Cęſare Nihil quęro: ac ſi dicat nihil dico. Impulſus: a Cęſare ad petendũ conſulatum. Ille Cęſar. Interuertit:fraude abſtulit:& per tranſlationem locut⁹ eſt:naꝫ interuertere eſt rem cõmodatam aut depoſitã aut creditam callide doloq; ne domino reſtituatur efficere. Aſcripſiſti:addidiſti. In iſtum:Antonium. Hic:Antonius. Cũ primum: hoc in prima philippica dictum eſt: Cęſarem quartum conſulem cuꝫ Antonio: ſe magiſtratu abdicare conſtituiſſe & ſuũ in locum Dolobellam inuito Antonio cui erat inimicus ſrenũciari cõſulem iuſſiſſe: Antonium uero augurem obiecisse auguria. Tũc in Antoniuꝫ eſt inuectus Dolobella acerbiſſime:nec pauciora ab eo audiuit. Senatus autem re infecta eſt dimiſſus: occiſo poſtea Cęſare inſignia conſulatus Dolobella ſuo iure accepit:& ſe conſulem geſſit. Antõius uero collegam ſibi eſſe depoſitis inimicitiis paſſus eſt. Proficiſceretur:in Parthos Getaſq; contra quos expeditionem apparabat Getis ut inſultantibus:Parthis ut Craſſi ulciſceretur iniuriam: illaturus bellum. Inſtructo iam exercitu ſex & decem legionum peditum: equitum decem milium: & ionium tranſmittere iuſſo:quod ſcribit Appianus. Quem negant regem:ſcilicet Cęſarem: & tamen re uera rex erat cum faceret ſemper pro iure ſuo omnia & diceret. Eo ſacerdotio: auguratu. Comitia:Dolobellę creandi conſulis. Auſpiciis:iure auſpiciorum per Fuſiam & Heliam leges: quas Fuſius & Helius tribuni tulere:ne agi cum populo liceret: niſi de cęlo prius ſeruatum eſſet: hoc eſt niſi captatis prius auſpiciis. Agere uero cum populo eſt rogare populum ut ſuis ſuffragiis iubeat aliquid: aut uetet: Quod ſi aues nõ admittebant obnunciabant augures:hoc eſt non eſſe agendum quippiam ſignificabant. Et ſicut interceſſio tribunorum eſt: hoc eſt impedimentum rei agendę:quod a Tribuno magiſtratui affertur: ita obnunciatio augurum. Vel impedire:antequam haberentur. Vel uitiare:poſtquam habita ſint uitio factum conſulem oſtendere:quod ſeruatum de

Celeriter iſti & rediſti ut cognoſceret te ſi min⁹ fortem:attamen ſtrennuum:factus ei rurſus neſcio quomodo familiaris:habebat hoc omnino Cæſar:quem plane perditũ ære alieno egentẽq; ſi eundem nequam hominem audacemq; cognouerat:hunc in familiaritatem libentiſſime recipiebat. His igitur rebus præclare commendatus iuſſus eſt renũciari Conſul & quidem cuꝫ ipſo nihil quæro de Dolobella:qui tum ẽ impulſus: eluſus:induct⁹:Quanta ĩ re:quanta fuerit utriuſq; ueſtrum perfidia in Dolobellam quis ignorat? Illa induxit ut peteret:ꝓmiſſum & receptũ interuertit:ad ſeq; tranſtulit. Tu eius perfidiæ uoluntatem tuam aſcripſiſti. Veniũt Kl:Ianu. cogimur in ſenatũ ĩuectus eſt copioſius multo in iſtum:& paratius Dolobella q̃ nũc ego. Hic autem iratus quæ dixit dii boni. Cum primum Cæſar oſtendiſſet ſæpius q̃ ꝓficiſceretur Dolobellam conſulem eſſe iuſſuꝝ:quem negant regẽ qui et faceret ſemper eiuſmodi aliqd & diceret. Sed cum Cæſar ita dixiſſet tum hic bon⁹ augur eo ſe ſacerdotio præditum eſſe dixit: ut comitia auſpiciis uel impedire uel uitiare poſſet:idq; ſe facturꝫ eſſe aſſeuerauit. In quo primũ ĩcredibilẽ

UVA. BHSC. IyR_187

ſtupiditatem hominis cognoſcite: etenim iſtuc quid re ſacerdotii iure facere poſſe dixiſti: ſi augur non eſſes:& conſul eſſes: minus facere potuiſſes? Vide etiam ne facilius. nos enim nũciationem ſolum habemus? Conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. Eſto hoc imperite. Nec enim ab homine nũq̃ ſobrio poſtulanda prudentia. Sed uidete impudentiam multis ante menſibus in Senatu: dixiſſe Dolobellæ comitia: aut prohibiturũ auſpiciis: aut id facturũ eſſe q̃d fecit. Quiſq̃ ne diuina re poteſt quid uitii in auſpiciis futurũ ſit: niſi qui de cælo ſeruare conſtituit? quod neq; licet comitiis per leges: & ſi q̃s ſeruauit non habitis comitiis: ſed priuſq̃ habeantur debet nunciare: uerũ implicata inſcitia impudentia eſt ſi neſcit quod augure; nec facit q̃d pudentem decet. Atq; illo die recordamini eius uſq; ad idus martias conſulatum. Quis unq̃ apparitor tam humilis tam abiectus? nihil ipſe poterat: omnia rogabat: caput in aduerſa; lecticam inferens beneficia quæ uẽderet a collega petebat Ecce Dolobellæ comitiorũ dies ſortitio prærogatiuæ: q̃eſcit: renũciat: tacet prima claſſis uoca

cęlo non ſit & aut tonuerit: aut pluerit. Stupiditatem: inſenbilitate; qui nihil ſentit omnino. Minus facere potuiſſes: ac ſi dicat multo plus impedire conſul comitia potuiſſeſ Vide ne facilius: hoc eſt multo facere potuiſſes facilius. Nos: augures. Nunciationem: ut mox docebit. Etiam inſpectionem: ius inſpiciendi & pręſentiam exhibendi auſpiciis. Nunquam ſobrio: ſic diſtinguendum. Impudentiam: temeritatem. Eſt autem impudentia huiuſmodi dixiſſe i ſenatu multis menſibus ante ſe Dolobellę aut prohibiturum comitia auſpiciis: aut impediturum: id quod fecit. Quiſquã ne: impediri comitia: antequam auſpicia capiantur: nõ poſſũt: quoniam quid uitii in auſpiciis futurum ſit: diuinari non põt: nec niſi uitium acciderit: prohiberi ipſa poſſunt comitia. De cœlo ſeruare: auſpicia cœlum obſeruando captare. Quod neq; licet comitiis per leges: heliam & Fuſiam: comitiis ſeruare de cœlo non licebat: donec ſcilicet cum populo agebatur: ante fieri id conueniebat. Non habitis: non completis comitiis. Nunciare: quid acciderit: aut pluiſſe: aut tonuiſſe. Nam ioue tonante agere cũ populo non licebat: niſi id p ſudũ hoc eſt ſeréo cœlo fieret. Hinc ait Virgilius: Lętum ſignificãs augurium cœli de parte ſerena Intonuit Lęuũ. Verum implicat: ipſe declarat quonia; de auſpiciis loquens ritum ignorat auſpiciorum: nec ſcit prohiberi per augurem comitia non poſſe: cuius tantũ nunciare ſit aut pluiſſe aut tonuiſſe: & uitio creatum oſtendere: ſi aut tale aliquid acciderit: aut ſeruatum de cœlo priuſ q̃ comitia haberentur non fuerit. Impudentia uero in eo eſt: ꝙ ea impediturum minabatur: quę impedire niſi cauſa adeſſet: non poterat: & ſic de futuris: ac ſi explorata ea haberet loquebatur. Apparitor: miniſter. apparere pręſto eſſe magiſtratui & regi: ſignificat ad quãdam dignitaté ac uerã oſtentationé. Virgi. Hę Iouis ad ſoliũ: ſęuiq; ad limina regis Apparent. Rogabat: Cęſarem. In aduerſa; lecticam: Cęſaris qua ille uehebatur. Inferens: immittens dum illi ſupplicat. Beneficia: gratias: ut uulgus dicit. A collega: Cęſare. Ecce Dolobellę: cum abdicare ſe magiſtratu Cęſar uellet: & Dolobellam cõſulem renũciari iuſſiſſet. Sortitio prętogatiuę: creandis conſulibus comititia habebantur cẽturiata: populus in claſſes erat diuiſus. Claſſes uero in cẽturias: q̃ p mgr̃atũ ad dãda ſuffragia conuocabantur: Prętogatiua uero ſuffragiorum erat cum tribus aut centurię obtinębãt ſed ſorte: ut primę ſuffragiũ ferrent. Nam quod ex Liuio & aliis ſcriptoribus licet cognoſcere: nomina tribuũ in urnã conii ciebãt: & cuius nomé eductũ prius fuiſſet: illa ꝓgatiuã hẽbat: hoc é pri⁹ de cãdidatis iudiciũ ferebat: & ſuã apiebat ſniã: & aut dignos mgr̃ãtu qué petebãt aut idignos renũciabat

UVA. BHSC. IyR_187

Eratq; ueluti ſcrutiniū quoddam:cęterę fere ſemper ſequebantur. Pręrogatiua enim qđ ex Pędiano licet colligere:duo ſignificat:& cum quiſpiã qui benefacturus nobis ē adhuc integro beneficio aut dicto:aut facto aliquid pręſignificat:de ſua in nos uolūtate & ſtudio & ſunt tribuū pręrogatiue:quę primę ſuffragiū ferunt:ante iure uocatas:mos enī fuerat quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur:bina de iiſdem cādidatis comitia fieri:quorum tribus primę pręrogatiuę dicebant: quos uellent magiſtratuſ fieri. Secundę iure uocatę ꝙ in his ſequente populo: ut ſępe contigit: pręrogatiuarum uoluntatē iure omnia complerentur. Ergo pręibant iudicio & ſententia quę per ſortem habuerant pręrogatiuam: ſequebāt̃ reliquę: & fere ſemp ille obtinebat magiſtratum in quem tribus primę pręrogatiuę īclinaſſent. Quieſcit: Antonius. Renunciatur: Dolobella a centuriis: quę primam nactę erant pręrogatiuā. Tacet: Antonius. Prima claſſis: Centurię primę claſſis iure uocatę: poſt uoluntatē & iudiciū

tur:renunciatur. Deinde ut aſſolet ſuffragia: Tum ſecunda claſſis uocatur quæ omnia citiuſ ſunt facta:q̄ dixi. Confecto negocio bonꝰ augur Læliū diceres:alio die inquit. O impudentiam ſingularē:quid uideras! quid ſenſeras! quid audieras! Nec enī te de cælo ſeruaſſe dixiſti! neq; hodie dicis. Id igitur obuēit uitiū:quod tu iam Kl. Iañ. futurꝝ eē præuideras! & tanto añ prædixeraſ. Ergo magna hercule:ut ſpero:tua potiuſ q̄ reip. calamitate emētitus es:auſpicia obſtrinxiſti. P. R. religione! augur auguri: conſul conſuli nūciaſti. Nolo plura:ne acta Dolobellæ uidear cōuellere quæ neceſſe ē aliquando ad noſtꝝ

tribuū hn̄tiū ꝓgatiuā:in claſſes populū diuiſit Ser. Tullius:qđ tradit Liuius li. prīo ab urbe condita. Suffragia omnium centuriaꝝ ut fieri ſolet creandis conſulibus. Cōfecto negocio:cum renūciatus conſul eſſet ſuffragio omniū Dolobella. Bonus augur:ironice Lęlium diceres:eam pręſe ferens grauitatem:qua Lęlium quondam fuiſſe legimꝰ:alio inquit die:hoc eſt non licet hodie conſulem renunciare Dolobellam & uitio electus ē:nec conſentiunt auſpicia. Lęlii duo fuere illuſtres eodem. C. pronomine:alter Scipionis ſuperioris:alter poſterioris amicus:ſed is in primis eloquens fuit:& ſapientis adeptus nomē: de quo plura Cicero de claris oratoribus ad Brutum. libro de amicitia:ſic ad eum Fannia gener loquitur. Vnum te ſapientem & appellant & exiſtimant. Et paulo poſt: Te aūt alio quodammodo non ſolum natura & moribus:uerum etiam ſtudio & doctrina eſſe ſapientem. Quid uideras:pręperes aues aut oſcines. Quid ſenſeras:ut pluuias. Quid audieras:ut tonitrua. Nec enim:nihil profecto aut uideras: aut ſenſeras: aut audiueras. Nec de cęlo ſeruaſſe dixiſti:ſed tantum non hoc die. Neq; hodie dicis:te de cęlo ſeruaſſe cum quippiam fieri prohibes:ſed tantum pro iure tuo:& inſolenter ac impotēter loqueris dicens non hodie. Id igitur obuenit uitium:Cęſar quod ſępe diximus quartum conſul creatus:Antonium ſibi collegam aſſumpſit. Statuerat autem cōſulatum ſimul atq; iniſſet deponere: ita ut in ſuum locum Dolobella ſubrogaretur:eumq; renunciari a claſſibus & centuriis conſulem calendis ipſis ianuarii iuſſit:Antoniū obiecit auguria. Inuectꝰ aūt in Dolobellā:dixit nō poſſe illū ſine magna reip. calāitate neglecta religiōe auſpicioꝝ ꝯſulē fieri:euenit inqt Ci. uitiū qđ tu ꝓuidiſti. ſed illa a te ꝓdcā calamitas ī te potiꝰ q̄ ī rēp. futura ē. Spo:credo. Emētita auſpicia:q̄ emētitꝰ tu es nulla. n. erāt q̄ dolobellę cōitia īpedirēt. Populū:ferētē ſuffragia creādo ꝯſule Dolobella. Obſtrixiſti:alligaſti & īpediſti. Auguri:cęſari:q & ipſe augur erat. Nūciaſti:obieciſti auguria & īterceſſiſti. Ne acta dolobellę uidear ꝯuellere:tāq̄ irrita eē dicere:quoniā tu uitio creatū nūciaſti. Ad noſtꝝ collegiū:ut decernat fuerit ne uitio creatꝰ:an ꝯtra:& ſint ne eiꝰ acta ſtabilia & rata. nā poſtq̄ animaduerſum fuerit etiam finito magiſtratu quempiam:ut apud Liuium & alios hiſtoricos legimꝰ:uitio fuiſſe creatū:& contra auſpicia:acta eius oīa irrita hēbant̃ & reſcindebāt̃ Neq; enī uerus magiſtratꝰ fuerat: nō rite creatꝰ. Neq; cōſtituere ea poterat quę ad eiuſmōi magiſtratus ius & ꝑtātē ſpectabāt. Quā diu tu uoles:uiuo cęſare Dolobellā ꝯſulē fieri

UVA. BHSC. IyR_187

paſſus non eſt:eo mortuo collegam ſibi eẽ ultro uoluit : id quod i pria philippica ẽ dictũ Sed ſi nihil ẽ:cauſa enim aliqua adiicienda fuerat. Confitere te ꝛc.ideo dixiſſe:nõ hoc die:quoniã ſobrïꝰ tũc nõ eſſes:& in aliũ differri diẽ uelles quo ſobrius eſſes. Augur:ego A Collega:te.erant eni in eodẽ augurꝝ collegio Antonius & Cicero. Pulcherrimã : ironice:ac ſi dicat flagitioſiſſimã. Ad lupercalia:De origine:appellatione:ac curſu lupcorũ:multa Plutarchus in Romuli uita:multa item Ouidius faſtorum libro ſecũdo. Hiſtoria uero hoc habet.Cęſar triũphali amictus ueſte Lupercaliorum die pro roſtris ſedẽs currentes ſpectabat. Erant autem adoleſcentes nobiles nudi atq; uncti:loris albis obuios cędentes:inter quos Antonius & conſul & lupercus. Is propius ad Cęſarem accedens: diadema capiti eius ĩpoſuit: qḋ detorquẽs caput ſemel ille & ſecundo reiecit:non ſine maxima totius romani populi lęticia & plauſu : quippe qui regium nomen & habitum ferre nõ poterat. Cũq; ideꝫ diadema Cęſaris ſtatuę impoſuiſſet Antonius:Cęſitius & meryllus tribuni ple.abſtulere:ſuntq; a populo collaudati. A Cęſare uero ob id duntaxat non multo poſt magiſtratu priuati : quę cauſa Bruto & Caſſio:cęteriſq; coniuratis maturandi de Cęſaris nece conſilium extitit:auctor Plutarchus Hoc Antonii factum:Cicero inſectatur acerbiſſime. Sudat : quod accidit his:quibus id obiicitur crimen:quod & graue ẽ & diſſimulari non poteſt.Iuuenalis.Rubet auditor cui frigida mens eſt Criminibus: tacita ſudant pręcordia culpa. & ſudat quidem uerecũdia & pallet repręhenſiõis timore. Ariſtoteles:cur & pudore erubeſcimus:& timore palleſcimus quęrit in problematis: utrunq; eodem:pro uario animi affectu fere contingit tempore. Ne nauſeam faciat:ne euomat quod facere ſolent hi quibus ſentinę nauis fetor ſtomachum mouit. Iuuenalis. Illa maritum nauſeat:inde nautea herba granis nigris qua Coriarii utuntur.T.in.S.mutato :ut Feſto placet. In porticu Numicia:quam Numicus extruxit:in quam uiri principes conuenire nonnunquam ſolebant.Illic aliquando Antonius nauſeam fecit. Rhetoris : Sexti Clodii. Collega tuus:Iulius. Coronatus:laurea.Aliud enim corona:aliud diadema. Corona datur priuatis:Diadema uero eſt inſigne regium:Faſcia quę circumligatur coronę:aut capiti regio Διαδέω circũligo eſt. Vt te eẽ conſulẽ:nã qḋ lupcũ decebat hoc ẽ nudũ & currentẽ:ꝯſulem non decebat. Collegã:quẽ parẽ haberes:q̃rebas hrẽ ſupiorẽ.

cõuellere quæ neceſſe ẽ aliq̃ñ ad noſtrꝝ collegiuꝫ deferantur.Sed arrogantiam hominis inſolentiamq; cognoſcite: q̃diu tu uoles uitioſꝰ ꝯſul Dolobella.Rurſus cũ uoles:ſaluis auſpiciis creatꝰ Sed ſi nihil eſt:cum augur his uerbis nunciatꝭ quibus nunciaſti.Confitere te cum alio die dixeris ſobrium non fuiſſe.Sin eſt aliqua uis ĩ iſtis uerbis ea quæ ſit.Augur a Collega requiro. Sꝫ ne forte multis rebus geſtis.M.Antõii rẽ unã pulcherrimam tranſiliat oratio:ad Lupercalia ueniamus:non diſſimulat.P.C.apparet eſſe commotum:ſudat:pallet:quidlibet:modo ne nauſeam faciat:quod in porticu Numicia fecit : quæ poteſt eſſe turpitudinis tanta defenſio? Cupio audire ut uideam ubi Rhetoris tanta merces : ubi campus Leontinus appareat. Sedebat in roſtris Collega tuus amictus toga purpurea: ĩ ſella aurea coronatus:aſcendis:accedis ad ſellaꝫ:ita eras Lupercuſ:ut te eſſe cõſulem meminiſſe deberes. Diadema oſtendis:gemitus toto foro: unde diadema.Non enim abiectum ſuſtuleras:ſed attuleras domo meditatum & cogitatum ſcelus.Tu diadema imponebas cũ plangore populi:ille cũ plauſu reiiciebat.Tu ergo unꝰ ſcelerate ĩuẽtus es:qui cũ auctor regni inuentus eſſes: eum quẽ collegam regni habebas:dominũ habere uelles:

UVA. BHSC. IyR_187

Temptares:experireris neq;
enim populus id pati poterat.
Ad pedes:Cęſaris. Tibi uni
peteres:ac ſi dicat tolerabile id
fuiſſe:ſi tibi uni petiiſſes ſuire.
Hęc cruentat oratio: ſtimu/
los habet & pungit ipſa. Infa
ſtis:in quibus feſtoꝝ dieru; ac
totius anni ſit deſcriptio. De
die:in luce uerſari. In diem:
pręſentis diei habere rationem
de craſtino nihil cogitare: qđ
corruptiſſimi & imprudentiſſi/
mi faciūt. Quę tu quę tum:
ſic legendū. Ne ideo: de his
omnibus nota hiſtoria. Quid
egiſſes:nam contra te dicturus
Cęſar erat. Paratū:ad reſpō
dendū mihi:quem audieras cō
tra te dictuꝝ:& ementita a te au
ſpicia: quibus tamen parendu;
a nobis fuerat:uellemus: nolle
mus. Incidi:nolēs & pręter
conſiliū. Quę tua fuga:nam
occiſo Cęſare abiectis conſula/
tus inſignibus & mutata ueſte:
delituit Antonius ac mox ꝑdiit
cū nihil hoſtile fieri audiſſet:
& ſeſe in Capitoliū recepiſſe cō
iuratos: ad quos filiū ꝓ obſide
miſit ut deſcenderēt hortatus:
quę prius ſunt a nobis dicta.
Eoꝝ:cōiuratoꝝ.ſed i primis
Bruti:q Antoniū occidi uetuit.

& idem temptares:qđ.P.R.ferre & pati poſſet.
At & miſericordiam captabas. Supplex te ad pe
des abiiciebas:qd petens? ut ſuires:tibi uni pete/
res:q ita a puero uixeras ut oīa paterer ut facile
ſuires.a nobis.P.q;.R.mandatū id certe nō ha/
bebas.O præclaram illam eloquentiam tua; cū
es nudus cōcionatꝰ? qd hoc turpius? qd fœdius?
qd ſuppliciis oībus dignius? Nū expectas dū te
ſtimulis fodiam.Hæc te ſi ullam ptē habes ſen/
ſus:lacerat:hæc cruētat oro. Vereor ne īminuā
uiroꝝ ſūmoꝝ gloriam:dicam tñ dolore cōmo/
tus. Quid indigniꝰ q̄ uiuere eū q īpoſuerit dia/
dema:cū oēs fateanť iure interfectū eſſe q abiece
rit.at & inſcribi iuſſit in faſtis ad lupcalia.C.cæ
ſari dictatori ꝑpetuo.M.antoniū cōſule; popu
li iuſſu regnū detuliſſe: Cæſarem uti noluiſſe.
Iam iam mīme miror te ociū ꝑturbare:non mo
do urbem odiſſe:ſed & lucem cū ꝑditiſſimis la/
trōibus nō ſolū de die ſ; & i diē uiuere. Vbi enī
tu in pace cōſiſtes? q locus tibi in legibus & iudi
ciiſ eſſe pōt:quæ tu quæ tū domīatu regio ſuſtu
liſti?Ne iō ne.L.Tarquinius regno exactus.Sp.
Caſſius.Sp.melius.M.Manlius necati? ut mul
tis poſt ſæculis a.M.antonio qđ fas non eſt:rex
Romæ cōſtitueref.S; ad auſpicia redeamus:đ q
bus rebus idibꝰ martiis fuit ī ſenatu Cæſar actu
rus.Quæro tū tu qd egiſſes? audiebam qdem te
ꝑatū ueniſſe:ꝙ me de mentitis auſpiciis qbus tñ
parere neceſſe erat:putares eſſe dictuꝝ. Suſtulit
illū diem fortuna po.ro. Tū & tuū de auſpiciis
iudiciū interitus Cæſaris ſuſtulit. Sed incidi in
id tempus:qđ his de rebus in quas ingreſſa erat
oro.Prætereūdū nō ſit quæ tua fuga? quæ for/
mido illa die? quæ pp conſcīam ſceleꝝ deſpera/
tio uitæ? Cum ex illa fuga beneficio eoru; qui
te:ſi ſanus eſſes:ſaluum eſſe uoluerunt. Cla; te
domum recepiſti? O mea ſemper fruſtra ueriſ/
ſima auguria rerum futurarum.Dicebam illis
ī capitolio liberatoribus nřis cu; me ad te ire uel
lēt:ut ad defendēdā.R.P.te adhortarer: quo ad
metueres:oīa te ꝑmiſſuꝝ:ſimul ac tiere deſiiſſes
ſimilē te futuꝝ tui.Itaq; cū cæteri ꝯſulars irent

UVA. BHSC. IyR_187

Similē tui:ad naturā & mores reditꝝ. In ędē telluris:ubi habitus eſt ſeñatus de prę
ſenti reꝝ ſtatu: ac repub.cōponenda. Actū:pręſentibus interfectoribus:qui miſſis i capi/
toliū obſidibus deſcēderāt. Subito:qa rēpu.& libertatē defendebat Cicero. Quod tibi
iuideris:fuiſſes.n.in repu.cū oiū grā princeps:niſi ad tyrannidē animū ꝯieciſſes: & ſem/
piternā laudē tibi uendicaſſes. Mentē:ꝯſiliū:& uolūtatē.

& redirēt:in ſnīa manſi:neq; te illo die neq; po/
ſtero uidi:neq; ulla; ſocietatē optimis ciuibꝰ cū
īportuniſſimo hoſte fœderē ullo cōfirmari poſſe
credidi.Poſt tertiū diē ueni ī ædē telluris: eqdē
īuitꝰ:cū oēs aditꝰ armati obſiderent:Qui tibi il/
le dies.M.Antoni fuit? q̄q̄ mihi ſubito inimicꝰ
extitiſti:tū me tui miſeret:qđ tibi īuideris. q tu
uir dii īmortales & q̄tus fuiſſes? ſi illiꝰ diei mētē
ſuare potuiſſes Pacē hērēmꝰ:quæ erat facta ꝑ ob
ſidē pueꝝ nobilē.M.Antōii filiū.M.Bambalio
nis nepotē:q̄q̄ te bonū timor faciebat:nō diutur
ni magiſter officii:īprobū fecit ea quæ dū timor
abeſt:a te non diſceſſit audacia.& ſi tū cum opti
mū te putabant:me diſſentiente funeri tyranni
illius ſceleratiſſime præfuiſti.Tua illa pulchra
laudatio:tua miſeratio: tua cohortatio.Tu tu
illas faces incendiſti:& eas qbus ſemiuſtu; latuſ
illiꝰ ē:& eas qbus īcenſa.L.Bellīēi domus defla/
grauit.Tu illos īpetus ꝑditoꝝ hominum: & ex
maxima parte ſeruorū: quos nos ui manuq; re/
pulimus:in nr̄as domus īmiſiſti.Ide; tn̄ fuligi/
ne abſterſa reliquis diebus in capitolio præclara
S.C.feciſti:ne qua poſt iduſ martias īmunitatis
tabula ne ue cuiuſq̄ bn̄ficii figeretur.meminiſti
īpſe de exulibꝰ:ſcis de īmunitate qd dixeris.opti
mū uero ꝙ dictaturæ nomē īꝑpetuū đ.R.P.ſu
ſtuliſti: quo qdē facto tantu; te cæpiſſe odium
regni uidebatur:ut eius omnem propter proxi
ximum dictatorem tolleres metum. Conſtitu/
ta.R.P.uidebatur aliis:mihi uero nullo modo
qui omnia:te gubernante: naufragia metueba;.
Nū me igitur fefellit?aut nū diutius potuit ſui
eē diſſimilis? Inſpectantibus uobis toto Capito
lio tabulæ figebanť:neq; ſolum ſingulis uenie/

Per obſidē pueꝝ nobilē:per fi
liū.M.Antōii: & ſi Lepidi quo
ꝗ filiū in Capitoliū ꝑ obſide
miſſū legimꝰ.& nobilē inquit
Cicero ironice: ſeqtur.n.Bāba
lionis nepotemꝰ. Nō diuturni
magr̄ officii:qa timor facit nos
ī̄nl officio eē: ſed nō diuturno.
Dū timor abē:quę ſemper co
mes ē:niſi cū times. Tua illa
pulchra laudatio:ironice:qua;
in Cęſaris funere hūit Antōiꝰ:
qualis aūt fuerit apđ Appianū
icet cognoſcere:cū cęſarē lau
daſſet Antonius:eiuſque indi/
gnam mortem deploraſſ;:acer
be ī interfectores inuectus.Stu
diū uero populi in celebrando
funere laudaſſet:ac iuſiurandū
recitaſſet:quo Cęſari fidelitatē
erāt polliciti uehemēter circū/
fuſam multitudine; cōmouere
uiſus ē.Cū aūt imaginē cęſaris
quę machina quadā circūage/
bať:ex cera facta:ad caput iacē
tis poſita: & uulnera illa qbꝰ ē
ꝯfoſſus ꝑ ſe ferēs: qdā ſubſtu/
liſſet:ſeſe ꝯtiere uulgꝰ ulteriꝰ nō
ualuit:Cadauer in rogū cremā
dū ꝯiecit:ad īterfectoꝝ ędes cu
currit:Cinnā quēdā tribunum
nōis ſimilitudine deceptum: &
Cinnā illū eē ratū:q ꝑtor in oc
ciſū cęſarē fuerat inuectꝰ:truci
dauit.Domū.L.bellīēi ſenatoriſ
ꝯbuſſit:a Dolobella altero ꝯſu
le ęgre repulſa:fugere ex urbe
ꝑcuſſores ac in ꝓuicias pleriꝗ
abiere:a Cęſare uiuo decretas.
Illa miſ̄atio:cū ueſtē a pectorē
diſcidit:& ī lachrymas ꝯuerſus
cęſaris corpꝰ nudū ꝓtulit:& eiꝰ
uulneribꝰ ꝑſciſſam ac ſanguie
fœdatā ueſtē. Semiuſtū latus:
accēſa Antonii orōne & actiōe
diſcurrere cępit ad ꝑcuſſorum
domos multitudo ſic ut ſēiuſtū
cadauer relinqueretur. Fuligine abſterſa:qua denigratus fueras in cęſaris cremādo ca/
dauere ut dolorem tuū populo īdicares. Pręclara.ſ.ꝯſulta feciſti:hęc oīa ſūt prius dicta

UVA. BHSC. IyR_187

Veniebant:uendebantur. Si hęc manent:ac ſi diceret:ſi durant diutius quę facit Antonius. Domeſticis nũdinis:mercatu ac foro quod domi agit:in quo oĩa uẽdit. Vbi eſt: hanc pecuniã intercepat Antonius:ut ẽ iam dictũ. Funeſtę:ex bonis interfectoꝝ & proſcriptoꝝ redactę. A tributis:quę uiritim pendim⁹. Vindicare:ut ĩmunes a tributis eſſemus. Nõ inſciẽte te:ac ſi diceret tẽ cõſcio:& uolẽte. Sed unũ egregiũ: Deiotarus Tetrarcha gallogręcię:& paphlagõię: ſẽatui po.q́ʒ ro.aĩcisſim⁹: & rex a Cicerõe ſenatuſ populiq́ʒ ro.noĩe adiecta Armenia appellat⁹:in ꝑtibus fuit põpeiãis cũ auxiliis in Pharſaliã uenit. Victo poſtea põpeio:Cęſari ſatiſfecit:equites quos impauit & pecuniã miſit:diuertentẽ apud ſe in Luceio caſtello:cũ aduerſus pharnacẽ ꝓficiſcereť:hoſpitio ſuſcepit:rurſũq́ʒ poſtulataʒ pecuniã Cęſari nũerauit. Accuſat⁹ deinde ẽ a Philippo quodã medico ſuo ſuo: Caſtore nepote ſubornãte:& alioꝝ criminũ: & ꝙ diuertentẽ apud ſe Cęſarẽ occidere cogitauerat:Cicero ꝑ̃clara illa oratione:quę ẽ in manibus defendit. Cęſar indignatus Deiotaꝝ ad ueterem tetrarchiam redegit:adempta media: & q̃buſdã gręcis q̇ comitati in bellis eũ fuerant tradita:ac iteʒ Armenia ablata:quã ſenat⁹ cõceſſerat. Cęſare mortuo q̇cq̇d ereptũ fuerat ilico recepit. Sed Antonius cum legatis eius qui Romę erant: inſcio tamen rege & Regis hoſpitibus: quorũ unus erat Cicero diſſuadentibus:pactus eſt ſi certam pecuniã accipet a Deiotaro:edictum ſe ꝓlatuꝝ:quo adẽpta ex Cęſaris uolũtate reſtitueręť. Inſectať hoc:& irridet Cicero. Et meditere inq̇t Antõi de Syngrapha/ hoc eſt de cautione:per tuam & contrahentium tecum legatorum ſcripturã facta. nã quę amiſerat Deiotarus ea recepit:& ſine ullis Cęſaris commentariis tenet: & iure quidem tenet:quod oſtendit Cicero. Propoſito:in pariete ut ab omnibus legi poſſet. Huic ordini:ſenatorio. Maſſilienſib⁹:quos uehementiſſime odit Cęſar ꝙ in partibus ſenatus:& Pompeii fuiſſent:ꝙ obſidionem:& extrema omnia paſſi eſſent:id quod & Lucanus ſcribit: & in C ęſaris legitur commentariis. Hinc poſtea triumphans Cęſar portari in triumphi pompa etiam Maſſiliam uoluit:& ſi minus licebat ꝙ Sotia ſemper fuerat populi Romani:hinc illa Ciceronis in officiorum libris lamentatio. Itaque uexatis & perditis exteris nationibus ad exemplum amiſſi ĩpii portari in triũpho Maſſiliam uidimus:& ex ea urbe triũphari: ſine q̃ nũq̃ noſtri ĩpatores ex trãſalpinis bellis triũpharũt. plura de maſſilia q̇ narbonẽſis ꝓuicię metropolis quõdã fuit ꝯmẽtario q̃rto Stra. ſcribit. Tetrarchiã:gens q̇

bant ĩmunitates? ſed etiaʒ populis uniũerſis. Ciuitas non tũ ſigillatim:ſed prouinciis totis dabatur. Itaq́ʒ ſi hæc manẽt:quæ ſtante. R.P. manere nõ poſſunt: ꝓuĩcias uniuerſas. P.C. ꝑdidiſtis Neq́ʒ uectigalia ſolũ:ſed & imperiũ po.ro:Huius domeſticis nũdinis dĩminutũ eſt. Vbi eſt ſepties milies ſeſtertiũ:quod in tabulis quæ ſunt ad ædẽ Opis patebat? funeſtæ quidẽ illi⁹ pecũiæ: Sed tamen ſi his quoꝝ erat nõ reddeť:quæ noſ a tributis poſſet uindicare. Tu aũt ſeſtertiũ quadrageties quod idibus Martiis debuiſti: quonam modo ante Klendas. Aprilis debere deſiiſti? Quid ego de commentariis infinitis: Quid de innumerabilibus chirographis loquar? ſunt ea q̇dẽ ĩnũerabilia:quæ a diuerſis emebanť nõ inſciente te. Sed unũ ægregiũ de rege Deiotaro. P.R amiciſſimo decretũ in Capitolio fixũ:quo ꝓpoſito nemo erat q̇ in ipſo dolore riſũ poſſʒ cõtinere. Quis.n.cuiq̃ inimicitior q̃ Deiotaro Cæſar? æque atq́ʒ huic ordini ut equeſtri:ut maſſilienſibus ut omnibus q̇bus. R.P. populi Romani charaʒ eſſe ſentiebat. Igitur a quo uiuo nec præſens nec abſens quicq̃ æqui bõi ue ĩpetrauit:apď mortuum factus eſt gratus:compulerat hoſpitem: præſens computarat:pecuniam imparat. Mediæ tetrarchiam ex græcis comitibus ſuis collocarat Armeniam abſtulerat a ſenatu dataʒ. Hæc uiu⁹

unius eſſet linguę diuiſa olim in partis quattuor in totidem ſciſſa dicebatur Tetrachias quarum ſingulę ſuum habebant Tetrarcham & iudicem & ephorum Tetrarchę ipi ſub-iectos. auctor Strabo. Hęc uiuus eripuit: ſi uiuus eripuit: nunquam reddidit mortuus.
Quibus uerbis: frequens erat in decreto: quod Antonius fixerat ex cõmentariis: ut di-cebat Cęſaris: ęquũ ẽ reſtitui Deiotaro Armeniã: nõ iniquũ Medię tetrarchiã reddi: & ſi-milia: quam uerboꝝ cõplexio-nẽ hoc ẽ iplicationẽ deridet Cicero.

eripuit: reddidit mortuus. At qb⁹ uerbis? modo æquũ ſibi uideri: mõ nõ iiquũ: mira uerboꝝ cõplexio. At ille nũq̃ ſp. n. abſenti affui deiotaro: qcq̃ ſibi qđ nos ꝓ illo poſtularemus æquũ dixit uideri ſyngrapha ſeſtertii cẽties ꝑ legatos uiros bonos: ſed timidos & imperitos ſine ſua: ſine reliquoꝝ hoſpitũ regis ſnĩa facta in gynæceo: quo ĩ loco plurime res ueniere & ueneũt: q̃ ex ſyngrapha qd ſit actur⁹ meditere cẽſeo. Rex. n. ipſe ſua ſpõte nulliſ ꝯmẽtariiſ cæſaris ſimul atq; audiuit ei⁹ ĩteritũ ſuas ſuo marte res recuꝑauit. Sciebat hõ ſapiẽs ius ſuꝑ hoc fuiſſe: ut quæ tyranni eri-puiſſent ea tyrannis ĩterfectis: hi qb⁹ erepta eẽnt recuꝑarẽt. Nemo igiꝰ iure conſultus ꝑ quẽ hæc agis ex iſta ſyngrapha deberi dicit pro his rebus quæ erant añ ſyngrapha; recuꝑatæ: Non. n. a te emit: ſ; priuſ q̃ tu ſuũ ſibi uẽderes: ipſe poſſedit Ille uir fuit: nos qdẽ cõtẽnendi q auctorẽ odim⁹ acta defendim⁹. Quid ergo de cõmẽtariis ĩfinitiſ Quid de ĩnumerabilibus chirographis loquar? quoꝝ & imitatores ſũt: qui ea tanq̃ gladiatoꝝ libellos palam ueñditẽt. Itaq; tãti acerui nũmoꝝ apud iſtũ cõſtruũꝰ: ut iam appẽdanꝰ: nõ numerenꝰ pecũiæ. Atq̃ cæca auaritia ẽ? nuꝑ fixa tabula ẽ q̃ ciuitates locupletiſſimæ Cretẽſiũ uectiga lib⁹ liberanꝰ: ſtatuitq; ne poſt. M. Brutũ ꝓcõſulẽ ſit Creta ꝓuĩcia. Tu mentis es cõpos? tu non

Affui: ſemper defendi. Aequũ dixit: quoniã & ſi defẽdebat crimẽ Deiotar⁹: depꝛcatione tñ utebaꝰ: & fateor: dicebat peccaſſe: nec ęquũ qcq̃ poſtu-lare a cęſare: & tñ ut ignoſcat poſtulo: & quę peto ꝓ ſua ſumma hũanitate ꝯcedat. Seſtertii cẽties: ſic pact⁹ cũ deiotari legatis fuerat Antoni⁹ ut cẽties daret ſeſtertiũ. Sua regis. Hoſpitũ: quos plures Romę hẽbat Cicero & P õpei⁹ hoſpites fuerꝰ Deiotari. In Gynęceo: loc⁹ domi ẽ ubi ſolę uerſanꝰ mulieres: ſicuti Andrõitiſ ubi uiri: γυνὴ mulier ẽ. Veniere: uẽditę ſũt: & quotidie uẽdũꝰ. Suo marte: ſua auctoritate & robore: in ꝓ-uerbio ẽ. Nemo iure cõſultus: nemo a te đ iure ĩterrogat⁹ duę hic ꝑtes iure cõſult⁹. Ne iſte q dẽ. Sex. clodiũ ut opĩor ĩtelligit dictorẽ cui⁹ ꝯſilio hęc faciebat Auctorẽ: cęſarẽ. Quoꝝ imitatores: nõnulli ex Antonii ſe-ctatorib⁹ chirographa ab eo ꝓpoſita i multoꝝ bñficiũ imita-banꝰ: nã & ipſi ſcribebãt: & uenalia ꝓponebãt i publico: ut q uellẽt hoc uel illud beneficiu; emerẽt. nõ aliter q̃ gladiatoꝝ libelli ꝓpõi ſolẽt in qb⁹ noĩa cõtinẽꝰ eoꝝ: & pãĩę atq; ętas: cui⁹ item ſint ut ſciãt qui emere aut conducere uolunt. nam ędiles & prętore ſ munus ędebant gladitorium. & ędilis Cęſar ludis & reliqua mũificentię adiecit gladitorium munus aliquanto paucioribus q̃; deſtinauerat paribus. nã cũ multiplici ũdiq; failia cõpata aduerſarios exterruiſſet: cautũ eſt de nũero gladiatoꝝ quo ne maiorẽ cuiquã romę hr̃e liceret: ut Trãql. ait. Vel libellos gla-diatoꝝ ꝯpoſitões. Ci i epiſtola ad Cęliũ Quid. n. me hoc tibi mãdaſſe exiſtias? ut gladia-toꝝ ꝯpoſitiões. Nã libell⁹ ẽt duoꝝ pluriũ ue ſignificat pactionẽ. Oui. Dũ loqꝰ tãgitq; magnũ: poſcitq; libellũ. Poſſum⁹ etiam eos accipere libellos in qbus pugnę gladiatoꝝ erãt deſcriptę: quibus legẽdis uulgus oblectabatur. Venales aũt ab his qui inde lucru; quęrebãt: circũferebanꝰ Appẽdãt: qđ fieri ſolet quotiẽs maxim⁹ nũer⁹ ẽ: ꝑſci cũ ſignata adhuc pecũia nõ eẽt: pẽdebãt ęs nõ nũerabãt: & hoc graue uocabaꝰ: ſicut qđ nũerabaꝰ ſi-gnatũ. uñ pẽdere tributa: & pẽdere pœnas. Poſt. M. Brutũ: q ꝓꝯſul Cretã obtiebat. Ne ꝓuĩcia: ut deſineret tributũ pẽdere: & libera eẽt: nec ãplius ꝓuincia: & uectigalis habereꝰ

UVA. BHSC. IyR_187

Conſtringendus:arguendus & cõuincendus hoc decreto quod tu dicis Cęſaris eſſe. dicebat enim Antonius Cęſarem hoc decreuiſſe:Et dic mihi inquit Antoni Creta nõ potuit liberari uiuo Cęſare? Si hęc Cęſaris uoluntas fuiſſet.Nam ad Brutum quidem tunc nihil pertinebat:cur ſtatim poſtq̃ illinc diſcederet Brutus: liberam eſſe uoluiſti? Certe apparet neqꝫ cogitaſſe:neqꝫ uoluiſſe hoc Cęſarem.Sed id agitur.P.C.ut hoc decreto Antonius a Cretenſibus ꝓ imunitate pecuniam accipiat:reſpublica Cretam prouinciam amittat

Oĩno:nihil qſq̃ uoluit emere:quod hic nõ fuerit paratus uendere. De exulibus: legeꝫ ꝓpoſuerat qua exulibꝰ ſub certa pecunię pactione reditus liber eſſet in patriam. Cicero nõ dolere ſe dicit quenq̃ reſtitui in patriam.Sed id ferre ꝑ moleſte & reprę hendere:quod idẽ pari cõditiõe oĩbus reditꝰ patet:cuꝫ diſpar cauſa exilii fuerit. Et inquinatos:confuſos cõmixtos ac ueluti fœdatos:tanq̃ par omniũ fuerit cauſa. Simili:ĩ qua reliq reſtituti. Loco patrui: C.Antonii qui fuit in partibus Põpeianis:& iccirco exul a Cęſare factus:de cuius reditu ferre diſtulit Antonius:cũ de aliis Cęſare occiſo: referret. Eundẽ reſtitutum poſtea Antonius ad Cenſurę petitionẽ ĩpulit:ſubornatis uiliſſimis & indigniſſimis quibuſdam:qui cõpetitores fierent:id quod & riſus hominuꝫ mouit:eiuſmodi perſonas cẽſurę candidatus fieri:& querelas ꝙ uirclariſſimus & ꝯſularis honeſtiſſimꝰ:ſic ludibrio eẽt Ant. & tñ hẽri ea comitia poſtea nõ ẽ paſſꝰ. Cõpaſti:ꝯſtituiſti dedita opa..Fulmẽ ſiniſtꝝ:fulmibꝰ qd aut faciẽdũ eẽt aut cauẽdũ:moueri ſe a Ioue putabãt hoĩes.Siniſtꝝ fulmẽ uitiũ erat comitiis.Cicero li.ii.de diuinatiõe.Comitioꝝ ſolũ uitiũ ẽ fulmẽ:qđ idẽ oĩbꝰ rebꝰ optimũ auſpiciũ hẽmus ſi ſiniſtꝝ fuerit. Cũ ſis religioſus:quoniã augur tu es & religioſus: tuos auſpiciis ſubeſſe nõ exiſtimas:& te ac tuos extra oĩa auſpicia poſitos eẽ tibi ꝑſuades: ironice aũt loqtur. In ſeptẽuiratu:petierat.C.Antonius ſeptẽuiratũ.M. Antonio ad petitionem ĩpellente:ab eodẽ repẽte deſtitutꝰ ẽ.Septẽuiri epulões dicebãt.Septẽ.n.erãt collegę ĩ hoc magĩratu qđ ad ſacra ꝑtinebat. Datũ aũt is ẽ nomẽ:quoniã ĩdicẽdi Ioui cęteriſqꝫ diis epulas ꝑtãtẽ hẽrent:auctor Põpeiꝰ feſtus.Eoꝝ filię a ueſtę ſacerdotio excuſationẽ merebãt: qđ.A.Geliꝰ tradit. Interuẽit:tanq̃ ad rẽ certã affuit. Cędo:id ne metuiſti ne non poſſes negare ſaluo capite.i.uiuꝰ:ac ſi diceret ne nõ poſſes negare qñ uelles.quõiã qñ uoluiſſes negare oĩno potuiſſes.uel ſaluo capite ſalua & ĩtegra fama.C.Antonii:quẽ iccirco adeſſe uoluiſti ut maiore afficeretur dedecore:cũ negare ſeptemuiratum ei integra poſſes fama.

Sororem:patruelem. Alia conditiõe:alia uxore Calphurnia. Probri: adulterii cũ

constringendus in Cæſaris decreto? Creta poſt M.Bruti deceſſum potuit liberari? Cuꝫ Creta nihil ad Brutum cæſare uiuo pertineret. At huius uenditione decreti:ne nihil actum putetis ꝓuinciam Cretam perdidiſtis:Omnino illius rei rei nemo fuit emptor:cui defuerit hic uẽditor: & de exulibus legem quam fixiſti Cæſar tulit? Nulliꝰ inſector calamitatem:tantũ quæror primũ eoꝝ reditus inqnatos quoꝝ cauſam diſſimilem Cæſar iudicauerit.Deinde neſcio cur reliqs idẽ non tribuas:neqꝫ enim plus q̃ tres aut quattuor reliqui ſũt:qui ſimili ĩ calamitate fuerũt: cur tua miſericordia ſimili nõ fruũtur? cur eoſ habes ĩ loco patrui? de quo ferre cũ de reliqs ferres noluiſti? Quẽ etiam ad cenſuram petẽdam ĩpuliſti:eamqꝫpetitionem comparaſti:quæ et riſus hominũ & querelas moueret. Cur auteꝫ ea comitia non habuiſti? An quia Tr.pl.fulmen ſiniſtꝝ nũciabat? Tua quid intereſt? nulla auſpicia tuoꝝ ſunt cum ſis religioſus.Quid eundem in ſeptẽuiratu nõne deſtituiſti? Interuenit enim Quid metuiſti? credo ne ſaluo capite negare nõ poſſes:omnibus eum contumeliis oneraſti:quẽ patris loco:ſi menti ulla pietas eſſet: colere debebas:filiam eius ſororem tuam eieciſti alia conditione quæſita: & ante ꝑſpecta. Non ẽ ſatis ꝓbri

UVA. BHSC. IyR_187

īſimulaſti pudiciſſimaꝫ fœminaꝫ. Quid ē quod addi poſſit? contentus eo nō fuiſti frequētiſſimo ſenatu Kl. ian. ſedente patruo hanc tibi eſſe cum Dolobella odii cauſam auſus es dicer̃ q̄ ab eo ſorori & uxori tuæ ſtuprum oblatum eſſe cōperiſſes. Quis interpretari poteſt? impudētior ne qui in ſenatu: an improbior qui in Dolobellam: an ī purior qui patre audiente: an crudelior qui in illam miſeram tam ſpurce: tam impie dixeris. Sꝫ ad chirographa redeam⁹ quæ fuit tua cognitio. acta enim cæſaris pacis cauſa cōfirmata ſunt a ſenatu quæ quidem cæſar egiſſet: non ea quæ ceſarem egiſſe dixiſſet Antonius unde iſta erūpunt? quo auctore ꝓferūtur? ſi ſūt falſa cur approbantur: ſi uera: cur ueneūt? at ſi placuerat ut ex Kl. iuniis de Cæſaris actis cum conſilio cognoſceretis: quod fuit cōſilium? quem unq̄ aduocaſti? q̄s Kl. iunias expectaſti? An eas ad quas te ꝑagratis ueteranorum coloniis ſtipatum armis retuliſti? O præclaram illam percurſationem tuaꝫ menſe aprili atqꝫ maio tum cum capuam deducere conatus es: quemadmodum illam adieris: uel potius pene non adieris ſcimus. Scimus enim cui tu urbi minitaris. utinaꝫ coner̃ aut aliquando illud pene tollatur. Ad quam nobilis eſt tua illa ꝑegrinatio? Quid prandiorum apparatus? Quid furioſam uinolentiam tuam proferam. Tua iſta detrimenta ſunt? illa noſtra: agrum campanum qui cum de uectigalibus eximebatur ut militibus daretur: tamen infligi magnum. R.P. uulnus putabamus. hunc tu compranſoribus tuis & colluſoribus diuidebas. mimos dico & mimas in agro P.C. Campano collocatos. Quid iam quærar de agro Leontino? quando quidem hæ quondaꝫ arationes Campani & Leontini in .P.R. primonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. Medico iii. milia iugerum quaſi te ſanum feciſſet. Rhetori duo quaſi diſertū facere potuiſſet. Sed ad iter italiamqꝫ redeamus. Deduxiſti Coloniam Caſilinum: quo Cæſar ante deduxerat. Conſuluiſti me per litteras de Capua: tu quidem ſed idem de Caſilino reſpōdiſſeꝫ: poſſes n: ubi colonia eſſet:

Dolobella. Inſimulaſti: accuſaſti. Tua cognitio: quę tu ſolus notaſti & nouiſti. Pacis cauſa: id quod in prima philippica eſt dictum. Si ſūt falſa: diadema. Cum conſilio: aliis adhibitis. Percurſationē: cū mortuo Cęſare ueteranoꝝ colonias luſtraſti: ut eorū ſtudia tibi conciliares id quod feciſſet Antonius: niſi Octauius impediſſet. Capuam deducere: ſcilicet Coloniam: uoluit illuc coloniam deducere ſed campani ꝓhibuere: & paꝝ abfuit quin occideretur: nō ergo adiit: ſed pene adiit: hoc eſt paꝝ abfuit q̄n adiret. Vel capua deducere: uetenros. ſ. & ſecū ducere. Illud pene: ut adeas & pereas nō pene adeas. Simile ē illud Proptii: Quod quęris quare non habet ullus amans. Cui urbi: quali: & q̄ cōtra te iratę Capuę Tua iſta: ac ſi diceret in te ipſum hęc admittis: & dedec⁹ priuatum tuū. Qui cum de uectigalibus: ſemper enim publicus fuit & uectigal populo romano pependit. Glandiferę: ipſe interpretatur & fructuoſę ſubiūgens. Caſſilinū: campanię oppidum ad flumen uulturnum ſitum: in quo pręneſtini milites quingenti &.xl. & una nōnulli peruſini ſic obſtinare Annibalis obſidionem pertulere: ut fame uexati lora ac pelles ſcutis detractas: & mures item eſſent: nucibus quoqꝫ a romaniſ ꝑ uulturnū amneꝫ miſſis uixere. auctor Liuius libro. xxiii ab urbe condita. Cōſuluiſti me de Capua &c. poſſes ne Capuam coloniam deducere: ego inquit idem reſpondi: quod de Caſſilino reſponderam. De Capua negaui poſſe illuc Coloniam nouam deduci: quo auſpicato & rite deducta antea eſſet: & incolumiſ maneret: dixiſſeꝫ q̄d de Caſſilino dixeram addi nouos colonos ueterib⁹ extinctis



UVA. BHSC. IyR_187

poſſe:hoc enim ſignificat aſcribi aliis addi & adiungi. Vt uexillum uideres:ideo nouaʒ
coloniam Caſſilinum deduxiſti:ut inter ueteres & nouos colonos ortis diſcordiis & belliſ
ciuitas uaſtaretur & deſolaretur:uel potius ut tu hoſtiliter inuaderes oppidum & euerte/
res:ſicuti aratro condentes urbes priſci deſignabant. unde ait Virgilius. Interea Aeneas
urbem deſignat aratro. Sic delentes ubi muri fuerant aratrū circūducebant:auctores Por
phirio & Acron. Horatiꝰ libro
primo carminū: Irę altis urbi/
buſ ultimę ſtetere cauſę cur pe
rirent funditus: Imprimeretq;
muris hoſtile aratrum exercitꝰ
inſolens. Pene perſtrinxiſti:
quia parum abfuit quin Capu
am ipſam euerteret:eius īminu
to territorio: quod eſt circūie/
ctus urbi cuipiam ager. Per
turbaturum:cum ſpręta auſpi
ciorum religione illuc nouam
duceres coloniaʒ:quo antea au
ſpicato ducta eſt. M. Varro/
nis:qui fuit togatorum littera
tiſſimus: & quo nemo unq̃ do/
ctior:nec apud gręcos quidem
fuit:ut ait Lactantius. Decē an/
te Ciceronem annis natus eſt:
cui ſcriptos de latina lingua de
dicauit libros: in partibus fuit
Pompeianis:eo mortuo Antōi
us fundum eius Caſſinatem oc
cupauit:ueniſſe ſibi a Cęſar̄ di
cens:quod factum negat Cice
ro. Et ſi ab haſta: eſto inquit
tabulę emptionis ſub haſta fa/
ctę ualeant nūc:hoc eſt uim &
robur obtineant: quia re uera
non obtinent:& tabulę inquaʒ
non tuę:& a te factę: ſed Cęſa/
ris:& tabulę illę Cęſaris in q/
bus debitor tu apparebas:non
hę quas tu cōmentus es:& fal/
ſo Cęſaris eſſe aſſeris:quibuſ te
liberaſti:& alienum ęs diſſolui
ſti. Varronis tamen Caſſinateʒ
fundum ueniſſe ſub haſta a Cę
ſare nemo dicit. Nullius: q̃
Varronis ſcilicet. Rem ullā
eſſe detractam:ſcilicet dicis:
Quid:ſcilicet dices. naʒ ſcri
pſit ad te cęſar ut redderes Caſ
ſinatem fundum:quem interce
peras. Dominꝰ:Varro. Ab
hora tertia:ſtatim poſt mediam
noctem. Quā diſpari domi/
no:Cicero libro primo dꝰ offi.

eo coloniam nouaʒ iure deducere? Negaui in eaʒ
coloniam quæ eſſet auſpicato deducta dum eſſet
incolumis coloniam nouaʒ iure deduci:colonos
nouos aſcribi poſſe:reſcripſi. Tu autem inſolen
tia elatus omni auſpicioꝝ iur̄ turbato Caſilinū
coloniam deduxiſti: quo erat paucis annis ante
deducta: Vt uexillū uideres & aratꝝ circundu/
ceres. cuius quidem uomere portam Capuæ pe/
ne perſtrinxiſti: Vt florentis coloniæ territoriuʒ
minueretur. Ab hac religionuʒ pturbatione. Ad
uolas in. M. Varrōis ſanctiſſimi? atq; ītegerrimi
uiri fundum Caſſinatem. Quo iure? quo ore? eo/
dem inquies quo in hæreduʒ. L. Rubrii: quo in
hæredum. L. Turſecii prædia: quo in reliquas ī
numerabiles poſſeſſiōes. & ſi ab haſta ualeant ta/
bulæ modo: Cæſaris non tuæ: quibus debuiſti:
nō quibus tu te liberauiſti. Varronis quidē Caſ
ſinatem fundum quis ueniſſe dicit? Quis haſtam
iſtius uenditionis uidit? quis uoceʒ præconis au
diuit? Miſiſſe te dicis Alexandriam qui emeret a
Cæſare. ipſum. n. expectare magnū fuit. quis ue
ro audiuit unquaʒ:nullius autē ſalus curæ plu/
ribus fuit: De fortunis Varronis rē ullaʒ eſſe de/
tractam? Quod ſi etiaʒ ſcripſit ad te Cæſar ut red
deres. Quid ſatis poteſt dici de tanta impudētia?
Remoue gladios illos parumper: quos uidemꝰ:
Iam intelliges aliam cauſam eſſe haſtæ Cæſaris:
aliam confidentiæ & temeritatis tuæ. Non enim
te dominus modo illis ſedibus: ſed quiuis ami/
cus uicinus hoſpes procurator arcebit. At quaʒ
multos dies in ea uilla turpiſſime es perbaccha
tus? Ab hora tertia bibebatur: ludebatur: uome/
baſ. O tecta ipſa miſera q̃ diſpari domino: quan/
quam quomodo iſte dominus? ſed tamen q̃ a di/
ſpari tenebantur. Studiorum enim ſuorum. M.
Varro uoluit eſſe illud non libidinum diuerſo/
riuʒ. Quæ in illa uilla ante dicebantur? Quæ co/

UVA. BHSC. IyR_187

odioſum inquit eſt: cum a prȩtereuntibus dicitur O domus antiqua heu q̄ diſpari domino dominaris: quod his temporibus in multis licet dicere. Inquilino: dominꝰ in ſuo habitat: inquilinus in alieno priuato: & proprie in conducto: ſiue in urbe ſiue ruri. Saluſtiuſ tamen. M. Tullium Romȩ inquilinum dixit. Cum meritoriis: non liberis ſcilicet maſculis ſcortis: nam illa tempeſtate pueros non liberos mangones: aut uendebant: aut commodare etiam precio abutēdos ſolebant: ſiue etiam ipſi pueri per miſſu dominorum: ſiue ſuo iure proſtabant: meritorii uocabātur. Scorta: meretrices. nō autem ſicut dicimus meritoriū puerum: ſic meritoriam puellā ſed meretricem. Interamne: ab interamne: quod eſt campaniȩ oppidum: non procul ab Aquino: ſic dictum ꝙ inter duos amnes iacet in unuꝫ confluentes Melpim & Lirim: auctor Strabo. Obſolebant: turpia & fœda erant: obſoleo iquinor eſt: ex obſ et oleo: eſt & obſolere deficere. Cicero hoc uero a pleriſqꝫ eorum deſertum obſoleuiſſe. Vnde obſoleti ſqualidi & ſordidi. Horatius: Caret obſoleti ſordibꝰ tecti. Stulte aquinates: ſcilicet egere: qui obuiaꝫ proceſſere. Anagnini: iſignis in Cāpania: olim urbs fuit Anagnia: qđ ait Strabo: de qua Maro: Quos diues Anagnia paſcit. Deuii: extra uiā. Sidicini: ciuitas oſcorum in Campania Theanum eſt: Sidicinum uocatum auctor Strabo. Puteolos: in campania maritimū oppidū eſt puteoli cumanoꝝ oliꝫ emporiū: in ſupcilio quodā cōſtructū: dicearchia prius uocatū: Romani frequentes Annibale italiā bello uexāte habitauere: & a puteoꝝ frequētia puteolos appellauere. Sūt q ab aqꝝ putore quȩ ſulphuratȩ & maleolentes per totū illū & baiarū & cumaꝝ ſūt tractū dictos malint. Vt baſilū: fuit hic in ptibꝰ Cȩſariāis: & poſtea Antonianis: cuius & Lucanus meminit. Dum tu abes: aberat Antonius ut Colonias circuiret ueteranorum: & eos ſibi conciliaret: quod eſt prius dictum. Collegȩ tui: Dolobellȩ. Metum & arma: hoc ē territū a te Dolobellam mutaſſe uolūtatem. De cœlo: de ſūma laude

gitabantur? Quæ litteris mandabantur. Iura. P. R. monuméta maiorum. omnis ſapientiæ ratio: omniſqꝫ doctrina. At enim te inquilino: non eiꝫ domino perſonabant omnia uocibus ebrioꝝ: natabant pauimenta uino: madebant parietes. Ingenui pueri cum meritoriis: ſcorta inter matreſfamilias uerſabantur. Caſſilino ſalutatum ueniebant: A qno: Iteramne: admiſſus eſt nemo. iure id quidem. in homine enim turpiſſimo obſolebant dignitatis inſignia. Cum inde Romam proficiſcens ad Aquinum accederet obuiam ei proceſſit: ut eſt frequens municipium: magna ſane multitudo. At iſte operta lectica latꝰ eſt per oppidum ut mortuus. Stulte Aquinates: ſed tamē in uia habitabant. quid Anagnini? qui cuꝫ eſſent deuii obuiam ei deſcenderunt: ut iſtum tanquaꝫ ſi eſſet Conſul ſalutarent? Incredibile dictu. Sed tum nimis inter omnes conſtabat neminem eſſe reſalutatum. Præſertim cuꝫ duos ſecum anagninos haberet Muſtelam & Leonem: quoruꝫ alter gladiatorum eſt princeps. alter poculoꝝ. Quid ego illas iſtius minas: contumeliaſqꝫ commemoreꝫ quibus inuectus eſt in Sidicinos? Vexauit Puteolanos: ꝙ. C. Caſſiuꝫ: ꝙ Brutos patronos adoptaſent. Magno quidem iudicio: ſtudio: beniuolentia: caritate: non ut te ut Baſilum ui & armiſ & alios ueſtri ſimiles: quos clientes nemo habere uelit non modo eſſe illorum cliens. Interea dū tu habes: qui dies ille Collegæ tui: Cū illud qđ tu uenerari ſolebas buſtum in foro euertit? Quare tibi nuntiata ut cōſtabat īter eos: qui una fuerunt: concidiſti. quid euenerit poſtea: neſcio. me tum credo ualuiſſe & arma. Collegam quidem de cœlo detraxiſti: effeciſtiqꝫ non tu quidaꝫ etiaꝫ



UVA. BHSC. IyR_187

qua in cœlum uſq; perueniebat. Erāt gladii:Cynnę:Syllę:& Cęſaris dominatu. Agmine quadrato:Helian⁹ quadratis aciebus Perſas & ſiculos uſos tradit:& maiorē fere grecorum partem:confiſos eas & poſſe componi facilius:& equitādi ſocietatem:expeditiōiſq; uſum ſeruare multis in rebus prętantius. Onoſander qui ad Anaſtaſiū Cęſarem pulcherrima de re militari ſcripſit commentaria contractione quadratoq; agmine mouere exercitū q̃ alio modo ſatius & tutius putat. Lecticas:quibus geſtabatur Antonius cū ſui ſimilib⁹

Leges Cęſaris:de quibus dictum philippica prima. Annoꝝ numeruꝫ: ut prętorię pl⁹ q̃ annum:conſulares plus q̃ biennium tenerētur. Sine promulgatione:priuata auctoritate:re ad populum minime relata. Vt tolleret:latas illas a cęſare: promulgauit contrarias.

Teſtamentum:Cęſaris. Signa tabulas:ſigna ſtatuę ſūt & ſculptorū artificuꝫ. Tabulę uero picturę:& pictorum opera.

In uillā Scipionis: quę erat in Tiburtino. Is:Cęſar. Puluinar:hęc omnia tribuebātur deorum immortalium honori: puluinar:ſimulachrū:faſtigiū: puluinaria lecticę erant deoꝝ & lectuli qui in tēplis ſterni cō ſueuere: unde puluinaria feſta Horatius. Nūc ſaliaribus ornare puluinar deoꝝ. Faſtigiuꝫ: templum & altius ędificium.

Eſt flamen Cęſari Antoni⁹: cū ſtomacho inqt:quoniā eius imitabaſ tyrannidē:& uelut miniſter erat illi⁹ ꝯſuetudinis. Inaugurare:cur non per auguria cōſecraris:ſacerdotio p̃futur⁹. nā inaugurari hoc eſt augurio conſecrari ſacerdotes futuri ſolebant:& item loca quę numini dicabantur. Exaugurari uero contra cum extra ſacruꝫ & phanaticā cauſam ponebātur: & in profanū uſum reuocabantur. Sume diem: elige diem quo inaugureris. Vide qui te inauguret: quia ſcilicet nullus futurus eſt. Quęro deiceps: cum mortuo cęſari diuinos honores tribui uellet Antonius: tulerat ad populū: ut qnto die ludorum Romanorum Cęſari

nunc:ut ſit ſimilis tui:ſed certe ut diſſimilis eēt ſui. Qui uero reditus inde Romaꝫ! Quæ perturbatio totius Vrbis! memineramus Cīnam nimis potentem. Syllam poſtea dominantem. Cæſareꝫ regnantem uideramus. erant fortaſſe gladii. Sed tamen abſconditi nec ita multi. Iſta uero quæ & quanta barbaria eſt! Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites. Lecticas portari uidemus: atqꝫ his quidem iaꝫ inueteratis. P.C. conſuetudine obduruimus. Kl. Iun. cum in Senatum ut erat conſtitutum uenire uellemus:metu perterriti repente diffugimus. At iſte qui Senatu non egeret:neqꝫ deſiderauit quenq̃. & pocius dicessu noſtro lætatus eſt ſtatimqꝫ illa mirabilia faciora effecit. qui chirographa Cæſaris defendiſſet. Lucri ſui cauſa: is leges Cæſaris eaſqꝫ præclaras: Vt. R. P. concuteř poſſet euertit. Numerum annorum prouintiis prorogauit. Idēqꝫ cum actorum Cæſaris defenſor eſſe deberet:& in publicis & ī priuatis rebus acta Cæſaris reſcidit: In publicis actis nihil eſt lege grauius In priuatis firmiſſimum eſt teſtamentum. leges alias ſiñ promulgatione ſubſtulit. alias ut tolleret ꝓmulgauit Teſtamentum irritum fecit! Quod etiam infimis ciuibus ſemper obtentum eſt. ſigna tabulas quas populo Cæſar una cuꝫ ortis legauit eas hic partim in hortos Pompeii deportauit partim in uillam Scipionis. Et tu in Cæſaris memoria diligens! Tu illūm amas mortuum. Quem is maiorem honoreꝫ conſecutus erat. q̃ ut haberet puluinar:ſimulacrum:faſtigiū:flaminem. Eſt ergo flamen ut Ioui:ut Marti ut Quirino ſic diuo iulio. M. Antonius. Quid igitur ceſſas! Cur non inaugurare! ſume diem:uide qui te inauguret. Collegæ ſum⁹:nemo negabit. O deteſtabileꝫ hominē. ſiue ꝗ Tyranni ſacerdos es. ſiue ꝗ mortui. Quæro deinceps num hodiernus dies quis

UVA. BHSC. IyR_187

ſit: ignores? neſcis heri quartum in Circo diem
ludorum Romanoꝝ fuiſſe? te aūt ipſū ad popu
lum tuliſſe ut quintus præterea dies Cæſari tri/
bueretur? Cur non ſumus prætextati? Cur hono
rem Cæſaris tua lege datum deſeri patimur? An
ſupplicationes addendo dieꝫ contaminari paſſus
es. Puluīaria noluiſti? aut ūdiqꝫ religionē tolle:
aut uſquequaqꝫ cōſerua. Quæres placeat ne mi
hi puluinar eſſe: faſtigium: flaminem? Mihi ue/
ro nihil iſtorum placet. Sed tu qui acta Cæſaris
defendis quid potes dicere: cur alia defendas: alia
non cures? niſi forte uis fateri te omnia quæſtu
tuo: non illi⁹ dignitate: metiri. Quid ad hæc tan
dem? Expecto eloquentiam tuam: diſertiſſimum
cognoui Auum tuum: at te etiam apertiorem ī
dicendo. Ille nunq̄ contionatus eſt nudus: tuum
hominis ſimplicis pectus uidimus. Reſpondebis
ne ad hæc? aut omnino hiſcere audebis? & quid re
peries ex tam longa oratione cui te reſpondere cō
fidas? Sed præterita omittamus. hunc unum dieꝫ
hunc unum inquam hodiernum diem hoc pun
ctū temporis: quo loquor: defende ſi potes. Cur
armatorum corona Senatus ſeptus eſt? Cur me
tui ſatellites cum gladiis audiunt? cur ualuæ cō/
cordiæ non patent? cur homines omnium gentiū
maxime Barbaros Ithyreos cuꝫ ſagittis deducis
in forum? præſidii ſui cauſa ſe facere dicit. Nō ne
igitur milies perire eſt melius: q̄ ī ſua ciuitate ſi/
ne armatorum præſidio non poſſe uiuere? Sꝫ nul
lum eſt iſtuc: mihi crede: præſidium: Caritate &
beniuolentia ciuium ſeptum oportet eſſe: non ar
mis. Eripiet: extorquebit tibi iſta. P. R. utinam
ſaluis nobis. ſed quoquomodo nobiſcuꝫ egeris:
dum iſtis conſiliis uteris non potes eſſe: crede
mihi: diuturnus. Etenim iſta tua minime auara
coniunx quam ego ſine contumelia deſcribo ni/
mium debet diu. P. R. penſionem tertiam. habet
P. R. ad quos gubernacula. R. P. deferat: q ubi/
cunqꝫ terrarum ſunt: Ibi eſt omne. R. P. præſidi
um: uel potius ipſa. R. P. quæ ſe adhuc tantum
modo ulta eſt: nondum recuperauit. Habet qui
dē certe. R. P. adoleſcentes nobiliſſimos paratos

ſacrificaretur: idqꝫ ſcitū fuerat:
& tñ honorem Cęſari Antonii
lege conceſſum nō exequebāt:
ideoqꝫ Cicero: Cū ludi romani
celebrarentur: quo tēpore hāc
habebat orōeꝫ & Quintus eēt
eoꝝ dies: fortaſſe inqt ignoras
heri diem quartū fuiſſe: hodier
num quintū eſſe: hoc eſt diem
Cęſari lege tua deretū. Cur
non ſumus prętextati: ī prętex
ta ludos & ſacrificia celebraī/
bant. Ludi romani magniqꝫ ua
rie appellati annui fuere. Equi
pugileſqꝫ certabant a Tarqnio
Priſco iſtituti deſignato circo
qui poſtea maximus eſt dictus.
Fiebant hi ludi mēſe aprili: ini
tium erat ſexto idus. An ſup
plicationes: Cęſari parētalia &
ſupplicationes decreuerat An/
tonius: quibus poſtea diern ad
diderat in auſpicato: quare pia/
culū cōmiſſum erat: id qđ obii
cit Cicero. Puluinaria nolu
iſti: reſpuit cū ꝯcederet. Acta
Cęſaris: cū acta cuiuſpiam non
ſolū quę ille egerit: ſed quę ei⁹
honori tributa fuerint etiaꝫ in
telligamus. Apertiorem: pro/
pter id qđ nudato pectore con
cionatus eſt. Valuę Concor
dię: illic enim haberi ſenat⁹ ſo
lebat. Deſcribo: deſigno. Et
enim: duos prius hūerat mari/
tos Fuluia. P. Clodiū: &. C. Cu
rionem filiū: qđ anteꝯ diximus:
ambo pierāt: alter a Milone oc
ciſus: alter cū exercitu in Afri/
ca circūuentus: uterqꝫ reip. im
penſus: quoniam uterqꝫ hoſtis:
tertia penſio dicebatur. M. An
tonius ut periret. Habet po/
pu. Roma. Octauiū ſignificat



UVA. BHSC. IyR_187

Exemplũ facti requirunt:ut
quod egerũt ipſi: alii imitentur
& te occidant. Hi primi:Bru
tus & Caſſius. Confer: cõpa
ra. Cũ numatione: cũ copia
nũmoꝝ & lucro. Si ꝓpter ĩ
nocentiã:ſcilicet non metuis:ĩ
nocens enim iudicia nõ timet.
Niſi maioribus:quod nõ eſt
ĩta. Quid timendũ ſit:ut oc
cidat. Quid ẽ aũt multos ꝫc
acſi dicat piculoſiſſimũ eſt diu
a ſuis timeri. A quibus eſt in
terfectus: nam & Decimus Bru
tus & Caſſius.C.Treboni⁹ Tul
li⁹ciber cęſari fuere amiciſſimi
plurib⁹q; ab eo affecti bñficiis

defenſores : q̃ uolent illi cedant ocio conſulẽtes:
tamen a.R.P .reuocabunt. Et nomen pacis dul
ce eſt:& ipſa res ſalutaris.Sed inter pacẽ & ſerui
tutem plurimu; intereſt . Pax eſt tranqlla liber
tas:Seruitus poſtremũ maloꝝ omnium non mo
do bello:ſed morte etiam repellendũ.Quod ſi ſe
ipſos illi noſtri liberatores e cõſpectu noſtro ab
ſtulerũt:At exemplũ facti requirunt.Illi quod
nemo fecerat fecerunt: Tarquinium Brutus bel
lo eſt perſecutus:qui tamen Rex fuit eũ eſſe Ro
mæ Regẽ liceret.Sp.Caſſi⁹.Sp.Meli⁹ M.Man
lius propter ſuſpitione; regni appetendi ſunt ne
cati.Hi primi cum gladiis non in regnum appe
tentem Sed in regnantẽ impetum fecerũt. Quod
cum ipſum factum per ſe clarum:atq; diuinum
eſt:tum expoſitum ad imitandum:præſerti; cu;
illi gloria; cõſecuti ſunt quæ uix cœlo capi poſ
ſe uideatur.Et ſi enĩ ſatis in ipſa conſcientia pul
cherrimi facti fructus erat:tamẽ immortalitate;
non arbitror contemnendam . Recordare igitur
illum.M.Antoni diem quo Dictaturam ſuſtu
liſti. Pone ante oculos lætitiam Senatus.P .q;.
R.confer cum nummatione tua tuorumq;:tum
intelliges quantum inter laudem & lucrum in
terſit:Sed nimirum ut quidam morbo aliquo &
ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt:Sic
libidinoſi auari facinoroſi ueræ laudis guſtũ nõ
habent.Sed ſi te laus allicere ad recte faciendum
non poteſt:ne metus quidem a fœdiſſimis factis
poteſt auocare:Iudicia nõ metuis ſi propter ĩno
centiam laudo.ſi propter uim:non intelligis ei q
iſto modo iudicia non timeat : quid timendum
ſit.Quod ſi non metuis uiros fortes egregioſq;
ciues q a corpore tuo prohibentur armis : Tui
te:crede mihi:diutius non ferent. Quid eſt autẽ
multos dies & noctes timeri a ſuis? niſi maiorib⁹
habes beneficiis obligatos: q̃ ille quoſda; habuit
ex iis a quibus eſt ĩterfectus. An tu es ulla re cũ
eo comparandus? fuit in illo ingenium ratio me
moria lr̃atura cogitatio diligentia res bello geſſe
rat:q̃uis.R.P. calamitoſas:attamẽ magnas:non
multos annos regnare eſt meditatus : magno la

UVA. BHSC. IyR_187

bore: multis periculis qđ cogitauerat effecerat: muneribus: monumentis: cōgiariis epulis mul titudinem imperitam lenierat: ſuos præmiis ad uerſarios clemētiæ ſpecie deuinxerat. Quid mul ta? Attulerat iam liberæ Ciuitati partim metu: partim patientia conſuetudinem ſeruiēdi. Cum illo ego te dominandi cupiditate cōferre poſſū: Cæteris uero reb⁹ nullo modo es comparand⁹. Sed ex plurimis malis quæ ab illo. R. P. ſunt in/ uſta: Hoc tantū boni eſt: quod dicit iam. P. R. quantum cuiq; crederet: quibus ſe cōmittere: a quibus caueret. Hæc igitur non cogitas: nec itel/ ligis ſatis eē uiris fortibus didiciſſe q ſit pulchrū beneficio gratum: fama glorioſum: Tyrannum occidere? & cum illum homines non tulerit te fe/ rent. Certatim poſt hac: mihi crede: ad hoc op⁹ curretur. nec occaſionis tarditas expectabitur. Reſpice quæſo aliquando. R. P. M. Antoni: q bus ortus ſis: nō quibus cum uiuas: conſidera: mecum ut uoles: cum. R. P. redi ī gratiam: Sed de te tuipſe uideris. Ego de me ipſo prefitebor: Defendi. R. P. adoleſcens. nō deſeram ſenex. Cō tempſi Catilinæ gladios. nō pertimeſcam tuos. quin etiam corpus libenter obtulerī ſi repræſen tari morte mea libertas Ciuitatis poteſt. Vtinā aliquando dolor. P. R. pariat: qđ iam parturiit. Etenim ſi abhinc annos prope. xx. hoc ipſo in tē plo negaui poſſe mortem immaturam eſſe Con ſulari: quanto uerius nūc negabo ſeni? Mihi ue/ ro. P. C. iam etiam optanda mors eſt perfuncto rebus eis quas adeptus ſum: quaſq; geſſi. Duo modo hæc opto. Vnum ut moriens. P. R. liberū relinquam. hoc mihi maius a diis immortalibus dari nihil poteſt. Alterum ut ita cuiq; eueniat: ut de Repu. quiſq; mereatur.

Finis philippicæ Secundæ.

Cū illo: Cęſare. Litteratu ra: ſciētia litteraꝝ atq; eruditio uaria: quę in Cęſare fuit. Non multis annis regnare: meditat⁹ quidē eſt regnare ſed non mul tos ānos: quia non ea egit qbuſ durare in regno: & ferri poſſet diu. Monumentis: ędificiis.

Congiariis: menſurę genus cōgius ē chus item dictus: ſex capit ſextarios: quicquid libera litatis erogabant: ueteres cōgia riū prius dixere: Tenuit idē cō/ ſuetudo ut pecuniam ſignifica ret: quam impatores militibus: principes uiritim gratuitam di ſtribuebant. Trāquillus in Iu/ lio: Ex reliquo quoq; ordinū genere uel iuitatos: uel ſponte ad ſe cōmeantes uberrimo con giario pſequebatur. Idē ī octa uio: Congiaria populo frequē/ ter dedit: ſed diuerſę fere ſūmę modo quadragenos: modo tri/ cenos: non nūq ducenos quin quagēoſq; nūmos. Macrobi⁹. Auguſtus cū ab eo paccuuius taurus congiariū peteret: dice/ retq; iam hoc homines uulgo loqui: non paruam ſibi ab illo pecuniam datam: ſed tu inquit noli credere. Inuſta: inflicta impreſſa. Profiteor: aperte eloquor quid factur⁹ ſim. Re pręſentari: renouari & reſtitui in pręſens tēp⁹ poſſit. Quod iam parturiit: parere eſt in lu/ cem ędere: & enixam eſſe: par/ turire uero deſiderare eniti & parere. Ab hinc annos. xx. cum de coniuratis actum eſt.

Cōſulari: mihi. Vt ita &c. bene merentib⁹ recte. male me rentibus: ut Antonio: male.



UVA. BHSC. IyR_187

CVm expeditionē Cęſar dictator in Dacos:& inde in Parthos deſtinaret.C. Octauiū Actia Iulię ſororis filia:& CN.Octauio natū:quē ī familiā nomēq; adoptauerat:Apolloniā ꝑmiſit.Vbi cū occiſus Cęſar ē:ſtudiis uacabat adoleſcēs.Poſtq̄ uero rē accepit:ac heredē ſe relictū cōperit:urbē repetiit:& hęreditatē adiit:multis quidē dehortantibus:& Antonio ad quē ut prīū amicū primū rediens ſe cōtulerat:deſipe affirmāte q̄ tā oneroſam adiret hęreditatē:& nō poti⁹ abſtineret.Petēte aūt Octauio tātū ex Cęſaris pecuniis:oēs.n.intercepat Antoni⁹ & tenebat:quantū ad diſſoluēdos tricenos ſeſtertios ſatis eēt:quos publice & priuatiȝ Cęſar legauerat.& negāte Antonio graues īter eoſ inimicitię ortę ſūt.Sed rediere tñ nō multo poſt ī gratiā:actūq; ē p cōes amicos ut in Capitolio ꝯgrederētur:multa ultro citroq; habita uerba:acriterq; ab utroq; expoſtulatū ē:nec multo poſt hoſtes rurſus facti uariiſq; ab Antonio ꝯtūeliis Octaui⁹ affect⁹: Erāt in macedōia legiōes q̄nq; illuc a Cęſare ad Parthicā expeditionē ꝑmiſſę:antōius uero Macedoniā ſortit⁹ q̄ in eā getę excurſuri nūciabanť:& illis ꝑfectus legionibus ut tñ ī Italiā traduceret meditatus ē:& p L. fratrē brūduſium euocatas ſibi adiūgere cōat⁹:Galliā aūt quę Cis alpis ē:& a.D.Bruto a Cęſare decreta & poſtea a ſenatu ꝯfirmata:tenebať:tradi ſibi macedōię loco poſtulauit.meminerat.n.redeūtem a gallia Cęſarē Pōpeiū ſupaſſe:res a ſenatu negata ē:publice priuatimq; ad Decimū miſſi:q & ꝓuiciā retinere:& aliū paret exercitū hortareť.Tātiſp Octaui⁹ uidēs nō mō ſe ut puerū ab antonio ꝯtēni:ſed ēt po.ro.libertatē eripi:oēs militū ueteranoꝝ colōias luſtrauit:q̄buſcūq; rebus ac mūerib⁹ potuit & milites & plebē ſibi ꝯciliās ſe ad ſenat⁹:& Cicerōis q princeps in rep.tūc erat auctoritatē ꝯtulit.Cūq; poſtea Antoni⁹ cū q̄ttuor legiōibus ueteranoꝝ & aliis militib⁹ in galliā ꝓficiſcereť:Octaui⁹ ſuadēte & hortāte Cicerone:qa alia uia obſiſti facili⁹ Antonio poſſe nō uidebat:honorificis decretis ē ornat⁹ & ꝓpretor cū nouis ꝯſulib⁹ Mutinā intra quā Decim⁹ ab Antonio obſidebať:ire iuſſus.Antōius uict⁹ fugatuſq; ē:Decim⁹ obſidiōe liberat⁹.Cū ergo deſignati ꝯſules Pāſa & Hirti⁹ cal.Iañ.ꝯſulatū iituri eēnt & hñdus tūc demū ſenat⁹:nō expectatis ipſis cal.id egit Cicero ut ſenatores cogerētur:& hāc hūit orōnē q̄ & ipſa ī deliberatiuo genere ē.oēs in.M.Ant.accēdit:& ut hoſtis patrię q̄n q̄dē.D.Bruto eripe ꝓuinciā uolebat:iudiceť.Suadet ſe.C.Cęſarē adoleſcentē laudat:aliq̄ eius in ordinē illū merita cōmemorat:ornādūq; auctoritate aliq̄ hortať:in odiū adducit Antoniū cū Tarqnio Supbo collatū multo crudeliorē īmanioreq; eē oñdit:q locus cōpatiōis ē pulcherrimus.Galliā ꝓuinciā laudat:& Decimū tollit uerbis:obiectā ab Antonio.C.Octauio generis obſcuritatē purgat.De turpiſſima ꝓuinciaꝝ ſortitiōe & pluribuſ Antonii ſcelerib⁹ uerba facit:ſuāq; de tota re in fine orōnis ꝓfert ſniam. Serius:cū exceſſiſſent urbe Antōius & Octauius p italiā diſcurrerēt:coloniā luſtrarent:ueteranos ꝑmiis allicerēt:legiōeſq; ſollicitarēt:neq; multis diebus hitus ſenatus eēt:neq; ꝯuocari q̄ď aberāt ꝯſules.Antonius & Dolobella poſſet:expectareť q; calendę Iañ.q̄bus inituri magiſtratū noui erant ꝯſules.Cicero tñ id egit ut añ Iañ.cal.ſenatus cogereť:& ne ulterius diffe-

## M.T.C.in.M.Antonium Philippica tertia.

SEri⁹ oīo.P.C.Quaȝ tēp⁹.R.P.poſtulauit:aliq̄ñ tñ cōuocati ſumus:Quod flagitabam eq̄dem quotidie.Quippe cū bellūȝ nefariū cōtra aras & focos:cōtra uitaȝ:fortūaſq; noſtras:ab hoīe ꝓfligato ac ꝑdito ñ cōparari:ſȝ geri iaȝ uiderē.Expectanť.Kl.Iañ.qs ñ expectat Antoni⁹.q ī ꝓuintiaȝ Bruti ſūmi & ſingularis uiri cū exercitu impetū facer conať:Ex q̄ ſe īſtructū & paratum ad Vrbeȝ uēturū eē minitať.Quæ igiť expectatio? aut quæ uel minia dilatio tēporis?Quanq̄ enī adſūt.Kl.Iañ.tñ breue tēpus lōgū ē īparatis.dies enī affert & hora poti⁹:niſi ꝓuiſuȝ ē:magnas ſepe clades.Cert⁹ aūt dies non ut ſacrificii:ſic conſilii expectari ſolet.Quod ſi aut Kl.Iañ.fuiſſet eo die quo primū ex urbe fugit Antonius:aut

UVA. BHSC. IyR_187

hæ nõ eſſent expectate bellũ iã nullũ haberem⁹. Auctoritate eni Senat⁹ conſenſuq P. R. facile hominis amẽtis fregiſſem⁹ audaciã. Quod cõſi do equidẽ Conſules deſignatos ſimul ac Magiſtratũ inierĩt: eſſe facturos. Sũt eni optĩo animo ſũmo cõſilio: ſingulari cõcordia: Mea aũt feſtĩa tio nõ ſolũ uictoriæ auida ẽ: Sed etiã Celeritatis. quouſq eni tantũ bellũ tam crudele tã nefarium: priuatis cõſiliis propulſabit̃? Cur ñ q̃ primum publica accedit autoritas? C. Cæſar adoleſcens: pœne poti⁹ puer incredibili ac diuina quadã mẽte atq uirtute tũ cũ maxĩe furor arderet Antonii: cũq ei⁹ a Brũduſio crudelis & peſtifer redit⁹ timeret̃: nec poſtulantibus: nec cogitantibus: nec opinantib⁹ qdẽ nobis: qa fieri poſſe non uidebat̃: firmiſſimũ exercitũ ĩuicto genere ueteranoꝝ militũ cõparauit: patrĩoniũq ſuũ effudit. Quanq̃ nõ ſumus uſi eo uerbo: quo decuit. Nõ enĩ effudit: ſ3 ĩ ſalutẽ. R. P. collocauit. Cui q̃q̃ grã referri tanta nõ põt q̃ta debet̃: habenda tñ ẽ quantã maximã animi noſtri caper̃ poſſunt. Quis. n. ẽ tam ignar⁹ rerũ: tam nihil de. R. P. cogitans: q hoc nõ ĩtelligat? ſi. M. Antoni⁹ a brunduſio cũ his copiis q̃s ſe habituꝝ putauerat Romã: ut minabat̃ uenir̃ potuiſſet: nullũ gen⁹ crudelitatis eũ prætermiſſuꝝ fuiſſe? Quippe q ĩ hoſpitis tectis Brũduſii fortiſſimos uiros ciues optĩos: iugulari iuſſit: quoꝝ añ pedes ei⁹ moriẽtiũ ſanguine os uxoris reſpſũ eſſe cõſtabat. Hac ille crudelitate ĩbutus cũ multo bonis oĩb⁹ ueniret iratior q̃ illis fuerat quos trucidarat? Cui tandẽ ueſtrꝝ aut cui oĩno bono pepciſſ3? Qua peſte. R. P. priuato cõſilio. Nec. n. fieri potuit aliter: Cæſar liberauit: Qui niſi ĩ hac. R. P. nat⁹ eẽt. R. P. ſceler̃ Antõii nullã hẽm⁹. Sic. n. pſpicio ſic iudico: niſi un⁹ adoleſcẽs illi⁹ furẽtis ĩpet⁹ crudelliſſioſq cõat⁹ cohibuiſſ3. R. P. fũdit⁹ ĩteriturã fuiſſe. cui qdẽ hodierno die. P. C. nũc. n. primũ ita ɔuẽim⁹: ut ꝺ illius bñficio poſſem⁹ quæ ſẽtirem⁹ liber̃ dicer̃: tribuẽda ẽ autoritas: ut. R. P. nõ mõ a ſe ſuſceptã: ſ3 ẽt a nobis cõmẽdatã poſſit defẽder̃. Nec uero de legiõe. Martia quõiã lõgo ĩter

retur q̃n ꝺ ſũma rep. referetur & ſtatueret̃ effecit. Exordit̃ uero p metũ quem inicit a piculo expectatiõis & dilatiõis dicens nõ ut ſacrificii ſic conſilii & rei agẽdę ĩ q̃ ualet occaſio tps certũ eẽ. Tps: occaſio rei gerẽdę.

Profligato & pdito: Pediãus pditũ dicit eẽ qꝺ̃ ĩueiri ñ põt: pfligatũ qꝺ̃ põt: utꝗ ad corruptiſſimos mores refert̃: dicimus. n. pfligatũ & pditũ adoleſcentẽ: q ſic uitiis fert̃ p̃ceps ut nullus ſpet̃ ad uirtutẽ reditus̃. Verbũ uero pſligo qd ſignificet. A. Gelius docet li. xiiii. c. v.

Expectat̃: cũ dolore hoc iqt & ſtomaco. Breue tps: nocuit ſp differre patis. Fugit: nõ re uera ſignificat: ſ3. C. cęſaris metu a quo ſtrui ſibi ĩſidias palam dicebat: ad ueteranos ſollicitãdos: & legiões acceſſerat. Priuatis. C. cęſaris. Peſtifer: ſi legiones illas quę ex macedonia brũduſiũ redierãt ſibi ɔciliaſſ3 & obſequentes hũiſſet. Nõ. n. effudit: cũ effũdere ianiter & inutiliter ſit pĩicere. In hoſpitis tectis: ubi hoſpitii reuerẽtia abſtinere a tali crudelitate debuiſſet: de his pauloposſt dicturus̃ ẽ Ci. Os uxoris: Volumnię Mimę quã quocũq ĩbat: ſecũ ducebat Antõius: & ſi ẽt Fuluiam poſſumus accipe: magna uero Antonii expmit̃ crudelitas q in uxoris cõſpcũ ciues rõanos ſic iuſſerit iugulari. Ci. philippica viii. Brũduſii ĩ ſinu nõ mõ auariſſimę: ſ3 ẽt crudeliſſimę uxoris delectos Martię legiõis centuriões trucidauit. Priuato cõſilio: cũ certior factus eẽt Octauius Antõiũ brũduſiũ pfectũ eẽ: ueritus ne cũ q̃ttuor illis rediret legiõib9: & ſe pſidio deſtitutũ oppmeret: ĩ cãpaniã abiit colonias a pr̃e miſſas & deductas: ut ſecũ militaret ſollicitauit: ſingulis q ſe ſeq̃rent̃ drachmas pollicitus q̃ngentas: decẽ milia hominum contraxit: Explorata eius uolũtate: Senatus

UVA. BHSC. IyR_187

quodAntonii hoſtis ueniret:in
gredi urbē ꝑmiſit. In tēplo Ca
ſtoris ꝯſtitit reliqs dimiſſis:tria
milia retinuit. Interim exercit⁹
ꝯtūax cepit eē:q intelligēs que
ab Octauio & Rome & in co
loniis fierēt:reliquū exercitum
ꝑpare Ariminū iuſſit: ipſe una
tantū cohorte aſſūpta: Romaʒ
uenit:ubi legiōes Martiā & q̄r
tā ex his que Brunduſii erant:
octauio ſe adiūxiſſe:& Martiaʒ
q̄dē Albe eē accepit: qua re ue
hementer cōmotus: & ſi de his
que egerat Ceſar & agebat: ue
nerat uerba factur⁹. Senat⁹ eni
iam coegerat:tñ pauca locutus
de ꝓuinciis:& ſupplicatiōe. M.
Lepido decernēda oīno intactū
linquēs Octauiū abiit ad por
tas & urbē egreſſus Albā ꝯten
dit:ut Martiā legionē: ſi poſſet
a ꝓpoſito abduceret:ac ſibi re
cōciliaret. Sed ab albāis muris
repulſus ē.ab eadē legiōe quā
nūc laudat Cicero īde Tybur:
nec multo poſt Ariminum ubi
gallice ꝓuincie initiū olim fu
it:ꝓfectus ē:bellū ꝯtra Decimū
q ꝓuinciā nō deponebat geſtu
rus. Legionibus uero iponi ab
imꝑatorib⁹ noīa ſolebāt:uel ab
ordine ut prima ſecūda & dein
ceps.uel a robore: ut Martia:
uel ab alia quauis cā. Lōgo
interuallo:nā ſenat⁹ a calendis
Iuniis: uſq; ad.xiii. calendas Ia
nuarias hēri libere ñ potuerat
Opportūiorē: quoniā i loco
nā munitiſſimo ſita ē: i excelſo
ſaxo & ꝓpe in urbis conſpectu
Ceſaris:Octauii. Edictū De
cii Bruti:q̄ ille ꝓponi mādaue
rat:quo uoluntatē & ſtudiū de
clarabat. Sui noīs:Iunii Bruti
q exactis regibus libertatē po
ro.pepit. Illi regib⁹ perē:pul
cherrim⁹loc⁹ ꝯpatōis p ꝯtētio
nē & reꝝ & uerboꝝ. Sʒ ſupb⁹
hit⁹ ē:q̄d cognomē fcā ididiſſe
tradit Li.ex morib⁹ datū tradit
Flor⁹:& i oēs eū ſupbia craſſa
tū:eūq; crudelitate grauiorē eē

uallo loq nobis de.R.P.licet:ſileri pōt.Quis ei
unq̄ fortior:qs amicicior unq̄.R.P.fuit:q̄ legio
Martia uniuerſa! quæ cū hoſtē.P.R.M.Anto
nium iudicaſſet: comes ei⁹ eſſe amentiæ noluit.
Reliqt Conſulē.quod ꝑfecto nō feciſſet:ſi eum
Conſulē iudicaſſet. queʒ nihil aliud agere nihil
moliri: niſi cædē ciuiū atqʒ interitum Ciuitatis
uideret.atqʒ ea legio cōſedit Albæ.quam potuit
Vrbem eligere:aut opportuniorem ad res geren
das:aut fideliorē: aut fortioꝝ uiroꝝ:aut amici
orum.P.R.ciuium! huiuſce legionis uirtutem
imitata.iiii.legio duce.L.Egnatuleio Quæſtoꝛ
Ciue optīo & fortiſſimo Cæſaris auctoritatem
Atqʒ exercitū ꝑſecuta eſt.faciēdum ē igit̄ nobis
P.C.ut ea quæ ſua ſponte clariſſim⁹ adoleſcens
atqʒ omniū præſtantiſſimus geſſit & gerit: hæc
auctoritate noſtra cōprobentur: ueteranorumqʒ
fortiſſimoꝝ uiroꝝ:tum legionis Martiæ.Quar
tæqʒ mirabilis conſenſus ad.R.P.recuperandam
laudet̄: & teſtimonio noſtro cōfirmet̄:eorumqʒ
cōmoda: honores: præmia: cum Cōſules deſigna
ti Magiſtratū inierint: curæ nobis fore hodierno
die ſpondeamus. atqʒ ea q̄dem quæ dixi de Cæſa
re deqʒ ei⁹ exercitu: Iam diu nota ſunt nobis. uir
tute eniʒ admirabili Cæſaris: cōſtantiaqʒ militū
ueteranoꝝ legionūqʒ earū: optimo iudicio quæ
auctoritatē noſtram libertatēqʒ.P.R.uirtutum
C.Cæſaris ſecutæ ſunt. A ceruicibus noſtris eſt
depulſus Antonius. Sed ut dixi: hæc ſuperiora:
Hoc uero recēs edictum.D.bruti: quod paulo
ante ꝓpoſituʒ eſt: certe ſilentio nō pōt præteriri:
pollicet̄ enim ſe ꝓuinciam Galliaʒ retenturuʒ in
Senat⁹.P.qʒ.R.poteſtatē. O ciuem natuʒ.P.R.
memorē ſui noīs: imitatoreqʒ maiorū. Neqʒ.n.
Tarquinio repulſo maiorib⁹ noſtris taʒ fuit op
tata libertas: q̄ ē repulſo Antonio retinēda nobis
Illi Regibus parere iam cōdita Vrbe didicerant.
Nos poſt reges exactos ſuitutis obliuio cœperat
Atqʒ ille Tarqni⁹ quē maiores noſtri ñ tulerūt
non crudelis: non impius: ſed Superbus habitus
eſt & dict⁹. q̄d nos uitiū ī priuatis ſæpe tulim⁹:
id maiores noſtri ne ī Rege q̄dē ferre potuerunt.

UVA. BHSC. IyR_187

L. Brutus Regem Superbū non tulit. D. Brut⁹
ſceleratum atq; impiū regnare patietur Antoni
um? Quid Tarquini⁹ tale qualia inumerabilia &
facit: & fecit Antonius? Senatu3 etiam Reges ha
bebant. nec tñ ut Antonio Senatū habenti ī cōſi
lio Regis uerſabant Barbari armati: Seruabant
auſpicia Reges: quæ hic Cōſul: Augurq; negle
xit: neq; ſolū legibus cōtra auſpicia ferēdis: ſed
etia3 Collega una referēte: quē ipſe emētitis au
ſpiciis uitioſu3 fecerat. Quis aūt Rex unq̄ fuit
tam inſigniter impudens: ut haberet omnia cōm
moda: beneficia: iura regni: uenalia? quam hic
īmunitatem: quam Ciuitatē: quod præmiu3 nō
uel ſingulis hominibus: uel Ciuitatib⁹: uel uni
uerſis ꝓuintiis uēdidit? Nihil humile de tarqui
nio: nihil ſordidū accepimus. At uero hui⁹ do
mi inter ciues illius appēdebat auꝝ: numerabat
pecunia una ī domo: oēs quoꝝ ītererat: totum ī
perium. R. P. nūdinabant. Suppliciauero in ci
ues. R. nulla Tarquinii accepim⁹. At hic & Su
eſſæ iugulauit eos: quos in cuſtodia3 dederat: &
Brunduſii. ccc. fortiſſimos uiros Ciueſq; opti
mos trucidauit. Poſtremo Tarqnius ꝓ. R. P. bel
lū gerebat: tū cu3 expulſ⁹ ē: Antōi⁹ cōtra. P. R.
exercitū educebat: tum cū a legionib⁹ relict⁹ no
men Cæſaris exercitūq; ꝑtimuit: neglectiſq; ſa
crificiis ſolēnibus aū lucē ea uota quæ nūq̄ ſol
ueret: nūcupauit. Et hoc tēpore ui ꝓuinciam.
P. R. conat īuadere. Maius igit̄ beneficiū a. D.
Bruto. P. P. & hēt & expectat: q̄ maiores noſtri
acceperunt a. L. Bruto prīcipe hui⁹ maxime cō
ſeruandi generis & nomīs. Cū aūt ē omnis ſerui
tus miſera: tu3 uero ītolerabile ē ſuire īpuro: ī
pudico: effœmīato. nunq̄ ne ī metu qde3 ſobrio
Hūc igit̄ q Gallia ꝓhib3 priuato præſerti cōſilio
iudicat uerisſieq; iudicat nō eē Cōſulē. Faciēdū
ē igit̄. P. C. nobis ut. D. Bruti priuatū ꝯſilium
auctoritate publica ꝯprobem⁹. Nec uero. M. An
toniū Cōſulē p⁹ Lupcalia putar̄ debuiſtis. quo
eni ille die. P. R. īſpectāte nud⁹: unct⁹: ebri⁹: cō
ciōat⁹ ē. & id egit ut college diadēa īpoērt eo die
nō modo Cōſulatu: ſed. et libertate ſe abdicauit.

Barbari: ithyreos pri⁹ dixit.
Neglexit: ut ē ſupra dictum.
Collega: Dolobella. Inſi
gniter: notabiliter & aperte.
Vniuerſis ꝓuinciis: ut Cre
tę. Humile: uile. Quoꝝ ī
tererat: quibus utile erat. Nū
dinabantur: ueluti nundinis &
publico mercatu ac foro eme
bant. Sueſſę: quę uolſcoru3
quodā metropolis fuit ut Stra
bo ait: eā pometini incolebāt: a
quibus pometina cognoīata ē:
inter quā & formias Minturnę
ſunt: ſic a Setino ſinu iuxta quā
ſita eſt uocata. Eos: ciues ro
manos Quoſ ī cuſtodiā dede
rat: hos octaui⁹ ad ſollicitādas
colonias miſerat: quos dęphen
ſos Antonius cuſtodiēdos pri
mo dedit Sueſſanis: deide iugu
lauit. Trecentos uero Brūduſii
trucidatos milites ſignificat: ex
quattuor illis legionibus quę
ex macedonia Brūduſiū redie
rant: quas indignatas ꝙ centu3
dūtaxat ſingulis drachmas da
tuꝝ pollicitus eſſet: & ſimul ir
ridentes atq; omnia ꝑturbātes
petitos a tribūo trucidauit: qđ
Appianus ſcribit. Pro. R. P
contra hoſtes po. ro. A legiōi
bus: Martia & Quarta. Reli
ctis ſacrificiis: quę facere ſolēt
in ꝓuincias ꝓfecturi magiſtra
tus. Ante lucem: nam uenit ī
urbem: ut dictum eſt: & pauca
locutus in ſenatu cucurrit ad
portas: & urbem ante lucem ē
egreſſus. Nūcupauit: nomi
natim & ꝓpalā uouit: cum ꝑtor
aut cōſul exercitū aduerſus ho
ſtes ductur⁹: eo luſtrato prius
noīati3 uota facit: nūcupare u o
ta dr̄. Cū uero tantū mēte ꝓmic
tit nō ēt ꝓfert: & ꝓnūciat: Cōci
pe: ūde nūcupata & ꝯcepta uo
ta. Ne in metu qde3: neq; n.
maximo metu abſtinebat quin
& potaret: & ſcortaretur: ac ſe
cū ſediſſimis hōib⁹ & mima uo
lūnia oblectaret. Qui: decim⁹
Qui ꝯcq;: regnū & tyrānidē

UVA. BHSC. IyR_187

Cōſpiraſſe: ɔſēſiſſe. Quāob
rē: Tri. pl. cū abeēnt ɔſules: re
tulerunt de ſenatu hñdo: & p̄ſi
diū ſtatuendū eē cenſerūt: quo
hēri cal. Iañ. tuto poſſet: C ice
ro hac ſnia ſtatuēdi p̄ſidii inter
p̄tať ptātē de tota repu. dicēdi:
& quoddā p̄iudiciū de Antōio
fieri: metuēdū. ſ. eē. Tātiſp autē
Cicero qd faciendū ſibi uideať
docet: dādā auctoritatē ducib⁹
Octauio & Decimo: ſpem p̄mi
oꝝ militib⁹ Martię & q̄rtę legi
onis oñdendā. Antoniū hoſtē
nō uerbo: ſꝫ re iudicādū. Cō
ſules: noui. Nā ſi ille conſul: ſi
Antoniū inqt ɔſulē fatemur eē
peccaſſe legiōes Martiā & q̄rtā
ɔfiteamur neceſſe eſt: quę eū ſe
curę nō ſunt: & flagris dignos
atq; aīaduerſiōe more romano
Fuſtuarius aūt is ē q̄ flagris ce
dit: & ob aliqď ɔmiſſū ſcel⁹ mi
litē uerberat. Maledicta con
geſſit: quem Cęſaris iactabat fu
iſſe cōcubinū: id quod re uera
ēt fuit. Cicero in epiſtola ad. C
ipſū Octauiū. Cui nulla uirtus
nō ullę ſubactę & ad imperiū
adiūctę ꝓuincię: nulla digni
tas maioꝝ conciliaſſet opeꝫ po
tentum: ſed forma per dedecus
pecuniam: & nomen nobile cō
ſceleratū impudicitię dediſſet.

Deprompta: qualis ipſe fuit
in pueritia & adoleſcentia talē
Cęſarem eſſe mentiēs. C. Cę
ſaris: dictatoris adoptiuo filio.

Naturalis. CN. Octaui⁹: qui
decedens Macedonia: quā pro
uinciam ex pretura ſortitus fu
erat: prius q̄ profiteri ſe conſu
latus candidatum poſſet: mor
te obiit repentina: ut Tranquil
lus ait. Aricina mater: obiici
ebat Antoni⁹ ꝙ Aricina matre
natus eēt: quaſi Trallianam aut
Epheſinā diceret: cum Aricinā
dicebat: q̄ſi ī pari dedecore eēt
Aricios pētes: ac Tralliāos ſeu
epheſinoſ: hēre cū barbarę ſint
urbeſ tralleſ & epheſ⁹. & iuue.
cū ſtomaco & ꝑ īfamia dixerit:

Eſſet enim ipſi certe ſtatim ſeruiendū: ſi Cæſar
ab eo regni inſigne accipere uoluiſſet. Hunc igiť
ego Conſulem: hunc ciuē. R. hunc liberū: hūc
deniq; hominē putem: qui fœdo illo & flagitio
ſo die & quid pati a Cæſare uiuo poſſet: & quid
eo mortuo conſequi ipſe cuperet oſtendit. Nec
uero de uirtute conſtantia grauitate prouinciæ
Galliæ taceri poteſt. Eſt enī ille flos Italiæ. illud
firmamentū Imperii. P. R. illud ornamentū di
gnitatis. tantus autem conſenſus municipiorum
coloniarumq; ꝓuinciæ Galliæ: ut omnes ad au
ctoritatē hui⁹ ordīs: maieſtatēq; P. R. defenden
dam cōſpiraſſe uideantur. Quamobrem. Tr. Pl.
quanq̄ uos nihil aliud: niſi de præſidio ut Sena
tum tuto conſules. Kl. Iañ. habere poſſent retu
liſtis: tamē mihi uidemini magno conſilio: atq;
optima mente poteſtatem nobis de tota. R. P. fe
ciſſe dicendi. Cum enim tuto Senatū haberi ſiñ
præſidio non poſſe iudicauiſtis: iſtud etiam ſta
tuiſtis: intra muros Antonii ſcelus audaciamq;
uerſari. Quamobrem omnia mea ſententia com
plectar: uobis ut intelligo ñ īuitis: & ut præſtan
tiſſimis ducib⁹ a nobis detur autoritas & fortiſſi
mis militib⁹ ſpes oſtendať præmioꝝ: & iudiceť
non uerbo ſed re: non modo ñ Conſul: ſed etiā
hoſtis Antonius. Nā ſi ille Conſul: fuſtuariū
meruerūt legiones quæ Cōſulē reliquerūt. ſcele
ratus Cæſar: Brut⁹ nefarius. q cōtra Conſulem
priuato cōſilio exercit⁹ cōparauerunt. Sin autē
militib⁹ exquirēdi ſūt honores noui ꝓpter eoꝝ
diuinū atq; īmortale meritū: ducib⁹ aūt ne refer
ri quidē pōt grā. Quis ē qui eū nō hoſtem exiſti
met: quē q armis pſequūť Conſeruatores. R. P.
iudicanť! At q̄ cōtumelioſus ī edictis! Quā Bar
bar⁹! Quā rudis! Primū ī Cæſarē maledicta con
geſſit deprōpta ex recordatiōe īpudiciciæ & ſtu
proꝝ ſuoꝝ. quis. n. hoc adoloſcēte caſtior! Quis
modeſtior! Quod ī iuuētute habem⁹ illuſtrius
exēplū ueteris ſanctitatis! Quis aūt illo maledi
co īpurior! ignobilitatē obiicit. C. Cæſaris filio.
cui⁹ ēt naturalis pr̄ ſi uita ſuppeditaſſ; ɔſul fact⁹
eēt. Aricia mr̄ trallianā aut epheſinā diceř putes

UVA. BHSC. IyR_187

Hic Trallibus aut Alabandis exquilias dictumq; petũt a uimine collem. Aricia eſt italię
ciuitas inſignis in Appia uia: romanum municipium; & ſtadiis centum ſexaginta ab urbe
diſtans. Ab Archilocho & ab Aricia puella attica ſic dicta: Hippolyti poſtq̃ reuixit uxore
Tralles ciuitas ẽ in Phrygia Meandꝝ tranſeũti occurrẽs: ĩ uertice quodã plano ſita: Ephe
ſus ciuitas & ipſa Aſię in Ionia Amazonũ opus.

Videte q̃ deſpiciamur omnes qui ſumus e muni
cipiis ideſt omnes plane: notus enim quiſq; non
eſt. Quod autem municipiu; non contemnit is:
qui Aricinum tantopere deſpicit? Vetuſtate anti
quiſſimũ? Iure fœderatu;? ꝓpinquitate pene fini
timum? ſplẽdore municipu; honeſtiſſimũ? hinc
Voconiæ. hĩc Scatiniæ leges? hinc multæ ſellæ cu
rules & patrũ memoria & noſtra. hinc Equites.
R. lautiſſimi plurimi & honeſtiſſimi. Sed ſi ari
cinam uxorẽ non ꝓbas: cur ꝓbas Thuſculanam
quanq̃ huius ſanctiſſimæ fœminæ atq; optiæ pa
ter. M. Accius Balbus in primis honeſtus Præ
torius fuit. tuæ cõiugis bonæ fœmine locupletis
quidẽ certe Bambalio quide; pater homo nullo
numero. nihil illo contemptius. Qui ꝓpter hæ
ſitantiam linguæ ſtuporemq; cordis cognomen
ex contumelia traxerit. At auus huius nobilis.
Tuditanus nẽpe ille qui cum palla & cothurnis
numos populo de roſtris ſpargere ſolebat. Vel
lem hanc cõtẽptionẽ pecuniæ ſuis reliquiſſet: ha
beretis nobilitatẽ generis glorioſa;. Qui aũt eue
nit ut Iulia nat⁹ ignobilis uideatᷓ: cũ tu eodẽ ma
terno genere ſoleas gloriari: Quæ porro amẽtiæ

Omnes qui ſumus e municipiis roma
ni principes ex municipiis ori
ginẽ trahebãt. Fœderatum:
ſocia eni populi ro. ciuitas Ari
tia fuit. Propinquitate;: pro
ximũ eni urbi eſt. Voconię:
C. Voconius Aricinus fuit: is
qui Tr. pl. plures leges tulit: in
ter quas ne quis cenſus hoc eſt
pecunioſus hęredem unica; re
linqueret filiam. Ille autem cen
ſus erat qui centum milia ĩ pro
feſſione detuliſſet ſeſtertia: quã
legem Cato ille Cenſorius ma
gna uoce: & bonis lateribus iã
annos ſeptuaginta natus ſuaſit
Scatinię leges: Scatinius &
ipſe Aricinus Tr. pl. legẽ inter
cęteras tulit q̃ puerorꝝ cõcu
bitores quos ἀρσενοκοίτασ
gręci uocant: graui ſupplicio
afficerẽtur: quam legẽ tu; mox
in ſe expertus eſt: Cũ. M. Clau
dii Marcelli ędilis Curulis fi
liũ de ſtupro appellaſſet: neq;
ſacroſancta dignitas plorato
fruſtra collegarũ auxilio, quo
rũ nemo intercedere uoluit iu
dicio eripuit: eſtq; uno teſte: il
lo ipſo q tentatus fuerat conui
cius & dãnatus. auctor Valeri⁹
Hinc multę Sellę curules:
multi patritii magiſtrat⁹: q Sel
la ſup curꝝ ſedẽtes uehebãt. nã a curru curulis ſella & mgr̃at⁹ dñr: detracto altero. r. ũde
& corripitᷓ ſyllaba: plebei magiſtrat⁹ pedib⁹ ibãt. Patꝝ: maiorꝝ. Lautiſſimi: ſplẽdidiſſimi.
Thuſculanã: pria ãtonii uxor: tres. n. ut dixim⁹ hũit: Thuſculãa fuit &. M. fũdi bãbaliõis
filia hois thuſculani & libertinę ꝯditiõis. Thuſculũ urbs olim clara in urbis ꝯſpectu ſita.
Sciſſimę fœ ę: Accię matris Octauii. Trãql. Accia. M. Accio Balbo & Iulia ſorore. C. Cę
ſaris genita ẽ. Balb⁹ paterna ſtirpe Aricin⁹: multis ĩ familia ſenatoriis imaginib⁹ a matre
magnũ põpeiũ arctiſſimo ꝯtingebat gradu: fũctuſq; honore ꝑturę inter. xx. uiros agꝝ cã
panũ plebi Iulia lege diuiſit. Tuę ꝯiugis: primę illi⁹ thuſculanę. Bãbalio. M. Fũdus co
gnomẽto Bãbalio. Nullo nũero: uiliſſim⁹. Hęſitantiã: uitiũ linguę: & erat balbutiens
Stuporẽ: inſaniã. Ex ꝯtũelia: ex ꝯtẽptu ꝗ eũ ꝯtẽnebãt hoies ſic uocabãt. At auus hui⁹
occurrit dices Bãbalionis huius auũ nobilẽ fuiſſe: reſpõdet: Stultũq; fuiſſe dicit Tuditano
illi ſimilẽ: de quo Valerius maximus: q̃ certę: q̃ etiã notę inſanię Tuditan⁹ ut pote qui po
pulo nũmos ſpargit: togãq; uelut tragicam ueſtem in foro trahens maximo cum hominũ
riſu conſpect⁹ fuerit: ac multa his cõſentanea fecerit. Cũ palla & coturnis: tragico hitu
Vellẽ hanc contemptionẽ: uellẽ ita ꝯtẽneritis & uos pecuniã: ſicuti ille ꝯtempſit uxoris
tuę auus: ſtulti omnes eſſetis: ut ille fuit. ironice enim loqᷓ. Iulia natus: Octauius Iulię

UVA. BHSC. IyR_187

nepos:ſororis Iulii cęſaris fuit ex Iulioꝝ familia. Natus:Antonius. Cuius pater:ãteꝗ Iuliã duceret:Fregellę ciuitas eſt Cãpanię in uolſcis quas Liris ꝑterfluit q ad minturnas erumpit.Magna prius: inde cũ defeciſſet deleta a romanis & in uicũ redacta. Ipſe: Antonius. Libertini.M.Fũdi bambalionis. L.Philippus:primoreſ hi erant ciuitatis ea tempeſtate. Non pœnitere:non pudere. Idem etiam:Antoniuſ qntuʒ Ciceronẽ Quinti Ciceronis filiũ edicto quod ꝯtra Octauiuʒ ꝓpoſuerat:accuſabat: ꝙ Octauio hęreret:eumqꝫ ſequeretur. Cõpellationẽ:accuſationem Gladiator:cũ ſtomacho hoc inquit. Hũc:Quintũ Ciceronẽ. De patris:Quinti. Patrui:mei Ciceronis. Idẽ ſupplicium:minabaſ enim Ciceroni: & reliqs bonis q cõtrarię erãt uolũtatis id ſuppliciũ quo Cicero cõiuratos affecerat:& laudare uidebaſ Ciceronem quaſi imitari uellet. Cũ uero factum Ciceronis in puniendis cõiuratis cõmemorabat:fore exiſtimabat ut inuidiã in Ciceronẽ hac cõmemoratiõe ſeueritatis eiꝰ cõcitaret. Refricat:repetit & innouat: & a cicatrice ẽ trãſlatio quam ſi quis iteruʒ atqꝫ iterum fricet recrudeſcit uulnus. In extremo: in ultima edicti parte. Quę ſũt ꝑdita ꝯſilia:pp Ciceronẽ pręcipue ea uerba edicto adiecerat in fine Antonius quem timore arbitrabatur nõ affuturuʒ. Et Cęſaris: Octauii. Atroci:crudeli. Triſti: graui.Terentius: Triſtis ſeueritas ineſt in uultu. Si epulę: Quę honeſtę ſunt:& honeſtis apparantur cum popinę impudicorum ſint:& fœdiſſimorum ganeorum. In quod templũ:Capitoliuʒ. Per gallorũ cuniculũ: ꝑ uiã ſubterraneã a

ſunt:eũ dicere aliquid de uxorũ ignobilitate:cuius pater Numitoriaʒ Fregellanaʒ proditoris filiam habuerit uxorẽ.ipſe ex libertini filia ſuſceperit liberos. Sʒ hoc Clariſſimi Viri uiderit.L. Philippus q habet Aricinaʒ Vxorẽ.C.Marcellꝰ qui Aricinæ filiaʒ:quos certe ſcio dignitatis optimarũ fœminaꝝ nõ pœnitere.Ideʒ etiam.Q. Ciceronẽ fratris mei filiũ cõpellat edicto:nec ſentit amẽs cõmendationẽ eſſe cõpellationẽ ſuaʒ.Quid eĩm accedere huic adoleſcẽti potuit optatiꝰ quaʒ cognoſci ab omnibꝰ Cæſaris conſilioꝝ eſſe ſocius? Antonii furoris inimicꝰ? At etiaʒ gladiator auſus ẽ ſcribere:hunc de patris & patrui parricidio cogitaſſe:O admirabilẽ ĩpudentiam:audaciaʒ:temeritatẽ in eũ adoleſcenteʒ hæc ſcribere audere: quẽ ego & frater meꝰ ꝓpter eiꝰ ſuauiſſimos atqꝫ optimos mores preſtantiſſimũqꝫ ĩgeniũ certatiʒ amamus? omnibꝰ horis oculis: auribꝰ:cõplexu: tenemus? Nam in eiſdẽ me edictis neſcit ledat: an laudet: Cũ idem ſuppliciũ minatur optimis ciuibꝰ:quod ego de ſceleratiſſimis ſumpſeri. laudare uideſ q̃ſi imitari uelit. Cũ aũt illaʒ pulcherrimaʒ facti memoriaʒ refricat:tũ a ſui ſimilibꝰ ĩ uidiam aliq̃ ĩ me cõmoueri putat. Sed ipſe qd fecit? Cũ tot edicta poſuiſſet:edixit ut adeſſet Senatꝰ freqũẽs ad.viii.Kl.Decẽbris.eo die ipſe nõ affuit. At quomõ edixit.Hæc ſũt ut opinor uerba ĩ extrẽo.Si qs nõ affuerit hũc oẽs exiſtimaſ poterũt & ĩteritꝰ mei:& ꝑditiſſimoꝝ cõſilioꝝ auctorẽ fuiſſe. Quæ ſũt perdita conſilia:an ea quæ ꝑtinẽt ad libertatẽ P o.Ro.rcuperandaʒ? quoꝝ ꝯſilioꝝ & cæſaris me auctorẽ & hortatorẽ & eẽ & fuiſſe fateor:q̃q̃ ille ñ eguit ꝯſilio cuiuſq̃. Sʒ tñ:ut dr:currẽtẽ ĩcitaui; Naʒ ĩteritꝰ qdẽ tui qs bonꝰ ñ eẽt auctor? cũ ĩ eo ſalꝰ & uita optimi cuiuſqꝫ: & libertas Po.Ro.dignitaſqꝫ cõſiſteret. Sʒ cũ tam atroci edicto nos cõcitauiſſet:cur ipſe ñ affuit? nũ putatis aliq̃ re triſti & ſeuera! uino & epulis retẽtꝰ & alea eſt:ſi epulæ potiꝰ q̃ popinæ noiandæ ſũt diem edicti obire neglexit: & ante diem quartam Kl. Decẽ.diſtulit.adeſſe ĩ Capitolio iuſſit. qđ ĩ tẽplũ ipſe neſcio q̃ ꝑ galloꝝ cũiculũ aſcẽdit

UVA. BHSC. IyR_187

gallis ſenonibus olim effoſſam:dum Capitolium obſiderent: Cuniculi leporuꝫ genus ſũt: inquit Plinius:quos hiſpania ſic appellat:hi terram ſub qua habitant aſſidue effodiunt: a quibus foſſę ſubterranę cuniculi ſunt dicti. Martialis. Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris Monſtrauit tacitas hoſtibus ille uias. Corrogati:precibus aſtricti. Dignitatis ſuę:ſi enim meminiſſent q̃ nam eſſent:exorari ſe ab Antonio non ſiuiſſent: neqꝫ cõueniſſent omnino:& timuiſſẽt cũ timendum eſſet:cumqꝫ de Antonio ea excitata fama eſſet:ut nihil non hoſtile expectari ab eo poſſet. Conſularis quidam: unus ex his qui conuenerant: non ignoras relaturuꝫ & dicturum de Octauio Antoniũ ſcriptum attulerat quid dicere.

Cõuenerũt corrogati q̃dem ampli q̃dẽ homĩes: ſꝫ ĩmemores dignitatis ſuæ:Is eniꝫ erat dieſ ea fama: is ĩpet⁹ ei⁹ q ſenatũ uocarat:ut turpe ſenatori eſſet nihil timere. Ad eos tamen ipſos qui conuenerant ne uerbum quidem auſus eſt facere de Cæſare cum de eo cõſtituiſſet ad Senatum referre:aſcriptam attulerat Cõſularis quidam ſentẽtiam. Quid eſt aliud de eo referre nõ audere qui contra ſe Conſulẽ exercitum duceret:niſi ſe ipſum hoſtem iudicare? Neceſſe enim erat alteruꝫ eſſe hoſtem. nec poterat aliter de aduerſariis ducibus iudicari. Si igitur. C. Cæſar hoſtis: Cur Conſul nihil refert ad Senatum? Si ille a Senatu notandus non fuit:quid poteſt dicere: quin cuꝫ de illo tacuerit:ſe hoſteꝫ eſſe confeſſus ſit? Quẽ in edictis Spartachum appellat: hunc in Senatu ne ĩprobum quidem dicere audet. At in rebus triſtiſſimis quantos excitat riſus? ſentẽtiolas edicti cuiuſdam memoriæ mandaui: quas uidetur ille peracutas putare. Ego autem qui ĩtelligeret q̃d dicere uellet:adhuc neminẽ ĩueni. An ulla cõtumelia ẽ quaꝫ facit dign⁹ primũ q̃d ẽ dign⁹? naꝫ etiaꝫ malo gigni multi:ſicut ipſe an quaꝫ facit:is q cũ dignitate ẽ? Quæ aũt põt eẽ maior? Quid ẽ porro facer cõtumeliaꝫ? Quis ſic loq̃t? Deĩde nec timor quem denunciat inimicus. quid eſt ergo? Ab amico timor denunciari ſolet. horum ſimilia deinceps. Nonne ſatius eſt mutum eſſe q̃ q̃ď nemo ĩtelligat:dicere? Hem cur magiſter ei⁹

Quid eſt aliud: ratiocinatio pulchra:qui nõ audet de eo referre:qui contra ſe conſuleꝫ exercitum ducit:is ſe conſulẽ nõ eſſe:ſed hoſtem indicat:Antonius non eſt auſus contra Cęſarem hęc agentem referre:ergo ſe hoſtem indicat Antonius.

Alterum:aut Cęſarẽ:aut Antoniũ. Ille:Octauius. Quẽ in edictis ſpartachũ:Spartach⁹ Chryſus &Oenomaus gladiatores effracto Lentuli cuiuſdã cognomento Bartiani ludo cũ triginta haud amplius eiuſdeꝫ fortunę uiris erupere Capua: ſeriuſqꝫ ad uexilla uocatis decem milium ſtatim cõtraxerãt exercitum: Complures contra hos miſſi imꝑatores:omnes ſuperati ſunt:Clodius.P.Vatinius:Gellius & Lentulus conſules:a Craſſo tandem uicti & deleti:ipſe Craſſus omnes eſt urbem ingreſſus. In rebus triſtiſſimis:mœſtiſſimis:reb⁹ nrĩſ i qb⁹ ridere nẽo debeat:riſus tñ ꝯcitat ea ẽ i uerbis ieptitudine.

An ulla cõtũelia ẽ quã facit dign⁹? Hęc ẽ illa ſentẽtiola in edicto Antonii. Dicere aũt uolebat Antõi⁹:Neqꝫ octauio:neqꝫ cuiq̃ ſe facere ꝯtumeliã q digne & iure faceret:dictũ irridet Ci.qa dign⁹ i utrãqꝫ ꝑtẽ accipiť bonã & malã: & fortaſſe inqt Antoni⁹ dignũ ꝑ eo poſuit ſic locut⁹:q eẽt in dignitate:quoniã ipſe ꝯſul. Quid ẽ porro:ac ſi diceret:& hoc ignoras nã ꝯtũelia qď Labeo ait Iurecõſult⁹ a contẽno diciť:& ẽ ſpãlis cum iniuria ſit generalis potius ergo Antonio dicendũ fuerat an ulla ẽ iniuria quã facit dign⁹. Nec timor quem denũciat inimicus:Alia edicti antoniani ſententiola:inepta ſane.neqꝫ enim inimicus denũciat timorẽ:ſed facit:& ſic inqt Antoni⁹ q̃ſi amicus denũciat timorem.nam ſi nõ eſt timor quẽ inimic⁹ denũciat:queri põt ſit ne timor quẽ amic⁹ denũciet? Magiſter tu⁹:Sex.Clodi⁹

UVA. BHSC. IyR_187

Ex oratore arator:hoc ideo ait:quoniā ei Antoñius duo milia iugera agri leontini aſſi
gnauerat:ut tanta mercede nihil ſape diſceret:quod inqt prius. Infatuet:fatuū reddat
Eſt aūt fatuus q inepta loquitur:ut ait Donatus.uel plene inſipiēs:ut aliis placet.Tractū
uerbū a cibis:q cū nō ſapiūt:fatui dicūtur. Quid attinuerit:qd neceſſe fuerit. L.Caſ
ſio:hi quos enumerat uiri boni erāt:& de repu.optime meriti:quos repugnantes libidini
ſuę oderat Antonius. Cui ſe
natus cōſulto:quęrit cur ueni
re in ſenatum hos ꝓhibuerit:&
cui inqt ſenatus conſulto ne ſe
obiicerēt:& ipedimento eēnt ti
mebaṫ. De ſupplicatiōe fortaſ
ſe.M.Lepidi ď qua referendū
fuerat:id inqt erat ꝑiculū: ac ſi
diceret minime.nā ironice ait :
cū oēs etiā ſua ſponte aliqd ho
noris extraordiarii.M.Lepido
decerni cogitarēt. M.Lepidus
magiſter eqtū Cęſaris dictato
ris fuerat:tūc & pōt.max. erat
& q̄ttuor ꝑerat legionib⁹:in hi
beriā cui ꝓuincię ꝓfectus a Cę
ſare fuerat ꝓfectur⁹ i gallia aūt
ſubſtiterat trāſalpina nō ꝓcul
a Plāco cui⁹ hęc erat ꝓuincia.
Lepido ide uictus Antonius ſe
coniūxit.Supplicationē decer
ni Lepido amici ei⁹ & ꝓpinq:ut
mos erat:poſtulauerāt.& quo
niā exercitui ꝑeſſet ac rēpu.ꝓ
be gereret: & quoniā erat pon
ti.max.ſolitus erat decerni hic
honor:& nemo inqt Cicero im
pediſſet:iōq; hos ꝓhibitos ſena
tu ab Antonio ꝙ uerereṫ ne ſe
natus ꝯſulto de tali re itercede
rent:credere nō poſſum⁹ De
legiōe quarta:quę ad.C.Octa
uii trāſierat auctoritatē. De
ſupplicatiōe.M.Lepido decer
nēda. P er diſceſſionē:i ſena
tu ď diuinis pri⁹ reb⁹ q̄ hūanis
referebaṫ: & aut infinite de re
publica gerendū ne eēt bellū:
agenda pax:aut de ſingulis reb⁹ finite,ut idicēdū,ne eēt bellū carthaginēſib⁹:hoſtis ne eēt
iudicandus Antonius.Tunc cum relatum ſic fuiſſet:ſenatus conſultum fiebat:ſed duob⁹
modis:aut per diſceſſionem ſi conſentiretur:aut ſi res dubia eſſet ꝑ ſinguloꝝ ſentētias ex
quiſitas.Singuli aūt gradatim conſulebantur.auctor.A.Gelius.De ſupplicatiōe cū refere
baṫ ſinguli ꝯſulebāṫ ſemp.Sed quaſi ad Antonii factū alludit Cicero.nā ſtatim ſeſe ꝓri
puit:& urbem egreſſus ē:quod prius diximus. Paludati:paludamēta omnia iſignia ſūt
& militaria ornamēta.Cum enim exit ad bellum prętor aut conſul: Lictores mutauerint
ueſtem:& ſigna incinuerint:paludatus dicitur ꝓficiſci:quod conſpiciūtur q paludamen
ta habēt:ac fiūt palam ſic dicūtur.auctor Varro.paludati ergo ad bellū proficiſcentis.
Lucis:noctu enim abiit. Pręclara tamē:ironice. Religioſa:minime religioſa.neq;

ex oratore arator factus ſit. ut poſſideat in agro
publico.P.R.campi leontini.ii.M.iugerum im
munia ut hominem ſtultū magis etiam infatuet
mercede publica.Sed hæc leuiora fortaſſe. illud
quæro cur tam ſubito manſuetus in ſenatu fue
rit cum in edictis tam fuiſſet ferus! Quid autem
attinuerit. L.Caſſio Tri.ple. fortiſſimo & con
ſtantiſſimo ciui mortem denunciare ſi in ſenatū
ueniſſet. Darſulenum bene de.R.P. ſentientem
a ſenatu ui & minis mortis expellere! Tiberinum
canutium a quo erat honeſtiſſimis cōtentioni
bus & ſæpe & iure uexatus non templo ſolū:ue
rum etiam aditu prohiberi Capitolii! Cui.S.cō
ſul.ne intercederent uerebatur de ſupplicatione
credo.M.Lepidi clariſſimi uiri atque id erat pe
riculum de cuius honore extraordinario quoti
die aliquid cogitabamus ne eius uſitatus honos
impediretur : ac ne ſine cauſa uideretur edixiſſe
ut ſenatus adeſſet: cum de rep. relaturus fuiſſet
allato nuncio de legiōe Quarta mente concidit
effugere feſtinans.S.C. De ſupplicatione per di
ſceſſionem fecit cum id factum eſſet antea nun
quam:q̄ uero profectio poſtea quod iter palu
dati!quæ uitatio oculoꝝ:lucis: urbis:fori!q̄ mi
ſera fuga:q̄ fœda:q̄ turpis!præclara tamen.S.C.
in illo ipſo die ueſpertina prouinciarum religio
ſa ſortitio diuina uero opportūitas!ut quæ cuiq;
apta eſſet:ea cuiq; obueniret.præclare igiṫ facitis

UVA. BHSC. IyR_187

Tri. Ple. qui de præſidio Conſulum: Senatuſq; referatis: meritoq; ueſtro maximas gratias uobis omnes & agere & habere debemus. Qui enim carere metu & periculo poſſemus in tanta hominũ cupiditate & audacia? ille aũt homo afflictus & ꝑditus quæ de ſe expectat iudicia grauiora q̃ amicoꝝ ſuoꝝ? familiariſſim⁹ eius mihi homo cõiũctus. L. Lentulus &. P. Naſo omni carens cupiditate nullaʒ ſe habere ꝓuinciam nullaʒ Antonii ſortitioneʒ fuiſſe iudicauerũt. Quod idem fecit. L. Philipp⁹ uir auo patre moribuſq; ſuis digniſſimus. In eadẽ ſentẽtia fuit homo ſũma integritate atq; ĩnocẽtia. M. Anturani⁹: ideʒ fecit. P. Appius: ipſi etiam q amiciciaʒ. M. Antõii ueriti plus ei tribuerũt: q̃ fortaſſe uellẽt. M. Piſo & meus neceſſarius & uir & Ciuis egregius pariq; ĩnocẽtia. M. Vehilius Senat⁹ autoritati ſe obtemperaturos eẽ dixerũt. Quid ego de. L. Cinna loqr? cuius ſpectata multis magniſq; rebus ſingularis ĩtegritas minus admirabilẽ facit huius honeſtiſſimi facti gloriaʒ: q omnino ꝓuĩciaʒ neglexit: quaʒ iteʒ magno aĩo & conſtanti. C. Ceſſeduis repudiauit? Qui ſũt igit̃ reliq quos ſors diuĩa delectet. L. Antõius &. M. Antõius? o felicẽ utrũq; nihil. n. maluerũt. C. Antõius Macedoniã: hũc quoq; fœlicẽ hanc. n. ſemp habebat ĩ ore ꝓuintiam. C. Caluiſius Africaʒ: nihil fœlicius. mõ. n. ex Africa deceſſerat: & q̃ſi diuinans ſe redituruʒ duos legatos Vticæ reliquerat. Deĩde. M. Ircius Siciliam. Q. Caſſius hiſpaniam. ñ habeo qd ſuſpicer duaꝝ credo ꝓuinciaꝝ ſortes minus diuĩas fuiſſe. O. C. Cæſarẽ: o adoleſcentẽ te appello: q̃ tu ſaluteʒ. Reipub. attuliſti q̃ ĩprouiſaʒ q̃ repentinam? Qui. n. hæc fugiẽs fecerit: qd faceret inſequẽs? Etenĩ in cõtiõe dixerat: ſe cuſtodeʒ futuꝝ urbis: uſq; ad Kl. Maias ad urbẽ exercituʒ habiturum. O præclaꝝ cuſtodẽ ouium ut aiunt lupum. cuſtos ne urbis: an direptor & uexator eſſʒ Antonius? Et q̃dem ſe introituꝝ ĩ urbem dixit: exiturumq; cuʒ uellet. Quid illud? Nõne audiẽte populo ſedẽs pro æde caſtoris dixit niſi qui uiciſſet uictuꝝ neminẽ. hodierno die primuʒ. P. C

enim ſorte diuiſę ſunt ꝓuincię ſed quam qſq; uoluit occupauit. Ille: Antonius his omnibus quos enumerat prouĩcias decreuerat Antonius: quas nõ rite conceſſas: & ab eo qui concedere neqret accipere uoluerant: & ſenatui ſe obtemperaturos eſſe ꝓfeſſi ſũt. De. L. Cinna: Hic pretor erat quando occiſus eſt Cęſar: in quem fuerat inuectus: ueſtem uero militarẽ quem prębuerat Cęſar: reiecerat. Erat aũt affinis: militib⁹ uero quibuſdam inſequentibus: & domũ in quã cõfugerat ſuccendere parantibus: ęgre a Lepido eſt ſeruatus. Cũ poſtea cęſaris cadauer cõbureret̃: & Antonii oratione concitata plebs ad ꝑcuſſoruʒ curreret domos: Cinna alter Tri. pl. qui hic eſſe credebat̃ nõis ſimilitudine errorem faciẽte: furore multitudinis occiſus ẽ: auctor Appianus

Sors diuina: ironice: aut qa ſic uocabat Antoni⁹. L. Antonius: Antonii frater. C. Antonius patruus uticę: quę ciuitas fuit Africę in eodẽ ſinu ſita quo Carthago: ſecũda poſt illam & auctoritate & magnitudine. Carthagine exciſa: metropolis & receptaculũ romanoꝝ ad res in Libya gerendas. Duarum: Sicilię & Hiſpanię: q enĩ eas ſortiti fuerant. M. Ircius & Qu. Caſſius in Antonii uoluntate nõ erant. Adoleſcenteʒ: ne uideretur Cęſarẽ Iulium appellare. Qui enim hęc fugiens: te ita ꝓuincias diſturbatas

Ouiũ ut aiũt lupũ: Terenti⁹ oue lupo cõmiſiſti. Pro ęde caſtoris: quę fuit ĩ foro rõano.



UVA. BHSC. IyR_187

Qui fui: qualis fui: & ipſe reſpondet. Conglutinatus: cõpoſitus & compactus. Ingenuũ: liberale. Paternum: patrum & maiorꝝ noſtrorũ. Si illa tulimus: pp Iuliũ hoc dicit Pœnę fatalis: qd' fato quodã populi romani ut ferremus decretum erat. Non tulim⁹: alĩ quando eniz a nobis depulim⁹ Iulio occiſo. Huius: Antonii Succẽſere: ex iuſta cauſa iraſci: greci ɛιμφοσɯ dñt. Ei⁹: Cęſaris. Hortos: quo circaz tiberim publice reliquerat Iulius. Ex his: hortis. Ornamenta: ſtatuas: tabulas abacos: mẽſas. Ex funere: a Iulii funere. E re publica: ex reipublice utilitate. Prouĩcias: cretã

longo interuallo in poſſeſſionem libertatis pedẽ ponimus: cuius quidẽ ego quoadpotui: nõ modo defenſor ſed etiam cõſeruator fui. cũ autẽ id facere nõ poſſez: qui fui? nec abiecte nec ſine aliq̃ dignitate: caſum illũ tẽporꝝ & dolorẽ tuli. Hanc uero teterrimam beluam quis ferre poſſet? aut quomõ? quid ẽ in Antonio præter libidinẽ? crudelitatem? petulantiaz? audaciaz? Ex his cõglutinatus ẽ: nihil apparet ĩ eo ĩgenuũ: nihil moderatum: nihil pudẽs: nihil pudicum. quapropter quoniaz res ĩ id diſcrimen adducta ẽ utrꝝ ille pœnas Rei. Pu. luat: an nos ſuiamus: aliq̃ñ per deos ĩmortales. P. C. paternũ animũ uirtutẽqz capiamus. aut libertatẽ propriam Romani generis & nominis recuperem⁹. aut mortẽ ſuituti anteponamus. Multa quæ ĩ libera ciuitate ferẽda non eſſent tulim⁹: & ppeſſi ſum⁹: alii ſpe recuperandæ libertatis: alii uiuẽdi nimia cupiditate. Sed ſi illa tulim⁹ quæ neceſſitas ferre coegit: uiſqz quædaz pœnæ fatalis quæ tñ ipſa nõ tulim⁹: etiam ne huius ĩpuri latronis feremus teterrimũ crudeliſſimũqz dominatũ? Quid hic faciat ſi potuerit iratus: qui cuz ſuccẽſere nemini poſſet: omnib⁹ bonis fuerit inimicus? Quid hic uictor ñ audebit: q nullam adeptus uictoriam: tanta ſcelera poſt Cæſaris interitũ fecerit? Refertam ei⁹ domũ exhauſerit? hortos compilarit? Ad ſe omnia ex his ornamẽta tranſtulerit? Cædis & ĩcẽdiorꝝ cauſaz quæſierit ex funere? duob⁹ aut tribus Senat⁹. C e R. P. bñfactis reliquas res ad lucrũ prædamqz reuocauerit? uendiderit? ĩmunitate ciuitates liberauerit? ꝓuincias uniuerſas ex imperii. P. R. iure ſuſtulerit? exules reduxerit? falſas leges. C Cæſaris nomine: & falſa decreta ĩ æs incidenda: & ĩ Capitolio figẽda curauerit? earumqz rerũ omnium domeſticũ mercatũ ĩſtituerit? P. R. leges ĩpoſuerit? Armis & præſidiis: P. R. & Magiſtratus foro excluſerit? Senatum ſtipauerit armis? Armatos in cella Concordiæ cum Senatum haberet: incluſerit? ad legiones Brunduſiũ cucurrerit. ex his optime ſentientes Centuriones iugulauerit? Cum exercitu Romam ſit ad interitum

UVA. BHSC. IyR_187

noſtrum & ad diſpditionē urbis uenire conatus:
atqʒ is ab hoc īpetu abſtractus conſilio & copiis
Cæſ. cōſenſus ueteranoꝶ: uirtute legionū! Nec
fortuna qdem fract⁹ minuit audaciam. nec ruer̄
demēs nec furer̄ deſinit. In Galliaʒ mutilatū du
cit exercitū. cum una legiōe: & ea uacillante. L.
fratrē expectat! quo neminē repire pōt ſui ſimi
liorem. Ille autē ex Mirmillone dux & gladiato
re Impator quas fecit ſtrages ubicūqʒ poſuit ue
ſtigia! Cædit greges armentoꝶ: reliquiqʒ peco
ris quodcūqʒ nactus ē: epulant̄ milites! ipſe aūt
ſe ut fratreʒ imitet̄ obruit uino. uaſtant̄ agri! di
ripiunt̄ uillæ: matreſfamilias: pueri ingenui arri
piunt̄: militib⁹ tradunt̄. Hæc eadē quacūqʒ exer
cituʒ duxit fecit Antōius. his uos teterrimis fra
trib⁹ portas apietis! hos īquaʒ ī urbeʒ recipietis!
Non tēpore oblato ducibus paratis: animis mili
tum īcitatis. P.R. cōſpirante: Italia tota ad liber
tatem recuperandaʒ excitata: deoꝶ īmortaliuʒ be
neficio utemini. nullū erit tempus hoc amiſſo: a
tergo: a fronte: a laterib⁹: tenet̄. ſi ī Galliam uene
rit: n̄ ille armis ſolū: ſed etiam nr̄is decretis urgē
dus ē. Magna uis ē: magnū numen unū & idem
ſentiētis Senatus. uidetis ne refertū foꝶ. P.R. ad
ſpem recupandæ libertatis erectū. q longo inter
uallo cū frequētes hic uidet nos: tum ſperat ēt
liberos cōueniſſe: hūc ego dieʒ expectans. M. An
tonii ſcelerata arma uitaui: tū cum ille ī me abſē
tem īuehens: nū ītelligebat ad quod tēpus me &
meas uires reſuarem. Si. n. illi tum cædis initiuʒ
a me quærēti reſpōdere uoluiſſeʒ: nūc. R.P. con
ſulere nō poſſem. Hanc uero nact⁹ facultatē: nul
luʒ temp⁹. P.C. dimittā neqʒ diurnum neqʒ no
cturnū: qn de libertate. Po. Ro. de dignitate nr̄a:
qđ cogitandū ſit: cogiteʒ! qđ agendū ſit atqʒ fa
ciendū: id nō mō nō recuſeʒ: ſʒ appetᵃ etiam atqʒ
depoſcam. Hoc feci ſemp dū licuit. intermiſi qđ
nō licuit. iam n̄ ſoluʒ licet ſed neceſſe ē &: niſi ſui
re malum⁹: q̄ ne ſuiam⁹ animis armiſqʒ decerne
re. Dii immortales nobis hec præſidia dederunt.
Vrbi Cæſareʒ. Brutuʒ Galliæ. Si. n. ille urbeʒ op
primer̄ uoluiſſet ſtatī: ſi Galliam teneret: paulo

Cęſaris. C. Octauii. For
tuna: rebus ad uotum nō fluen
tibus. Mutilatum: īminutum
Martia & Quarta legionib⁹ de
ficientibus. Ex mirmillone:
nam Mirmillo prius fuerat: q
aduerſus retiariū pugnabat: in
cuius galea piſcis effigies erat:
Retiario uero aduerſuſ mirmil
lonē pugnante: cantabatur: nō
te peto: piſcem peto: quid me fu
gis galle. Hoc genus pugnę in
ſtituit Pictacus mithylene⁹. au
ctor Pompeius Feſtus. Cę
dit greges armentorum: ac ſi di
cat ipſos ditiores & potētiores
Spoliat ipſe reliquos tenuioreſ
operis & ſectatoribus ſuis prę
dę relinquit. Et grex quidem
generalius nomen eſt: armen
tum ſpecialius. & ꝑ omni mul
titudine ponitur tam hominuʒ
q̄ brutoꝶ: & taʒ maioꝶ q̄ mino
rum. Vaſtātur: uacui reddū
tur. Veſtris decretis: ut is pu
blicam addamus auctoritatem
qui ſua ſpōte perſequūt̄. Lō
go interuallo: diu enim qđ pri
us dictum: nō conuenerūt ſena
tores. Querētī: tūc cū ī Cicero
nē dixit: & Cicero ī ſeatū n̄ uēit
Statim: ſubito. neqʒ enim diſ
ferret cuiuſ q̄ optimi interituʒ.
Si Galliam teneret paulo
poſt: cum rediret ſcilicet.



UVA. BHSC. IyR_187

Signū date: oſtendite & prę
uobis ferte. Ille: populus. Ho
neſte: non cedentes neq; fugiē
tes: ſed pugnantes. In utrāq;
partem: &. bonam & malam. Ci
cero in epiſtola: Iam iidem illi
& boni & mali ciues uidenť: q
uideri ſolent. Nūc inquit quo
animo quiſq; ſcit cognoſcitur:
cupiat ne libertatem an ſeruire
malit. Conſules: Pāſa & Hir
tius. In poſteꝝ: in ea quę fu
tura cōiectamus. Cicero in epi
ſtola ad Cęliū. Sed ut ab homi
ne longe in poſteꝝ pꝛoſpicien
te: a te futura expecto. Serui
tutis recordatio: quę fuit durū
pati meminiſſe dulce eſt: inquit
Seneca & Aeneas Virgilianus:
Forſan & hęc olim meminiſſe
iuuabit. Quas ob res: cōclu
ſio in qua de tota re ſuam ꝓfert
ſententiam. Quodq; edictū:
ordo & ꝙ edictuꝫ propoſitum
eſt Decimi Bruti conſulis deſi
gnati ita. I. cenſeo Brutuꝫ & re
liqua. & ita cenſeo ad ſummam
reipu. pertinere: Senatum arbi
trari obtineri ꝓuincias ex lege
Iulia a Decimo Bruto & reliq̄.
Decimus Brutus & CN. Plau
cus: Conſules erant deſignati.
Conſulatū finito Panſę & Hir
tii magiſtratu inituri: & CN. q
dem planius ulteriorem Galli
am: cum imperio obtinebat: &
tribus legionibus. Ad hanc
Ciceronis epiſtolę lib. decimo

poſt optimo cuiqꝫ pereūdum? reliquis eſſꝫ ſui
endum. Hanc igiť occaſionem oblatam tenete ꝑ
deos immortales. P. C. & ampliſſimi orbis terræ
conſilii Principes uos eſſe aliqn̄ recordamini. ſi
gnum date. P. R. conſiliū ueſtrum nō deeſſe. R
P. quoniam ille uirtutem ſuam non defuturam
eſſe profiteť. Nihil ē quod moneam: nemo ē taꝫ
ſtultus: qui non ītelligat ſi dormierimus hoc tē
pore: nō modo crudelem ſuꝑbamqꝫ dominatio
nem nobis: ſed ignominioſam & flagitioſam eſſe
ferendaꝫ. Noſtis īſolentiam Antonii: noſtis ami
cos: noſtis totam domū libidinoſis: petulantib⁹:
impuris: īpudicis aleatorib⁹ ebriis ſuire: ea ſum
ma miſeria eſt: ſūmo dedecore coniuncta. Quod
ſi iam: quod dii omnem auertant: fatū extremū.
R. P. uenit quod gladiatores nobiles faciunt: ut
honeſte decumbant: faciamus nos Principes or
bis terraꝝ: gentiumqꝫ omnium. ut cum dignita
te potius cadamus: q̄ cum ignominia ſuiamus.
Nihil eſt deteſtabilius dedecoř. nihil fœdius ſer
uitute. ad decus & libertatē nati ſumus. aut hæc
teneamus. aut cum dignitate moriamur. Nimiū
diu teximus: quid ſentiremus. Nūc iam apertū
eſt: omnes iam patefecerūt: ī utranqꝫ partem qđ
ſentiant: quid uelint. ſūt īpii ciues ſed pro carita
te. R. P. nimium multi. pro multitudine bene
ſentientium admodum pauci: quoꝝ opprimen
doꝝ dii īmortales incredibilem. P. R. poteſtateꝫ
& fortunam dederunt. Ad ea enim præſidia quæ
habemus: iam accedunt Conſules ſūma pruden
tia uirtute concordia: multos menſes de. P. R: li
bertate cōmentati atqꝫ meditati. his autoribus &
ducib⁹ diis iuuantibus: nobis uigilantib⁹ & mul
tum īpoſterum prouidentibus. P. R. conſentien
te erimus profecto liberi breui tempore iucūdio
rem autem faciet libertatem ſeruitutis recorda
tio. Quas ob res ꝙ. Tri. Ple. uerba fecerūt ut Se
natus Kl. Iañ. tuto haberi: ſentētiæqꝫ de ſumma
Republica libere dici poſſint: de ea re ita cēſeo ut
C. Panſa. A. Hircius Conſules deſignati debet
operam ut Senatus Kl. Iañ. tuto haberi poſſit.
ꝙqꝫ edictuꝫ. D. Bruti īꝑatoris cōſulis deſignati

UVA. BHSC. IyR_187

optime de.R.P.meriti ꝓpoſitum ſit Senatū exiſtimare.D.Brutum Imperatorem Conſulē deſignatum optime de Repub.ꝓmereri.cū Senatus autoritatem populiq; Ro.libertatē Impiumq; defendat.quodq; Galliam ꝓuinciam citeriorem optimoꝝ & fortiſſimoꝝ uiroꝝ amiciſſimoꝝ.P.R.ciuium exercitum ī Senat⁹ poteſtate retineat id eū exercitumq; eius municipia colonias prouintiæ Galliæ recte atq; ordine:exq;.R.P.feciſſe & facere.Senatū ad ſummam.R.P.ꝑtinere arbitrari a.D.Bruto & ab.L.planco Imperatoribus Conſ.deſignatis Itemq; a cæteris qui prouintias obtinent:obtinere ex lege Iulia:quoad.S.C.cuiq; eoꝝ ſucceſſum ſit.eoſq; dare opam ut hæ prouintiæ Galliæq; exercit⁹ in Senatus.P q;.R.poteſtate:præſidioq;.R.P.ſint.Cumq; opera uirtute conſilio.C.Cæſ.ſūmoq; conſenſu militu; ueteranoꝝ:qui eius autoritatē ſecuti.R.P.præſidio ſunt & fuerunt: & a grauiſſimis periculis.P.R.defenſus ſit:& hoc tempore defendaẗ.cūq; legio Martia Albæ conſtiterit in municipio fideliſſimo & fortiſſimo ſe ſeq; ad Senatus autoritatem.Pq;.R.libertatem cōtulerit ꝙ pari conſilio eademq; uirtute legio Quarta uſa:L.Egnatuleio duce ciue egregio Senatus autoritatem.Pq;.R.libertatem defendat ac defenderit:Senatui magnæ curæ eſſe ac fore:& ut pro tantis eoꝝ meritiſ honores eis habeanẗ gratiæq; ꝛ̄ferantur.Senatui placere:ut.C.Panſa.A.Hirci⁹ Cōſules deſignati:cū Magiſtratu; inierint:ſi eis uidebiẗ:primo quoq; tpe de his rebus ad hunc ordinē referant:ita uti de Repub.fideq; ſua cenſuerint.

.M.T.C.in.M.Antonium ad Quirites Philippica Quarta

f Requentia ueſtrū incredibilis cōtioq; tanta Quirites:quanta; meminiſſe nō uideor: & alacritatem mihi ſūmam affert.R.P.defendēdæ & ſpem recuperandæ libertatis.quanquam anim⁹ mihi quidem nunquam defuit.tempora defuerunt:

Lege Iulia: quia Decimo & Bruto Iulius ꝓuincias aſſignauerat. Cūq;:ordo eſt. Cēſeo ſenatui eſſe magnę curę ⁊c.

c Iceronis de.C.Cęſare ornando: Decimo Bruto:Gallia ꝓuincia:Martia & Quarta legionibus: quę Antoniū deſeruerant:ſententiā ſenatus uniuerſus cōprobauerat:decretūq; fuerat:ut quicqd ille cenſuerat:id fieret.Frequēs & cupidus cognoſcēdi ante curiā populus cōſtiterat: ad quē egreſſus Cicero: Quid actū in Senatu ſit:refert: & Antoniū iudicatum hoſtem: & ſi re magis q̄ uerbo oſtendit.Cū eni Octauiū ornandum:Decimū laudādum:ꝙ Antoniū ꝓuincia Gallia excluſerit:legiōes comprobandas ꝙ deſeruerint dicit cenſuiſſe ſenatum:manifeſte aſſerit colligi poſſe:non conſulē illū: ſed hoſte; putari. Ad libertatē recupandum populu; hortaẗ: in Antonii uero odium omnes accendit. In deliberatiuo genere poſita eſt oratio.Suadet eni; rempu.defendendā: & libertatem recupandā:& ſi incidit maiore ex parte demonſtratiuum genus:uitupatur enim Antonius:exorditur per ſpem qua; ex populi colligit frequentia:quē ueluti cupidū recupandę libertatis conueniſſe uult intelligi: ſuū ſed modeſte laudat ſtudiū.

Contio:in unū conuentus.

Anim⁹:ſēp ſpaui:& ꝯſeq optaui. Tpa:occaſio rei gerēdę.



UVA. BHSC. IyR_187

Lucis:nam ueluti i tenebris
eramuſ prius:ac ſi diceret:poſt
q̃ minus turbulēta nobis cepe/
runt eſſe. Ante facere: cū im
portunū erat: & reſiſti Antōio
naꝫ poterat. Nūc nō poſſeꝫ:
non periiſſem. Reliquarum
actionū ut trāſigi reliqua facile
poſſint:poſtq̃ n̄ uerbo adhuc:
re tamen hoſtis eſt iudicatꝰ An
tonius. Erectior: excitatior:
& magis in ſpe:ſicuti ꝯtra cade
re animus iis dicitur:qui extra
ſpem ſunt. Nec eniꝫ fieri po
teſt:ratiocinatio:aut ſunt impii
qui contra conſulem arma cō/
pararunt:aut ille hoſtis contra
quem ſunt arma ſuſcepta.ſed il
li qui arma cōpararūt pii ſunt:
quod multis rationibus ꝓbat.
ergo Antonius hoſtis.ad ueri/
tatem diſiūctiuę ſufficit alteraꝫ
partem ueram eſſe. Patrimo
nio:qđ effudit:ut ſupra dictuꝫ
eſt. Laudo laudo:condupli/
catio:quam πλοκνύ gręci di
cūt.multū uero habet uehemē
tię. Vel pueri potius: corre/
ctio:ut ſit admirabilior: ꝙ hęc
puer fecit. Immortalitatis:ac
ſi dicat diuinitatis cuiuſdam.

Multa:repetitio. Indies:quo
tidie. Ex hiſpanis militibus:
q habentur robuſtiſſimi:de q/
bus Sillius. Prodiga gens ani/
mę & properare facillima mor
tem.Nanq; ubi tranſcendit flo
rentes uiribus annos.Impatiēs
ęui ſpernit ueniſſe ſenectam:Et
fati modus in dextra eſt. Cō
ducere:quadrigētas drachmas
ſingulis pollicitus. Reditū:
Brunduſio. Pręſidiū: ad An
tonii furorem depellendum.

Sui patris.C.Cęſaris dicta/
toris. Quē: hoſtē.ſ.dūtaxat.

que ſimulac primū aliquīd lucis oſtēndere uiſa
ſunt: princeps ueſtræ libertatis defendēdæ ſemp
fui.quod ſi ante facere conatus eſſem:nūc facere
non poſſem.Hodierno enim die Quirites ne me/
diocrem rē actam arbitremini:fundamenta ſunt
iacta reliquaꝝ actionū. Nam ē hoſtis a ſenatu n̄
dum uerbo appellatꝰ ſed re iam iudicatꝰ Antoni
us.Nūc uero multo ſum erectior:ꝙ uos quoqꝫ
hoſtē illuꝫ eē tanto cōſenſu:tantoqꝫ clamore ap/
probauiſtis:nec.n. fieri pōt:ut nō aut ii ſint īpii
qui contra Cōſulem exercitū cōparauerunt:aut
ille hoſtis cōtra quem iure arma ſuſcepta ſunt.
Hanc igiť dubitationē:quanq̃ nulla erat:tn̄ ne q̃
poſſet eē:Senatus hodierno die ſuſtulit: C.Cæ/
ſar qui.R.P.libertatēqꝫ ueſtram ſuo ſtudio:cō/
ſilio:patrimonio deniqꝫ tutatus ē:& tutať:maxi
mis Senatꝰ laudibus ornatus ē:laudo laudo uos
Quirites cū gratiſſimis animis ꝓſeqmini nomē
clariſſimi adoleſcentis uel pueri potiꝰ. Sunt.n.
facta eiꝰ īmortalitatis: nō ætatis. multa nemini:
multa audiui:multa legi:nihil ex omniū ſeculo
rum memoria tale cognoui. q cum ſuitute præ
meremur:& ī dies malū creſceret: præſidii nihil
haberemus: capitalē & peſtifeꝝ Brunduſio.M.
Antonii reditū timeremus:hoc inſperatū omni/
bus conſiliū:incognituꝫ certe coepit:ut exercitū
īuictum ex Hiſpanis militibꝰ conduceret.Anto/
niiqꝫ furorem crudeliſſimis cōſiliis īcitatum a ꝑ
nicie.R.P.auerteret.Quis eſt.n.q hoc non ītelli
gat:niſi Cæſar exercitū parauiſſet: nō ſine exitio
noſtro futuꝝ Antonii reditū fuiſſe! Ita.n. ſe re/
cipiebat ardens odio ueſtri:cruentus ſanguine ci
uium Ro.quos Sueſſæ:quos Brunduſii occide/
rat:ut nihil niſi de ꝑnicie.R.P.cogitaret.Quod
autem erat præſidiuꝫ ſalutis: libertatiſqꝫ ueſtræ
ſi.C. Cæſaris fortiſſimoꝝ ſuiqꝫ patris militum
exercitus nō fuiſſet! Cuius de laudibus & hono
ribus qui ei pro diuinis & īmortalibꝰ meritis di/
uini īmortaleſqꝫ debenť: mihi Senatus aſſenſus
paulo ante decreuit:ut primo quoqꝫ tēpoř refer
retur. quo decreto qs non proſpicit Antonium
hoſtem eſſe iudicatum! Quem enim appellare

UVA. BHSC. IyR_187

poſſumus eum: contra quem qui exercitus ducunt: iis Senat⁹ arbitratᷣ ſingulares exquirendos honores? Quid legio Martia? quæ mihi uidetur diuinit⁹ ab ipſo deo traxiſſe nomen a quo. P. R. generatū accepim⁹? nõ ne ipſa ſuis decretis priuſq̃ Senatus hoſtẽ iudicauit Antoniũ? Nam ille ſi nõ hoſtis: q Cõſulẽ reliquerũt: hoſtes neceſſe ẽ iudicem⁹. præclara & luculẽta reclamatiõe ueſtra factũ pulcherrimũ Martialiũ cõprobaſtis: q ſe ad Senatus autoritatẽ: ad libertatẽ uẽam: ad uniuerſam. R. P. contulerũt. Hoſtẽ illum & latronẽ & parricidam patriæ reliquerũt: nec ſolũ id animoſe & fortiter: ſꝫ cõſiderate ẽt: ſapiẽterq̃ fecerunt. Albæ cõſtiterũt ĩ urbe opportuna: munita: ꝓpĩqua: fortiſſimoꝝ uiroꝝ fideliſſimoꝝ ciuium atq̃ optimoꝝ. Huius Martiæ legionis legio. iiii. imitata uirtutem duce. L. Egnatuleio quẽ Senat⁹ merito paulo añ laudauit. C. Cæſaris exercitum ꝑſecuta ẽ. Quæ expectas. M. Antonii iudicia grauiora? Cæſar fertᷣ ĩ cælum q cõtra te exercitũ cõpauit. laudantᷣ exquiſitiſſimis uerbis legiões quæ te reliquerũt. quæ a te accerſitæ ſũt: quæ tuæ eẽnt: ſi te cõſulẽ q̃ hoſtẽ maluiſſent. quaꝝ legionũ fortiſſimũ ueriſſimuq̃ iudiciũ cõfirmat Senat⁹. cõprobat uniuerſus. P. R. niſi forte uos Quirites Cõſulẽ: nõ hoſtẽ iudicatis Antõiũ? Sic arbitrabar Quirites uos iudicarᷣ ut oſtẽditis. mũicipia: colõias præfecturas: Nũ aliter iudicarᷣ cẽſetis? oẽs mortales una mẽte conſentiũt. oĩa arma eoꝝ q hæc ſalua uelĩt: ꝯtra illã peſtẽ eẽ capienda. Quid. D. bruti iudiciũ Quir. qđ ex hodierno ei⁹ edicto pſpicerᷣ potuiſtis? Nũ cui tandẽ cõtemnendũ uidetᷣ? Recte & uere negaſtis. Quir. Eſt. n. q̃ſi deoꝝ ĩmortaliũ bñficio & munerᷣ datũ. R. P. Brutoꝝ gen⁹. & nomen ad libertatẽ. P. R. uel cõſtituendã uel recuperandã qđ igitᷣ. D. Brut⁹ de. M. Antõio iudicauit? excludit ꝓuĩtia. exercitu obſtitit. Galliã totã hortatᷣ ad bellũ. ipſã ſua ſpõte ſuo quoq̃ iudicio excitatam. Si Cõſul Antoni⁹, Brut⁹ hoſtis. Si cõſeruator. R. P. Brut⁹: hoſtis Antoni⁹. Num igitur utrum hoꝝ ſit dubitarᷣ poſſum⁹? Atqui ut uos

Ab ipſo deo: Marte. P. R. generatũ: ꝓpter Romulũ q ex rhea Siluia: & marte natus traditur. Nã: ratiocinatio. Luculenta: clara. Auctoritatẽ: conſenſum & uoluntatẽ. Opportuna: & ad laceſſendũ: & ad ſe tutandũ: eſt enim in excelſo locata ſaxo: qua ꝑ noxiorũ cuſtodia uſi olim romani ſunt: ut Strabo ait. A te accerſitᷣ: cũ eſſent in Macedonia. Niſi forte uos Quir. Hic coniicim⁹ aut uoce: aut nutu: aut quouis alio ſigno populum: hoſtem Antoniũ: uel potius prius acclamatione iudicandum ſignificaſſe.

Illam peſtem: Antoniũ. Recte & uere negaſtis. ſ. contemnendũ. D. Bruti edictũ qđ ille ꝓprętor Gallię: & conſul deſignatus ꝓponi curauerat: non ceſſuꝝ Antonio ꝓuĩcia: eumq̃ ꝑ ſenatus arbitrio retenturũ.

Vel conſtituendã: ut Iunius Brut⁹ fecit exactis regib⁹. Vel recupãdam: ut paulo añ. M. & D. Bruti egerãt Cęſ. trucidato.



UVA. BHSC. IyR_187

Quę eſt enim alia laudanda
defenſio:q̄ eius qui ab hoſte de
fenderit. Infinita Pompei:iñ
deficiens Pompei bonoꝝ uen/
ditio. Quibus:latronibus.
Si enim:conſentire deos im/
mortales ad remp.conſeruādā
ſic colligit:Dii imortales euen/
tura prodigiis & portētis denū
tiant:Conſenſus & conſpiratio
omniū ad eandē rem:ſine deo/
rum impulſu eſſe non poſſunt.
& hęc prodigioꝝ atqꝫ porten/
toꝝ loco accipere debemus:de
oſqꝫ uelle ut Antoni⁹ hoſtis iu
dicetur:libertas recuperet̃. Ci
cero libro de diuinatiōe. Quia
enim oſtendūt:portendūt: mō/
ſtrant:prędicūt:oſtenta:portē/
ta:monſtra:prodigia dicuntur.

una mente ūnaqꝫ uoce dubitare uos negaſtis:Sic
modo decreuit Senat⁹.D. Brutū optīe de.R.P.
mereri:cum Senat⁹ autoritatē.Pqꝫ.R.libertatē:
impiumqꝫ defenderit.a quo defenderit? Nēpe ab
hoſte.quæ ē.n.alia laudāda defēſio? Deīceps lau
datur ꝓuincia Gallia:meritoqꝫ ornat̃ uerbis am/
pliſſimis a Senatu:ꝙ reſiſtat Antōio.quē ſi Con
ſuleꝫ illa ꝓuītia putaret neqꝫ eū recipet : magno
ſcelere ſe aſtrīgeret.Omnes.n.ſub Cōſulis iure:
& impio debēt eſſe ꝓuītiæ:Negat hoc.D. Brut⁹
impator Conſul deſignatus natus.R.P. ciuis.
negat Gallia.negat cūcta Italia.negat Senat⁹:ne
gatis uos. Quis igit̃ illū Con.niſi latrōes putāt?
quanq̄ ne ii qdeꝫ ipſi quod loquunt̃.id ſentiunt.
nec a iudicio omniū mortalium quanuis impii
nefariiqꝫ ſint:ſicut ſunt:diſſentire pn̄t. Sed ſpes
rapiēdi atqꝫ prædandi occæcat animos eoꝝ:quos
non bonoꝝ donatio : nō agroꝝ aſſignatio nō illa
infinita Pōpeii haſta ſatiauit:qui ſibi Vrbē:qui
bona & fortunas ciuiuꝫ ad prædam ꝓpoſuerūt.
qui dū ſit:quod rapiant:quod auferant:nihil ſi/
bi defutuꝝ arbitrant̃? Quibus.M.Antonius: o
dii īmortales auertite & deteſtamini quæſo hoc
omen:Vrbem ſe diuiſuꝝ eſſe promiſit. Ita uero
Quiri.ut præcamini ueniat quo huius amentiæ
pœna in eum familiāqꝫ eius recidat.quod ita fu
tuꝝ eſſe confido.Iam.n.non ſoluꝫ homines:ſed
etiam deos īmortales ad.R.P.cōſeruandam arbi
tror cōſenſiſſe. Si.n.prodigiis atqꝫ portentis dii
īmortales nobis futura prædicunt:ita ſunt apte
decūtiata:ut & illi pœna:& libertas nobis appro/
pīquet. Si.n. tantus conſenſus omniū ſine īpul/
ſu deoꝝ eſſe non potuit:quid eſt: ꝙ de uolunta/
te cæleſtium dubitar̃ poſſim⁹? Reliquū ē:Quir.
ut uos ī iſta ſententia quam præ uobis fertis:pſe
ueretis.Faciam igit̃ ut Impatores inſtructa acie
ſolēt:quanq̄ paratiſſimos milites ad præliandūꝫ
uideant:ut eos tn̄ adhortent̃:Sic ego uos ardētes
& erectos ad libertateꝫ recupandam cohortabor.
Non eſt:nō eſt uobis Quir. cum eo hoſte certa/
men:quo cū aliqua pacis conditio eē poſſit.Ne/
qꝫ.n.ille ſuitutem ueſtra ut antea . ſed iam irat⁹

UVA. BHSC. IyR_187

ſanguinem cõcupiſcit. Nullus ei ludus uidet̃ eẽ
iucundior : q̃ cruor : q̃ cædes quam ante oculos
trucidatio ciuiũ. Nõ eſſe uobis Quir. res cuꝫ ſce
lerato homine atqꝫ nefario: ſed cum ĩmani tetra/
qꝫ belua. quæ quoniam ĩ foueaꝫ ĩcidit : obruat̃.
Si. n. illinc emerſerit: nulliꝰ ſupplicii crudelitas
recuſanda erit. ſed tenet̃ premit̃. urget̃: Nũc his
copiis quas iam habemꝰ : mox his q̄s paucis die/
bus noui Conſules cõparabunt. Incũbite in cau
ſam Quir. ut facitis. Nunq̃ ĩter Senatum & uos
cõſenſus maior ĩ ulla cauſa fuit. nunq̃ tam uehe
menter cum Senatu cõſotiati fuiſtis. nec miruꝫ.
Agitur. n. non qua cõditiõe uicturi. ſed uicturi
ne ſimus. an cum ſupplicio ignominiaqꝫ peritu/
ri. quanq̃ mortem q̄dem omnibꝰ natura ꝓpoſuit
Crudelitatẽ mortis & dedecus uirtus ꝓpulſare
ſolet: quæ ꝓpria eſt Romani generis & ſeminis.
Hanc retinete quæſo Quirites: quam uobis tan/
q̃ hæreditatem maiores ueſtri reliquerũt. Quan
quam omnia alia falſa. ĩcerta ſunt: caduca mobi
lia. Virtus ẽ una altiſſimis defixa radicibus quæ
nunquam ulla ui labefactari poteſt : nullo unq̃
dimoueri loco. Hac uirtute maiores noſtri: pri/
mum uniuerſam Italiam deuicerunt. Deinceps
Carthaginẽ exciderunt. Numantiaꝫ euerterũt:
potentiſſimos Reges bellicoſiſſimas gẽtes ĩ dedi/
tionem huiꝰ Imp̄i redegerunt. Ac maioribꝰ qui
dem ueſtris Quir. cum eo hoſte res erat: qui ha/
beret. R. P. curiam ærariuꝫ: cõſenſum & concor
diam ciuiuꝫ: rationem aliquam: ſi res ita tuliſſet
pacis & fœderis. hic ueſter hoſtis ueſtram. R. P.
oppugnat. Ipſe habet nullaꝫ. Senatuꝫ ideſt orbis
terræ cõſilium delere geſtit. Ipſe cõſilium publi
cum nullum habet. ærarium ueſtrũ exauſit: ſu/
um nõ habet. Nam cõcordiam ciuium q habere
põt nullam qui habeat ciuitateꝫ? pacis uero quæ
põt cum eo eẽ ratio: ĩ quo eſt incredibilis crude/
litas: fides nulla? Eſt igit̃ Quir. P. R. uictori om
nium gẽtium omne certamen cũ excurſore: cuꝫ
latrone. cum Spartaco. Nam ꝙ ſe ſimilem Cati/
linæ eſſe gloriari ſolet : ſcelere par eſt. belli indu
ſtria ĩferior. Ille cuꝫ exercituꝫ nulluꝫ hr̃et: ĩpẽte

In foueaꝫ: ut lupus: urſus: ſo
ueis eni terra optis decipi ſolẽt
Noui conſules: Panſa & Hir
tius. Incumbite: inſtate totis
uiribus. Quãquã mortem :
quaſi iuri ſint ad mortem intre
pidi. & ſępe non mortẽ ipſam:
ſed genꝰ mortis deuitare ſtude
ant. Aeneas apud Virgiliũ: Nõ
mortem timet: ſed mortis gene
re triſtis eſt. Naufragio eni q̄d'
ait Heſiodus: perire graue eſt.
Quę propria eſt romani ge
neris: Liuiuſ. Romanoꝝ inquit
eſt fortia facere: fortia pati.
Quãquã: ac ſi diceret etiã ſi
maiores ueſtri uirtutem uobis
non reliquiſſent: ſua ſpõte uos
ad eam complectendaꝫ eiuſmo
di eſt: poteſt allicere. Excide/
rũt: ſuſtulerũt: penitꝰ tertio pu
nico bello. Numantiã: Vra/
coꝝ ĩ Celtiberia ciuitas hęc fu
it: ſummũ ſi ui res exiſtimes hĩ
ſpanię decus: de cuius nomine
dũtaxat poſterior triumphauit
Scipio. ſe. n. & ſua ferro & igni
perdiderũt Numantini. Cuꝫ
eo: tali. Qui haberet: hęc om
nia. ſ. ut Tarentinus: Carthagi
nenſis. Si res ita tuliſſet: ſi ui
cti fuiſſẽt maiores noſtri. Hic
ueſter hoſtis: Antonius. Aera
riũ: ubi publicę ſeruabãtur pe
cunię: quod Romę fuit in ęde
Saturni. Nam concordiaꝫ ci
uium: ubi ciuitas eſt: hoc eſt ci
uiũ multitudo: illic concordia
põt eẽ: ſi ꝯſentiãt : & diſcordia ſi
diſſentiãt. Excurſore: q uaga
tur & huc : atqꝫ illuc excurrit.

UVA. BHSC. IyR_187

Conſlauit:ↄtraxit. Quē accepit:a rep.qnq; illas ſignificat legiōes quę in Macedonia fuere Antonii ꝓuincia. Eqdē:ſuū pollicer ſtudiū. Id ſine ſcelere facere poſſit: ꝑtermittere.ſ.quod ad libertatē ꝑtinere uidebar. M.huic Seruilio:Tribunus hic erat plebis. Collegis:aliis tribunis. Longo interuallo:diu enim ſub Iulio ſeruitutē paſſi erant:& tūc patiebātur ſub Antonio.

Xercitū Antoni⁹ Ariminū premiſerat:& ſubſecut⁹ ipſe fuerat:in ꝓuīciāq; Galliā uenerat: quā tradi ſibi a Decimo poſtulauerat:Recuſantē intra Mutinam obſederat.Res nūciata Romę ē:Noui ↄſules Panſa & Hirti⁹ Ianuarii mēſis initio ilico Senatū in Capitoliū inter ipſa quę ꝓ ſe faciebāt ſacrificia ↄuocāt De Mutię referūt obſidiōe: Cic.& q eiuſdē erant factiōis id agere conātur:ut patrię hoſtis iudicer Antonius:q̄ Galliā ꝓuinciā ad patrię oppugnationē inuito ſenatu īuaſiſſet:q̄ exercitū ↄtra Getas in Macedoniā miſſū ī italiā reuocaſſet:q̄ ſtipat⁹ armatis ꝑ urbē īceſſiſſet:domū muniſſet: & oībus ſupbior q̄ annua poteſtas poſtularet: uiſus eēt. L.uero Piſo uir cōſularis & magnę auctoritatis q abſentē Antoniū defendebat:uocandū ad diſqſitionē cenſet:& cā indicta minime dānandū. Aſſenſū tñ Cicerōi fuiſſet:ut hoſtis iudicaret Antoni⁹:niſi Tr.pl.Saluius interceſſiſſet: & in ſequentē diē differendā rē cēſuiſſet. Is quomin⁹ & ↄtra Antoniū:& de.D.Bruto decerner quippiā:tā diu obſtitit:quoad a ſenatu eſt ꝓhibitus:Tūc & Decimus collaudat⁹:q̄ Antonio ꝓuincia nō ceſſiſſet:& Octauio honores decreti:ut una cū ↄſulib⁹exercitū ducere:ut ↄſulatū.x.ānis añq̄ ꝑ leges liceret: peter poſſet:decretū ꝑterea ut militib⁹q ab Antonio ad eū trāſiſſent:tantūdem a populo impenderer: q̄tū ipſe uictorib⁹erat pollicit⁹:ex quo ſenat⁹decreto re ipſa hoſtis antoni⁹ ē iudicat⁹: ſ3 cū mrīs:uxoris:ac puuli filii tota nocte diſcurrētiū:& potētiorib⁹ſupplicātiū lachrimis flecti cepiſſent:orōnē hūit Ci.q̄ labātes aīos retinuit:ea ap̄ Appianū ē.in q̄ oblique multa dicit in Saluiū Tribunū:ī antōii odiū oēs rurſus accēdit: ↄtradicit.L.Piſo plurib⁹: obiecta Antōio a Cicerōe diluit.Multa ip̄e obiicit:efficitq; hoſtis patrię tūc iudicer.Legatos mittēdos ſuadet:dehortar Cicero:& nō mō nō faciēdū cēſet:ſ3 iutile & turpe dicit eē rōano ipio ad eū legatos mittere:quē ſupplicē depoſitis armis ueniā petere:ꝑ tot peccatis & ſcelerib⁹ ↄuēiret.Acta ei⁹ cēſet reſcindēda:nec ↄſulē:ſ3 hoſtē hñdū.Nihil illi credēdū monet:q utiliter latas a Cę.dictatore leges puerterit:& nefarias ipſe pri⁹ tulerit q̄ ſcripſerit aut ꝓmulgauerit.Multa & uera ī eū ↄgerit crimia:fœde ac turpiter ab eo fcā ↄmeōrat.D.Brutū laudat:ut ei.M.Lepido Octauio:&.L.Aegnatuleio hōres decernār hortar:ſuā de ꝑmiis Martię & Quartę legiōi:ac militi q ad ↄſules ↄueniſſ3 diſtribuēdis ꝓfert ſniam.exordir aūt ꝑ locū expectatiōis calēdarū Iañ.Stati3 aūt ſuadet nō eē iis aſſentiēdū q legatos ad Antoniū mittendos:& de pace cū eo agendū rettuliſſent. Eſt ut ſuperiores in deliberatiuo genere hęc oratio.& ſi maiore ex parte uituperatur Antonius. Nihil unq̄ lōgius: nam expectāti animo:quod ait Seneca:Omnis celeritas mora ē. Qui.n.bellū: Antoniū ſignificat:& īuidioſe ait:ut Ven⁹ apud Virg.Nauib⁹ infaudū amiſſis:uni⁹ob irā.una.n.dūtaxat pierat

cōſlauit. Hic eū ipſu3 exercitū quē accepit:amiſit. Vt igir Catilinā diligētia mea Senat⁹ autoritate:uřo ſtudio & uirtute fregiſtis: Sic Antonii nefariū latrociniū uřa cū ſenatu cōcordia:tāta q̄ta nūq̄ fuit:fœlicitate & uirtute exercituū:ducūq3 ueſtro꜊ breui tpe oppreſſu3 eē audietis. Eqdē q̄tū cura:labor:uigiliis:autoritate: cōſilio eniti atq3 efficer potero:nihil prætermittā qđ ad libertatē uřa3 ptier arbitrabor. Neq3.n.id ꝑ uřis ī me āpliſſimis bñficiis ſiñ ſceler facere poſſū. Hodierno aūt die primū referēte uiro ſortiſſimo uobiſq3 amiciſſimo. M. hoc Seruilio collegiſq3 ei⁹ ornatiſſimis uiris: optimis ciuib⁹ lōgo interuallo me autore & pricipe ad ſpē libertatis exarſimus.

## .M.T.C.in.M.Antōiū.philippica Quīta.

n Ihil unquam longius Kl.Iañ.mihi uiſu3 ē.P.C.qđ idē ītelligeba3 ꝑ hos dies unicuiq3 ueſtrū uideri. Qui.n.bellum

UVA. BHSC. IyR_187

cum R.P. gerunt: hunc diem non expectant. Nos autem tum cũ maxime conſilio ueſtro ſub uenire cõmuni ſaluti oporteret: in Senatũ cõuocabamur. Sed querelam præteritorũ dierum ſuſtulit oratio Conſulũ. qui ita locuti ſũt: ut magis exoptent Kl. Iañ. q̃ ſeræ eſſe uideant: Atq; ut oratio Cõſulum animũ meum erexit: ſpemq; attulit nõ modo ſalutis cõſeruandæ: ue℞ etiam dignitatis priſtinæ recuperandæ: Sic me pturbaſſet ei⁹ ſentẽtia: q primus rogat⁹ ẽ: niſi ueſtræ uirtuti cõſtantiæq; confiderẽ. Hic. n. nobis. P. C. dies illuxit: hæc poteſtas data eſt: ut quantũ uirtutis quantũ conſtantiæ: quantũ grauitatis ĩ huius ordĩs cõſilio eſſet Po. Ro. declarare poſſetis. Recordamini q dies nudius tercius decimus fuerit: q̃tus conſenſus ueſt℞: quanta uirt⁹ quanta conſtantia q̃tam ſitis a R. P. laudem: q̃tam gloriam grã; cõſecuti. Atq; illo die. P. C. ea cõſtituiſtis ut uobis nihil iam ſit integrum: niſi aut honeſta pax: aut bellum neceſſariũ. Pacem uult. M. Antonius: arma ponat. roget. deprecet. neminẽ æquorem me reperiet: quanq̃ dum ſe ciuib⁹ impiis cõmendat: inimicus eſſe: q̃ amicus mauult. Nihil eſt profecto quod dari poſſit bellũ gerenti. erit fortaſſe aliqd: quod concedi poſſit roganti. legatos uero ad eum mittere: de quo grauiſſimum iudicium nudius tertiuſdecimus feciſtis: nõ iam leuitatis eſt: ſed ut quod ſentio: dicã: demẽtiæ. primum enim eos duces laudauiſtis: qui contra illum bellum priuato conſilio ſuſcepiſſent. Deĩde milites ueteranos: qui cum ab Antonio ĩ Colonias eſſent deducti: illius beneficio libertatem. P. R. antepoſuerunt. Quid legio Martia? Quid Quarta? cur laudantur? Atqui cum Conſules: non dum haberetis: decreuiſtis: ut & de præmiis militum & de honoribus Imperatorum: primo quoq; tempore referretur. Placet eodem tempore præmia conſtituere iis qui contra Antonium arma ceperunt. & Legatos ad Antonium mittere? ut iam pudendum ſit: honeſtiora eſſe legionũ decreta: q̃ Senatus. Siqdẽ legiões decreuerũt Senatũ defẽdere cõtra Antoniũ. Senat⁹ decreuit

Non expectant: ſed rem agũt clauſo intra Mutinã Decimo. Nos aũt: ac ſi diceret: cũ agẽdũ erat deliberabamus: & tempus conſultando conterebam⁹ qui Demoſthẽis locus ẽ. Magis exoptent: neq; enim ſerũ uidebatur contra Antoniũ & decernere & agere cõſulibus: qp pe qui & animo erant pręſenti & certam aſſumebãt ſpem conſeruãdę bono℞ ſalutis: & libertatis recuperãdę. Eius. L. Piſonis. Confiderem: fore mihi pſuadẽs: ut eius de mittẽdis ad Antoniũ legatis ſententiam minime ſequamini. Nudius tertiuſdecimus: nũc dies eſt terti⁹ decim⁹: quo die Cicero duas pximas habuit orationes ad. P. C. & ad Quirites. Ea conſtituiſtis: laudandũ Decimũ: & puinciam Galliam Octauio honores decernendos: legionib⁹ Martię & Iunię pręmia pmittenda. Integ℞: libe℞. Honeſta pa℞: ſi Antonius armis depoſitis p peccatis & facinorib⁹ ſuis ueniam ſupplex petat. Pacem uult: hoc. L. Piſo eius nomine dicebat. Cõmẽdat: illis gratificando & omnia quę uelint indulgẽdo. Grauiſſimũ iudiciũ: quicquid ageret: cõtra ueſtram agere amplitudinẽ: & qui ei aduerſantur recte facere. Eos duces: Octauiũ: Decimũ Brutum. In colonias: in campaniã & alia loca. Ab: Antonio: quem Iuli⁹ deducẽdis pręfecit coloniis. Nõ dũ hẽtis: q ñdũ mgrãtũ iierãt. Impato℞:

UVA. BHSC. IyR_187

Oc̄tauii et Decimi. Dies.xii.
ex quo quę dixit decreta erāt.
Cotylam:is un⁹erat ex īpuriſ
& nefariis q Antoniū ſequebā/
tur. Meū:ironice:& p iocū ſic
ait. Pr̄onos ꝯſulares:defenſo
res:&.L.Piſoné tāgit. Eſt eni
opinio:id.n.ab Antonii amicis
iac̄tabat̄. Decretuꝝ aliquem:
aut SaluiūTr.pl.aut.L.Piſonē
ſignificat. Neruos belli:ſic ap
pellāt pecuniam belli neruos.
Tu:apte in.L.Piſoné & Sal/
uiū dicit:quoꝝ uterq; iō ſe dice
bat Antoniū defender̄ ꝙ amic⁹
ille eēt. Quá patrię:quę una
oēs omniū caritates cōplexa ē:
ut ait Ci.in offi. Mihi pecuniā
attribuit:uerba ſūt Antoniū de
fendētis:iō defendo quoniā mi
hi pecuniá tribuit. Cicero ue/
ro ſubiicit Cupio uidere qd ad
hęc audeat rn̄dere : ac ſi dicat
negare nō poterit. At nō ca
dūt h̄c.obiectio ē cui rn̄det Ci/
cero:ne Cotyla qdē Antonii aſ
ſecla hęc diceret. Eas leges:
de qbus in prima philippica ē
dic̄tū. Ille Iuli⁹. Paludes: pō
tinas: qd' in ei⁹ uita inqt Trā
qllus. Moderato hōi:ironice.
L.Antōio:fratri: quē Tr.pl.
diuidūdis p totā italiā agris p̄/
fecit. Hāc legē: de triūuiris
diuidendoꝝ agroꝝ. neq;.n.ro/
gatus fuerat populus.& cū le/
gem tulit Antonius: agi cuꝫ po
pulo ꝓpter tonitrua:& imbres
effuſiſſimos nō poterat. Fer/
ri potuit:ac ſi dicat mīme. Au
gur uerecundus:ironice. In
terpretatione:declaratiōe augu
rū:cum aperta ſint per ſe. Io/
ue tonante:hoc idē Cicero ipſe
libro d' diuinatiōe. Tribuni
pl.pręcipue ꝓpter.L.Antoniū
dicit quo tribuno fac̄tum eſt.
Contra ac̄ta Cęſaris:quibus
uoluit ne prętorię ꝓuincię pl⁹
q̄ ānū:Cōſulares pluſq̄ bieniū
obtinerent̄. Ille:Iuli⁹. Iſti:
tribuni. Hāc legē:de ꝓuinciis

Legatos ad Antonium mittere. Vtrum hoc eſt
cōfirmare militū animos? an debilitare uirtutē?
Hoc dies.xii.profecerunt ut quem nemo prąter
Cotylam meum inuentus ſit: qui defenderet: is
habebat iam patronos etiam Cōſulares. qui uti/
nam oēs ante me ſentētiam rogarent̄ : quanquaꝫ
ſuſpicor qd dic̄turi ſūt qdam eoꝝ : qui poſt me
rogabunt̄:Facilius cōtra dicerem:ſi qd uideret̄.
Eſt enim opinio decretuꝝ aliquem.M. Antōio
illam ultimam Galliam quam Plancus obtinet.
Quid hoc aliud ē:q̄ ad bellum ciuile hoſti arma
largiri? Primū neruos belli pecūiaꝫ īfinitaꝫ qua
nūc eget:deīde:eqtatū q̄tū uelit:eqtatū dico.Du
bitabit credo gētes Barbaras ſecū adducer̄? hoc q
n̄ uidet excors.q cū uidet decernit:ipi⁹.Tu ciuē
ſceleratū & pditū galloꝝ & germanoꝝ exercitu
pecunia peditatu eqtatu copiis:inſtrues? Nullæ
iſtæ excuſatiōes ſunt.me⁹amic⁹eſt.ſit patriæ pri
us.meus cognatus:an poteſt cognatio ulla pro/
pior eſſe:q̄ patriæ:in qua etiam parentes continē
tur? Mihi pecuniam attribuit. cupio uidere qd
audeat dicere? qd autem agat̄:cū aperuero:faci/
le erit ſtatuere quam ſentētiaꝫ dicatis aut ſequa/
mini. Agitur utrum.M. Anionio facultas det̄
opprimēdæ.R.P. cædis faciēdæ: bonorum diri/
piendoꝝ:Vrbes:agros:ſuis latronibus cōdonan
di Populū Ro.ſeruitute opprimendi: An horū
nihil facere ei liceat.Dubitate qd agatis:at nō ca/
dunt hæc in Antonium? hec ne Cotyla qdem di
cere auderet. Quid enim in eum non cadit? qui
cuius ac̄ta ſe defendere dicit:eius eas leges puer/
tit:quas maxime laudare poteramus. Ille palu
des ſiccare uoluit.Hic omneꝫ Italiam moderato
homini.L.Antonio diuidendam dedit. qd hanc
legē.P.R.accepit? Quid p auſpicia ferri potuit
Sed augur uerecundus ſine Collegis de auſpici
is non interpretaretur. quanquam illa auſpicia
non egent interpretatione augurum. Ioue.n.to
nante cuꝫ.P.R.agi nō eſſe fas:quis ignorat? Tr.
Pleb.tulerunt de prouintiis cōtra ac̄ta Cæſaris
ille bienni:iſti ſexennii. Num etiam hanc legem
P.R.accepit? Quid promulgata fuit? qd nō ne

UVA. BHSC. IyR_187

Ante lata q̄ ſcripta:ſcribebatur enim prius:trinūdino promulgabatur:in ęs inde inci/debatur:& tūc demū lata dicebatur. Sed hęc neq; ſcripta:neq; promulgata:lata ab Anto/nio aſſerebatur. Vbi lex Cęcilia & Didia:quas Cęcilius & Didius tulere de rogādis le/gibus:ut nullam uim haberent niſi magiſtratus populum rogaret : & populus ſciret:niſi item trinundino promulgarentur perſcriptę:hoc eſt tribus nundinis recitarentur : cum omnis etiā ex agris adeſſet mul titudo ut ſi quis uellet : interce dere poſſet. Vbi promulga/tio: hic diſtinguendum. Tri nundinum: ubi trinundinum. Poenę:ſtatutę.ſ. Recentis: nup lata. Iunia & Licinia:quā Iunius & Licinius tulerunt: ſu periores leges a Cęlio & Didio prius latū confirmantes:graui ore poena adiecta. Hę leges: latę ab Antonio de prouinciis. Cui:nulli. Quę porro:& prohibuit intrare forum Anto nius:& tonāte Ioue tulit leges. Hunc dubitabit : ac ſi dicat dubitare nō poterit. Cū col lega:Dolobella. Eius collegę i auguratu. Septis reuulſis : repagulis & cancellis:quib⁹ un diq; forꝝ ſeptū fuerat: quod fie/bat comitiali die. Ouidius: Eſt quoq; quo populū fas eſt iclu/dere ſeptis. Videres:uideret qſ piā. Nō teneri: nō eſſe obno xiū. De integro:denuo ut iteꝝ rogenſ:ac ſi rogatę nōdū eēnt Septies milies:hęc pecunia ad ędē fuerat opis: quā trāſlaticiā uocat Tranql. Hoc ē cōem & i in medio poſitā. Falſis pſcri/tiōib⁹ donatiōib⁹:dicēs a Cęſa re i ꝯmētariis pſcriptū hoc ē aſ ſignatū donatūq; cuipiam eē. Vertit a poſſeſſione reipu. ad poſſeſſionē uſūq; priuatū per fraudē trāſtulit. alii pſcriptioni bus legāt:hoc ē p ſcribēdis & i exiliū mittēdis rōanis ciuibus: eoꝝq; bōis publicādis ac uēdē dis ut pſcriptio legaſ hoc ē rei uēdicatio n̄ pcedit. Immūes q̄/ ſt⁹:lucꝝ factū ex imūitatib⁹ p uinciis:ciuitatib⁹ & puatis ho/minib⁹ ꝯceſſis. In ęs:ut rata eēnt. Exhauſit:oibus ꝯcedēs qui emere quippiam uellent.

ante lata q̄ ſcripta? nōne aū facta; uidem⁹:q̄ futu ra; qſq̄ ē ſuſpicat⁹? Vbi lex Cæcilia & Didia? Vbi pmulgatio. trinūdinu;? Vbi pœnæ recēti lege iu nia & licinia? pn̄t ne hæ leges ratæ eē ſiñ īteritu;le gū rliqꝝ?& cui ptās ī foꝝ ītroeūdi fuit? Quæ por ro illa tōitrua? quæ tēpeſtas? Aut ſi auſpicia. M. Antōiū nō mouerent:ſuſtīere eū aut ferre poſſe tāta; uī tēpeſtatis hymbris ac turbinū miꝝ uide reſ? Qua; legē igiſ ſe Augur dicit tulliſſe:Non mō tonante ioue:ſ; pꝑe celeſti clamor phibēte? Hic dubitabit cōtra auſpicia lata; cōfiteri? Quid qđ cū eo collega tulit? quē ipſe fecit ſua nuntia tiōe uitioſu;? Nihil ne ad auſpicia bon⁹ Augur arbitrat⁹ē ptineſ? ſ; auſpicioꝝ nos fortaſſe erim⁹ īterpretes:q ſum⁹ ei⁹ Collegæ. Nū ēt armoꝝ in/terpretes quærim⁹? Primū oēs fori adit⁹ ita ſepti ut ēt ſi nemo obſtaſt armat⁹:tn̄ niſi ſeptis reuul ſis ītroiri ī foꝝ nullo mō poſſ;. ſic uero erāt diſ/poſita præſidia:ut qūo adit⁹ hoſtis phibeſ a Ca ſtellis & aggerib⁹: ita ab īgreſſiōe fori populum Tr. q;. pl. ppulſari uideres. Quib⁹ đ cauſiſ eas le ges qs. M. Antōi⁹ tuliſſe diciſ: oēs cēſeo p uī & cōtra auſpicia latas. hiſq; legib⁹. P. R. n̄ teneri. Siq legem de actis Cæſaris cōfirmandis:deue Di ctatura ī ppetuū tollēda deue Coloniis in agros deducēdis tulliſſe. M. Antōius diciſ:eaſdē leges de ītegro ut populū teneāt:ſaluis auſpiciis ferre placet? Quāuis ergo bōas leges uitioſe p uī q; tu/lerit:tn̄ eæ leges nō ſūt habēdæ: Omniſq; auda/cia gladiatoris amētis autoritate nr̄a repudiāda ē Illa uero diſſipatio pecūiæ publicæ ferēda nullo mō ē p q̄ ſpēs milies falſis pſcriptiōibꝯ donatōibꝯ q; uertit:ut portenti ſimile uideatur:tantam pe/cuniam. P. R. tam breui tempore perire potuiſ/ſet? Quid illi immunes quæſtus? ferendi ne? Quos. M. Antonii tota exauſit domus. decreta falſa uendebat. regna. ciuitates. īmunitates ī æs

UVA. BHSC. IyR_187

Mulier:Fuluia. Sibi fœlicior q̃ uir:quę enim ex beneficiorũ uenditiõibus accipiebat etiam conſeruabat:cum uir ipſe effunderet ilico. Quaſi lege:quia dicebatur lege Cęſaris reſtitutus:quę eſſet ĩ cõmentariis:cum tamen nulla eſſet. Quę: omnia ab Antonio acta. Cõmentitiis:fictis.Cõminiſci fingere eſt. Falſa:quę ſenatus neq; decreuerat neq; uouerat. Syngraphę: Cautiones per contrahentium ſcripturam factę. Senatus conſulta tanquam facta: ac ſi re uera ſenatus feciſſet:in ęrariũ referebantur:ubi & leges & ſenatus decreta in ęs inciſa reponebantur. Etiam exterę nationes:quibus beneficia & priuilegia concedebantur. Hoc genus:pecunię. Legem iudiciariam:de qua ĩ prima philippica eſt dictũ. Homo caſtus: ironice. Anteſignanos:cẽturiones:& qui ordines duxerãt. Anteſignani uero ante ſigna collocabãtur:ut primipili: manipulares:qui pręerant duabus centuriis hoc eſt ducẽtis quinquaginta ſex. Alaudas: ex illa legione Alaudarum: de qua pri⁹ eſt dictum. Conſeſſum: duo ſignificat:cõſeſſus locũ & multitudinẽ:ut ſenat⁹ συνέδριον greci dicunt. Pauet anim⁹: eorũ qui cauſas orant: dicere ꝓ reo apud illud conciliũ & apd̾ Cydam Cretenſem: qui inſulę Cretę portentum eſt. Num ex iudicum &c.ſcilicet eſt ex hiſ qui deligi iudices ſolent. Leges:quę ſcriptę ſunt. Mores: qui ſunt in conſuetudine: nam quod ait Vulpianus: Inueterata conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur:& hoc ius ẽ quod dicitur moribus conſtitutum. Etiam in noſtris ciuibus:qui multi nota aliqua digni non ducuntur. Cortynium: ex ciuitate Cortyna: quę illuſtris fuit ĩ Creta inſula.abeſt autem ab Africano littore ſtadiis nonaginta in campo ſita.auctor Strabo. Nã lyſiadẽ:

accepta pecunia iubebat incidi.Hæc ſe ex cõmentariis Cæſaris quorum ipſe auctor erat agere dicebat.In ĩterioꝛ ædium ꝑte:totius.R.P.nundĩæ mulier ſibi fœlicior q̃ uir auctionem ꝓuinciarũ regnorumq; faciebat.Reſtituebanť exules quaſi lege.ſine lege.quæ niſi autoritate Senatus reſcindanť:quoniam ingreſſi ĩ ſpem.R.P. recuperandæ ſumus:imago nulla liberæ ciuitatis relinquetur.Neq; ſolum cõmentariis cõmenticiis chirographiſq; uenalibus ĩnumerabilis pecunia cum geſta in illam domum eſt: Cum quæ uendebat Antonius ea ſe ex actis Cæſaris agere diceret: S; Senatus etiam Conſulta pecunia accepta falſa referebat.Syngraphæ obſignabantur.S.C.tanq̃ facta ad ærariũ referebanť. Hui⁹ turpitudĩs teſtes erant etia; exteræ natiões:fœdera interea facta.regna data.populi ꝓuĩciæq; libertatæ:eaꝝ reꝝ falſæ tabulæ gemente.P.R.toto capitolio figebanť Quib⁹ reb⁹ tanta pecunia una ĩ domo coaceruata eſt:ut ſi hoc genus ĩ unu; redigať: ñ ſit pecunia.R.P. defutura. Is etiam legem iudiciariam tulit:homo caſtus atq; integer iudiciorum & iuris autor: in quo non fefellit. Anteſignanos & Manipulares & Alaudas iudices ſe conſtituiſſe dicebat.At ille legit aleatores. legit exules! legit græcos. O conſenſum Iudicium præclarum o dignitatem conſilii admirandam:Pauet animus apud illud conſilium pre reo dicere:Cyda; Cretenſem:portentum inſulæ: hominem audaciſſimum & perditiſſimum.ſed fac ita non eſſe: Nu; latinæ ſcit! num ex iudicu; genere & forma! nu; leges noſtras mores ue nouit! num deniq; homines!Eſt eni; uobis Creta notior:q̃ Roma Cydæ. Delectus autem & notatio Iudicum etiam in noſtris ciuibus haberi ſolet.Cortynium uero Iudicem qs nouit! aut qs noſſe potuit! Na; Lyſiade; athenienſem pleriq; nouim⁹. Eſt.n.phedri phi

UVA. BHSC. IyR_187

& hunc in iudicum numerum elegerat Antonius : corruptiſſimis & fœdiſſimis moribus & ſi P hedri philoſophi epicurei inſignis ea tempeſtate : filius erat Lyſiadem hunc ioca tur Cicero. Feſtiuus: iucundus & lepidus. Cum. M. Curio: is ſcurra erat : aleator & impuriſſimus : unus ex iudicibus ab Antonio delectis. Conuenire : conſentire & cor/gruere: nam magna inter molles concordia. Citatus iudex : ut in conſeſſum ueniat iu/dicum per uiatorem uocatus.

loſophi nobilis fili⁹: hō prætérea feſtiu⁹: ut ei cū M. Curio cōſeſſore eodē & colluſorē facillie poſ/ſit cōuenire: Quæro igit̄ ſi Lyſiades citat⁹ iudex nō reſpōderit: excuſeret̄ Areopadites eē nec debe re eodē tēpore Romæ & Athenis res iudicare: ac cipiet ne excuſationē is q quæſtiōi præerit: Græ/culi Iudicis mō palliati mō togati! An Atheniē ſium antiqſſimas leges negliget! Qui porro ille conſeſſus dii bōi: Cretēſis iudex: iſq3 neqſſimus queādmodū ad hūc re⁹ allegetꝰ quomō accedat̄. dura natio ē. at atheniēſes miſericordes. puto ne Curiū qde3 eē crudele3: q quotidie piculū fortu næ faciat. Sūt ite3 lecti Iudices: q fortaſſe excuſa bunt̄. habent. n. legitima3 excuſatiōe3: exilii cau ſa ſolū uertiſſe. nec eſſe poſtea r̄ſtitutos. Hos ille demens Iudices legiſſet. Hoꝝ noīa ad ærariū de/tuliſſ3. His magnā ptem. R. P. crediſiſſet. ſi ullā ſpecie3. R. P. cogitauiſſ3. atq3 ego de notis iudici b⁹ dixi. quos min⁹ noſtis: nolui noīar̄. Saltatorēs Cithariſtas: totū deniq3 comeſatiōis antonianæ choꝝ ī tertiā decuriā iudicū ſcitote eſſe collectū. Hæc cā cur lex tā egregia tanq3 præclara maxīo hibri tēpeſtate: uētis pcellis: turbīib⁹ īter flumīa & tōitrua ferret̄. ut eos Iudices hr̄em⁹: quos ſoci os ad epulas hr̄e hoſpites nemo uelit. Sceleꝝ ma gnitudo: ɔſcia maleficioꝝ: direptio ei⁹ pecūiæ cu i⁹ rō ī æd̄ opis ɔfcā ē: hāc t̄tiā d̄curiā excogitauit

Areopagites eſſe: iccirco ad/eſſe non debere: nec cogi poſſe quod Areopagites hoc eſt athe niēſis iudex ſit. Areopagus lo cus fuit iudicii athenis : in quo primū capitis iudiciū actū eſt: quod ait Plini⁹: & ubi de cęde iudicabatur. & quoniam in emi nēti loco ſitus erat: πάγος cō poſito nomine cum ἄρης qui Mars eſt pugnę & cędis deus appellabatur. Aeſchylias iccir/co hoc loco nomē dixit eſſe: ꝙ ad eum uſq; locum Amazones duxere exercitum: quę Martis fuere: uel quoniam illis ſedenti bus diis a Neptuno accuſatus eſt Mars ꝙ Allirothoum ei⁹ fi lium occidiſſet : quod ille fecit compreſſa per uim ab eo Alci/pe filia ſua & Agraules Cecro/pis filię: qua de re extant decla mationes apud grȩcos. Is q queſtioni prȩerit: Antonius: q indagādę rei prępoſitus: & ex/cuſatiōi mun⁹ reiicientiū. Mo do palliati: pallio uetatis : quo habitu grȩci utūtur. unde pal/liata eloquētia: & fabula pallia ta hoc eſt grȩca dr̄. Toga enim romanoꝝ ueſtis fuit. Et Virgi/lius ait: Romanos reꝝ domios gentéq; togatā. An athenien ſiū antiqſſimas leges negligat: qb⁹ cauebat ut q Areopagites eſſet: aliis iudiciis adeſſe iudica turus nō poſſet. Tanti. n. faciebāt in Areopago iudicare ut turpe ducerere ſi qs alibi iudi caret: q iudex in eo iudicio fuiſſet. Cretēſis iudex: Cydas. Alleget: ius ſuū explicet. Papi ni⁹: Allegētq; ſuos uterq; a ſanguīe diuos. Accedat̄: Cydas. Dura: difficilis inexorabilis. Natio: cretēſis. Periculū fortūę: q fortunę uarietatē expiūt̄ quotidie: hi ſolēt eē hūanio/res: ſ3 iocat̄ & piculū ſignificat pecūiaꝝ & bonoꝝ: qd' ī alea Curio faciebat. Solū uertiſſe locū mutaſſe: & in exiliū ꝙ ſoluēdo n̄ eēt: abiiſſe. Ille demēs: Antōi⁹. Hoꝝ noīa: iudicū. n. noīa in ęs icidebāt̄ & ī ęrariū deferebāt̄. Saltatores: tripudiātes. ſalto. n. tripudio ē: & ſal/tatio tripudiū. Cōmeſſatiōis: laſciuior ɔuict⁹ & amatori⁹ ɔmeſſatio dr̄ a uicis: quos grȩci κωμον uocāt. ī his. n. hitauerūt pūſq oppida ɔderēt̄: qb⁹ in locis alii alios ɔuict⁹grā iuita bāt. In tertiā decu. quā ex cēturiōib⁹ uoluit deligi. Sceleꝝ magnitudo: hę cāę ātoio fuere decuriā illā eligēdi ut ei⁹ bn̄ficio tut⁹ eēt: & ſi forte ſceleꝝ ſuoꝝ accuſaret̄ iudiciū elaberet̄

UVA. BHSC. IyR_187

Nec ante:tūc demuꝫ turpes quęſiuit iudices Antonius:cuꝫ animaduertit ꝑ honeſtos iudices obtineri non poſſe:ut nocētes & ſcelerati ſalui eſſent.nam boni uiri qui prius iudicabāt: minime Antonio de īprobis gerebant:quos libere & audacter condēnabant. Et illud:impudentiſſimū. Ceni feciſſēt: honeſta indicia ꝓ uiliſſimo & ſordidiſſimo habuiſſent: Notanda locutio:facio te ceni:ut ſi dicas facio te ſtercoris.Cenū autē lutum eſt. Vt audiret:ab honeſtis ſpretus iudiciis. Imprimeretur:ueluti cauterio equo nota inuritur. Cinnā & Syllā: quoꝝ uterqꝫ dictator & inſigni crudelitate. Hanc peſtem:antonium. Claſſitius Muſtela Tyro:Antonii aſſeclę: ſcelerati & impuri ac ueluti duces agminis nefarioꝝ quos armatos habebat Antonius. Barbari ſagittarii:ithyrei. Ad ędē Concordię:ubi ſenatus habebatur. Lecticę collocabantur: in q bus repoſita erāt arma. Subſellia:ut ſubſipit inquit Varro dicitur quod nō plane ſapit:ſic quod non plane erat ſella ſubſelliū:Tribunoꝝ Triūuirorum Quęſtoꝝ:& minora iudicia exercentiū Subſellia dicit eſſe Aſconius: qui non in ſellis curru libus:nec tribūalibus ſedebāt. Huc etiam niſi uenirē:hoc in pria philippica.Fecerat.n.hoc idē:hęc omnia ſunt prius dicta

nec ante turpes iudices quæſiti : q̄ honeſtis iudiciis nocētium ſalus deſperata eſt.ſed illud os: illam impuritatem ceni feciſſent:ut hos Iudices legere auderet:quoꝝ lectione duplex imprimeret̄ R.P.dedecus. Vnum ꝙ tam turpes Iudices eſſēt Alterum ꝙ patefactum cognitumqꝫ eſſet q̄multos ī ciuitate turpes haberemus. Hanc ergo & reliquas eiuſmodi leges etiam ſi ſine ui ſaluis auſpiciis eſſent rogatæ: cenſerem tamen abrogandas Nunc uero cur non abrogandas cenſeam : quas iudico non rogatas. An illa nō grauiſſimis ignominiis:monumentiſqꝫ huius ordinis ad poſteritatis memoriam ſunt notandæ:ꝙ unus.M. Antonius in hac urbe poſt conditam Vrbem palam ſecum habuit armatus! qđ neqꝫ Reges fecerunt neqꝫ ii qui Regibus exactis regnum occupar̄ uoluerunt.Cinnam memini:uidi Sillam:mō Cæſarem.Hi enim tres poſt ciuitatē a.L. Bruto liberatam plus potuerunt:q̄ uniuerſa Reſpu.Nō poſſum affirmare nullis telis eos ſtipatoſ fuiſſe.hoc dico : nec multis & occultis . at hanc peſtem agmen armatorum ſequebat̄. Claſſitius muſtela Tyro gladios oſtentantes ſui ſimiles greges ducebant ꝑ forum.certuꝫ agminis locum tenebant Barbari ſagittarii . Cum autem erat uentum ad ædem concordiæ:gradus complebantur. lecticæ collocabantur.non ꝙ ille ſcuta uellet occulta eſſe:ſed ne familiares ſi ſcuta ipſi ferrent laborarēt Illud uero teterrimum auditu n̄ modo aſpectu: In cella Concordiæ collocari armatos latrones ſicarios.e templo carcerem fieri. apertis ualuis cōcordiæ Cum īter ſubſellia Senatus uerſarentur latrones.P.C. Sententias dicere! Huc etiam niſi uenirem Kl.Septembris:fabros ſe miſſurum: & domum meam diſturbatuꝝ eſſe dixit : magna res credo agebatur.de ſupplicatione referebatur. Veni poſtridie: ipſe non uenit . locutus ſum de Repu.minus equidem libere q̄ mea conſuetudo liberius tamen q̄ pericula minæqꝫ poſtulabant. At ille homo uehemens & uiolentus qui hanc cōſuetudinem liberę dicendi excluderet: Fecerat enim hoc idem maxima cum laude.L.Piſo.xxx

UVA. BHSC. IyR_187

diebus ante me: inimicicias mihi denūciauit. adeſſe in Senatu iuſſit ad. xiii. Kl. Octobris. Ipſe interea decem & ſeptem dies: ut digeſtio potius q̄ declamatio uideret: de me in Tyburtino Scipionis declamitauit. ſitim quærēs. Hæc. n. ei cauſa eſſe ſolet declamandi. Cum is dies quo me adeſſe iuſſerat: ueniſſet: Tum uero agmine q̄drato ī ædem Concordiæ uenit: atq; ī me abſentem orationem ore īpuriſſimo euomuit. quod die ſi per amicos mihi cupienti ī Senatū uenire licuiſſet: cædis initium feciſſet a me. Sic. n. ſtatuerat: Cum autem ſemel gladium ſcelere ībuiſſet: nulla res ei finem cædēdi niſi defatigatio & ſatietas attuliſſet. Etenī aderat. L. frater gladiator Aſiaticus: qui Myrmillo mylaſis depugnarat: ſanguinē noſtrum ſitiebat. ſuū in illa gladiatoria pugna multū profuderat. Hic pecunias ueſtras æſtimabat: poſſeſſiones notabat & Vrbanas & ruſticas. huius mēdicitas auiditati cōiuncta ī fortunas ueſtras īminebat. diuidebat agros. quibus & quos uolebat. nullus aditus erat priuato nulla æquitatis deprecatio. tantum quiſq; habebat poſſeſſor: quantu; reliquerat diuiſor Antōius. Quæ quanq̄ ſi leges irritas feceritis: rata eſſe non poſſunt: tamen ſeparatim ſuo nomine notanda eſſe cēſeo. iudicandū q; nullos Septemuiros fuiſſe. nihil placere ratu; eſſe: quod elegiſſent: aut quod ab his actum diceretur. M. uero Antoniū. quis eſt qui ciuē poſſit iudicare potius: q̄ teterrimum & crudeliſſimum hoſtem! Qui pro æde Caſtoris ſedens: audiēte. P. R. dixerit: Niſi uictorē uicturum neminem! Num putatis. P. C. dixiſſe eum minati⁹ q̄ facturum fuiſſe! Quid uero q̄d in contione dicere auſus ē: Se cum magiſtratu abiſſet: ad Vrbem uenturum cū exercitu, introiturum quotiēſcunq; uellet! Quid erat aliud niſi denuntiare. P. R. ſeruitutem! Quod aūt eius iter Brūduſium! Quæ feſtinatio! quæ ſpes! niſi ut ad Vrbe; potius exercitum maximū adduceret! Qui autem delectus Centurionum! Quæ effrenatio impotentis animi! Cum eius promiſſis legiones fortiſſimæ reclamaſſent: domū ad ſe uenire iuſſit. Centuriōes

Agmine quadrato: ueluti illico pugnaturus. A me: quia me occidiſſet. Mirmilloni laſis: ſatis auſim affirmare corruptum eſſe locum: & Mirmillo mylaſis legendū. Mylaſa genere neutro nūero multitudinis: Aſię ciuitas eſt in Ionia in campo iacens admodum fertili: cui ſupra uerticem mons īminet: in quo albus lapis effoditur: Mylaſis mirmillo. L. Antoni⁹ hoc eſt tanquā mirmillo pugnauit.

In illa gladiatoria pugna: pugnata mylaſis. Hic. L. Antonius. Aeſtimabat: quantū pēdere tributi deberent. nam ęſtimare eſt ęre obligare uel punire unde ęſtimata pœna ab antiquis eſt dicta. Poſſeſſiones: uſum agri: aut fundi: non etiam dominiū. Huius mēdicitatis: nam & mendicus erat hoc ē tenuiſſimus: & auidus natura alieni ac appetentiſſimus. Mēdicū dici Verri⁹ putat a mēte q̄ ſefellerit fortūa: uel q̄ precet quēq; ut uitę ſuę medeat cibo: ut Feſtus tradit Varro inquit a min⁹ dici: cui cū opus eſt minus eſt.

Priuato: homini a quo adiri ſe non ſinebat. Diuiſor Antoius: L. a fratre Marco pręfectus. Niſi uictorē: nefaria uox.

Magiſtratu: cōſulatu. Iter Brūduſiū: ad accipiendas legiones quę ex Macedonia redierant. Centurionum: quoſ necaret. Impotentes: inſolētes.



UVA. BHSC. IyR_187

Quoꝝ ipſoꝝ: Centurionum quos iuſſit occidi. Cęſar: octauius. Patrui: Iulii. Cõſularem: L. Piſonem arbitror: uel Qu. F. Calenũ. Neq; ſacrificiis: ut profecturi in bellũ: uel ĩ prouinciam ſolent. Impotentem: ſuperbũ. Hi: Antoniꝰ & eius aſſeclę. In horam: ſicut in diem dicimus uiuere: hoc eſt pręſentis diei habere rationeʒ: dꝰ craſtino nihil cogitare: ſic in horam. Dii boni: ĩterpoſitio qua utimur & cum dolemus: & cum deridemus aut gaudemꝰ.

Iſti homines: ſimiles Antonii: ac ſi dicat minime.

q̃uos bene de. R. P. ſentire cognouerat. eoſq; añ pedes ſuos uxoriſq; ſuæ quam ſecum grauis Imperator ad exercitum duxerat: iugulari coegit. Quo animo hunc cenſetis futuruʒ in nos: quos oderat? cum in eos quos nunq̃ uiderat: tam crudelis fuiſſet? & q̃ auidum in pecuniis locupletuʒ: qui paupum ſanguinem cõcupiſſet? quoꝝ ipſoꝝ bona: quantacũq; erant: ſtatim ſuis comitibus: cõpotoribuſq; deſcripſit. atq; ille furens infeſta iam patriæ ſigna Brunduſio ĩferebat: Cũ Cæſar deorum ĩmortalium bñficio diuini animi ingenii conſilii magnitudĩe cum ſua ſponte eximiaq; uirtute tum approbatiõe autoritatis meæ Colonias patris adiit. ueteranos milites ꝯuocauit. Paucis diebus exercitũ fecit. incitatos latronis ĩpetus retardauit. Poſtea uero q̃ legio Martia Ducem præſtantiſſimuʒ uidit: nihil egit aliud: niſi ut aliquando liberi eſſemꝰ. quam ẽ imitata Quarta legio. Quo ille nuntio audito: cũ Senatum uocaſſet: adhibuiſſetq; Cõſulareʒ: q ſua ſententia. C. Cæſarem hoſtẽ iudicaret: repente concidit. Poſt autem neq; ſacrificiis ſolemnibꝰ factis: neq; uotis nũcupatis ꝓfectus eſt. & profugit paludatus At quo? in ꝓuintiaʒ firmiſſimoꝝ & fortiſſimoꝝ ciuiũ. qui illum ne ſi ita q̃dem ueniſſet: ut nullũ bellum inferret: ferre potuiſſent ĩpotentẽ: iracũdum: cõtumelioſuʒ: ſupbũ: ſemp poſcenteʒ: ſemper rapientẽ: ſemp ebrium. At ille cuius ne pacatam quidem neqciam quiſq̃ ferre poſſet: bellum ĩtulit ꝓuintiæ Galliæ. Circũſedit Mutinam firmiſſimam & ſplẽdidiſſimaʒ. P. R. Coloniam. oppugnat. D. Brutũ Impatoreʒ: Conſuleʒ deſignatum: ciuẽ non ſibi ſed nobis &. R. P. natũ. Ergo Hannibal hoſtis: ciuis Antonius? qd ille fecit hoſtiliter: qdꝰ hic aut nõ fecerit aut nõ faciat aut nõ moliat̃: & cogitet? Totũ iter Antonii qd habuit: niſi depopulatiões? uaſtatiões? cædes? rapinas? Quæ non faciebat Hannibal: qa multa ad uſum reſeruabat. Hæc ii qui in horam uiuerẽt: nõ modo de fortunis & de bonis ciuium: Sed ne quideʒ de utilitate ſua cogitauerunt. Ad hunc dii boni legatos mitti placet? norũt iſti homĩes formam.

UVA. BHSC. IyR_187

R.P. iura belli. exempla maiorꝝ? Cogitant quid P.R. maieſtas: quid Senatus ſeueritas poſtulet? Legatos decernitis. ſi ut deprecenť: contemnet. ſi ut iperetis non audiet. deniq; quanuis ſeuera legatis mandata dederim⁹: nomẽ ipſum Legatorꝝ: hunc quẽ uidimus reſtinguet ardorem municipiorꝝ: atq; Italiæ franget animos. ut omittã hæc quæ magna ſunt: certe iſta Legatio moraʒ & tarditatem afferet bello. Quanuis dicant: qđ quoſdam audio dicturos: Legati proficiſcanť: bellu; nihilominus pareť: Tamen legatorꝝ nomẽ ipſu; & animos molliet. & belli celeritatem morabitur Minimis momẽtis. P.C. maxĩæ inclinationes tẽporum fiunt. Cum in omni caſu. R.P. tũ in bello: & maxime ciuili. qđ opinione plerumq; & fama gubernať. Nemo quæret qbus cum mandatis Legatos miſerimus: nomẽ ipſum legationis ultro miſſæ timoris eſſe ſignu; uidebiť. Recedat a Mutina. deſinat oppugnare Brutũ. decedat ex Gallia. ñ eſt uerbis rogandus. cogẽdus ẽ armis: Non. n. ad Hannibalem mittimus: ut a Sagunto recedat: ad quem miſerat olim Senatus. P. Vallerium Flaccu; & Q. Fabiũ Pamphilum qui ſi Hannibal non pareret. Carthaginẽ ire iuſſi ſũt. Noſtros Legatos quo iubebimus ire: ſi ñ paruerit Antonius? Ad noſtrum ciuem mittimus ne Imperatorem: ne Colonia;. R.P. oppugnet. Ita ne uero hoc ꝑ legatos rogandus ẽ? Quid intereſt per deos ĩmortales: Vtrum hanc Vrbem oppugnet: an hui⁹ Vrbis ꝓpugnaculũ? Coloniamq;. P.R. præſidii cauſa collocatam? Belli Punici ſecundi quod cõtra maiores noſtros Hannibal geſſit: cauſa fuit Sagunti oppugnatio. Recte ad eu; Legati miſſi. mittebanť ad Penum mittebantur pro Hannibale. hoſtibus noſtris. & ſociis quid ſimile tandem? Nos ad Ciuem mittemus: ne Imperatorem. P.R. ne exercitum: ne Coloniam circunſedeat: ne opugnet? ne agros depopuleť? ne ſit hoſtis? Age ſi paruerit: hoc Ciue uti aut uolumus: aut poſſumus? Ante diem. xiiii. Kl. Iañ. decretis ueſtris eum concidiſtis. conſtituiſtis ut hæc ad uos Kl. Iañ. referreẽť: quæ referri uidetis.

Contẽnet: eorꝝ more qui deteriores fiũt rogati. Ardorẽ municipiorꝝ: in Antoniũ ſuſcitatũ. Quãuis dicant. L. Piſo & Saluius Tri. ple⁹. Minimis momẽtis: Nocuit ſemper differre paratis. Opinione: non re ſtitudine tempore ciuilis belli Pompeiani: multi: non ꝙ ita facere cõueniret Cęſarem ſequebantur: quem audere Pompeiũ deſerebanť: quẽ timere aĩaduertebant. Non enim ad Hannibalem mittemus: hoſtem & externũ ducem: ſed ad Antonium ciuem. Saguntus celtiberię ciuitas eſt a Zacynthiis condita: quę ad hiberi exitũ pergẽti occurrit. hanc Hannibal contra populi romani fœdera diruens belli punici ſecũdi ſuſcitauit incẽdia. Cõuenerat. n. fœdere primo punico bello icto ut Saguntus libera eſſet. Hos legatos romanorꝝ auditos eſſe ab Hannibale: uanaq; ab eo retuliſſe reſponſa Polybius refert: Liuius nec auditoſ: nec in caſtra admiſſos ſcribit: ambo in eo conueniunt: Carthaginem profectos ut ſenatus mandauerat: ad ducem ipſũ pro uiolato fœdere depoſcendũ. Sed expoſitis mandatis ſic aduerſa; habuiſſe Barchinã factionẽ: ut neglecti deſpectiq; re infecta Romam redierint.

Pro Hannibale: depoſcẽdo.

Aut uolum⁹ aut poſſum⁹: q̃ſi dicat minime aut uelle debem⁹ aut poſſe: cum ea contra eũ decreuerimus: quę decreuimus.



UVA. BHSC. IyR_187

Ad urbem:Brūduſio enī ur
bem oppugnatum ueniebat: ni
ſi Octauius terruiſſet. Edicto
allato:de uolūtate ipſius. Ve
xillū:quod tollet Antoniꝰ:quo
tiens noui aliquid moliri ciues
uoluerint. Peregre:in Aſia my
laſis. Familiam: gladiatores.

Ipſe per ſe ſanus:eſto per ſe
ſapiat Antonius per Lucium &
alios ſanus nūq̄ erit. Teret̃:
inaniter conſumetur. Vnde
eſt adhuc: nam ſi lenti & pigri
in decernendo quod prius ē di
ctum:non fuiſſent:bellum non
eſſet:Tarditate ſenatus abuſus
erat Antonius. Omne malū
naſcens:Ouidiꝰ.Principiis ob
ſta ſero medicina patur Cū ma
la per longas ꝯualuere moraſ.

de honoribus & præmiis bene de Repub. merito
rum & merentiū: quoꝝ principem iudicauiſtis
eum:qui fuit:C.Cæſarem:Qui.M.Antonii im
petus nepharios ad Vrbem:ī Gallia uertit deīde
milites ueteranos q primi Cæſarem ſecuti ſunt.
tum illas cæleſtes diuinaſq; legiones Martia &
Quartam: qbus cu Cōſulem ſuū non mō reli-
quiſſent:ſed bello etiam pſequerentur: honores
& præmia ſpopondiſtis:eodemq; die.D.Bruti
præſtantiſſimi ciuis edicto allato atq; ꝓpoſito fa
ctum eius collaudauiſtis, quodq; ille bellū pri-
uato cōſilio ſuſceperat: id uos autoritate publi-
ca cōprobauiſtis. Quid igitur illo die aliud egi-
ſtis:niſi ut re hoſtem iudicaretis Antoniu? His
ueſtris decretis aut ille uos æquo animo aſpicere
poterit?aut uos illu ſine dolore ſummo uidebi-
tis? Excluſit illū a.R.P.diſtraxit ſegregauit nō
ſolum ſcelus illius:ſed etiam:ut mihi uidet̃: for
tuna quædam.R.P.qui ſi Legatis paruerit:Ro
mamq; redierit: Num qn̄ perditis ciuibus uexil
lum quo cōcurrant defuturꝝ putatis? S; hæc mi
nus uereor: Sunt alia ob quæ magis nunq̄ pare-
bit ille legatis. Noui hominis inſania arrogan-
tiam:noui pdita cōſilia amicoꝝ:quibus ille ē de
ditus. Lucius qdem frater eius utpote q peregre
depugnauit:familiam deducit:ſi p ſe ipſe ſanus:
qđ nūq̄ erit:per hos eē tamen ei nō licebit. Teret̃
interea tēpus:belli apparatus refrigeſcent. Vnde
eſt adhuc bellum niſi ex retardatiōe & mora? Vt
primū poſt diſceſſum latronis uel potiꝰ deſpera
tam fugam libere Senatꝰ haberi potuit:ſemp fla-
gitaui:ut cōuocaremur.quo die primū conuo-
cati ſumus: cu deſignati Conſules nō adeſſent:
Ieci ſententia mea maxīo ueſtro cōſenſu fūdamē
ta.R.P.ſerius omnino q̄ decuit. nec.n. ante po-
tui.Sed tamen ſi ex eo tpe dies nullus ītermiſſus
eſſet:bellum profecto nullū haberemus. Omne
malum naſcens facile opprimit̃.inueteratum fit
plerumq; robuſtiꝰ. Sed tum expectabantur Kl.
Ian̄.fortaſſe nō recte. Veru præterita omittamꝰ
Etiam ne hanc moram afferamus:du ꝓficiſcan
tur Legati? du reuertantur? quoru expectatio

UVA. BHSC. IyR_187

Tumultum:bellum propinquū ac periculoſum declarari eſſe:Sic enim appellabant ui
cina bella & italica:ut gallicū. Iuſticiū:quod in magnis ꝑiculis:& timore reipublicę in
dici ſolebat:hoc ē iuris dicendi intermiſſio:ut apud Liuiū ſępiſſime legimꝰ. Et iuſticiū q̄
dē dictū:quoniā ius ſtat. Saga:ueſtimēta militaria:ūde Sagatus. Cicero ī epiſtola Sagati
ī foꝝ deſcēdimꝰ. Sublatis uēditiōibꝰ:ut nulla ſit cuipiā uacatio & excuſatio a bellis. Prę
ter galliā totā:Comatā & Ciſal
pinam. Contentionē:nō con
tra ſe dicebat bellū pari:ſꝫ par
tiū eē ꝯtentionē:hoc ē diſſenſio
nē.Sed eaꝝ inqt ꝑtiū quas An/
toniꝰ dicit alteri uicti ſūt hoc ē
Pōpeiani:alteri in ꝑtibus Cęſa
ris ſūt:niſi fortaſſe quiſpiā ſibi
ꝑſuadet Cęſaris ꝑtes dictatoris
a ꝯſulibus Hirtio & Panſa:qui
Cęſariani fuere:ac.C.Octauio
cęſaris filio oppugnari:qđ cre
dibile nō ē.ergo nō cōtētio par
tiū ē:ſed ipſe oppugnat Anto/
niū. Ad opinionē: ꝓ uolūta
te & deſiderio cuiuſqꝫ. Septē
uiꝝ:aut ab ipō diuidūdis agris
cuꝫ.L.frē ꝑfectū:aut ſeptēuiꝝ:
epulonē ſignificat. Capitalē
hominē: flagitioſū: & cuius ca
put peti debeat ad pœnā. Cice/
ro:Capitalis eteocles: uel potiꝰ
Euripides. Et uitiū ac peccatū
capitale dicitur:ꝓpter quod cō
mittentis caput peti ad ſuppli/
ciū debet:aliter capitale odium
capitalē morbū dicimꝰ:qđ alte
rius caput petūt. Alii ſeptimiū
legūt. Quod ꝯcupiſcas tu ui
deris:uerba Antonii Tu cogita
& elige quid uelis nullam patie
re repulſam. Ne ſorti quidē:
antę bona ueſtra promiſit q̄ ea
ſors & fortuna diuideret & fie
rent uictoris occupantis. Ne
qd reſpu.Hoc uti uerſicnlo rei
pu.periculoſis temporibus ſo/
lebant:quod ait ſępe Liuius.
Fraudi:dāno & ꝑiculo.Etiā
in ueteri iure lectū ē: erit ea res
fraudi.Ci.ī epiſtola ad Lētulū.
Maiori illis fraudi q̄ tibi futuꝝ

dubitationeꝫ belli afferet.bello autē dubio quod
poteſt ſtudium eſſe delectus? Quamobrē.P.C.
Legatorum mentionem nullaꝫ cenſeo faciendaꝫ.
rem adminiſtrandam arbitror: ſine ulla mora:&
confeſtim gerendam cenſeo.tumultum decerni.
iuſticium indici.Saga ſumi dico oportere. dele/
ctum haberi. ſublatis uacationibus in Vrbe & ī
italia præter Galliam totam.Quæ ſi erunt facta:
opinio ipſa & fama ueſtræ ſeueritatis obruet ſce
lerati gladiatoris amētiam. Sentiet ſibi bellū cū
R.P. eſſe ſuſceptum. Experietur conſentientis
Senatus neruos atqꝫ uires. Nam nūc quidē par/
tium contentionem eſſe dictitat: quaꝝ partium
alteri uicti ſunt:alteri ſunt in mediis.C.Cæſaris
partibꝰ.Niſi forte Cæſaris partes a Panſa & Hir
cio Coñ. & a filio.C. Cæſaris oppugnari puta/
mus.Hoc uero bellum nō ex diſſenſione partiū:
ſed ex nefaria ſpe ꝑditiſſimoꝝ Ciuiū excitatū:
quibꝰ bona fortunæqꝫ noſtræ nota ſūt.& iam ad
cuiuſqꝫ opinionē diſtributæ. Legi epiſtolaꝫ An
tonii:quam ad quēdam P.Septimiū capitalē ho
minē Collegaꝫ ſuū miſerat.Quid cōcupiſcas tu
uideris.quod cōcupiueris certe habebis.Hem ad
quē Legatos mittamꝰ cui bellū moremur īferre
q̄ ne ſorti quidē fortunas noſtras deſtituit:ſed li
bidini cuiuſqꝫ nos ita addixit:ut ne ſibi q̄dē qcq̄
ītegrū:quod nō alicui ꝓmiſſum iam ſit relique/
rit.Cū hoc.P.C.bello īquam certandū eſt:idqꝫ
cōfeſtī: legatoꝝ tarditas repudiāda eſt. Quapro
pter ne multa nobis quotidie decernēda ſint: Cō
ſulibꝰ totam.R.P.cōmittēdam cēſeo iiſqꝫ ꝑmit
tēdū ut Rēpu.defēdant. ꝓuideātqꝫ ne qd.R.P.
detrimēti accipiat. Cēſeoqꝫ ut iis q̄ ī exercitu an
tonii ſūt:ne ſit ea res fraudi ſi añ Kl.feb.ab eo di
ſceſſerīt.Hæc ſi cēſueritis.P.C.breui tpe liberta
tē.R.P.autoritateqꝫ ūram recuperabitis.Si aūt
leniꝰ agetis:tñ eadē:Sed fortaſſe ſeriꝰ decernetis.



UVA. BHSC. IyR_187

Sed qui ordo in ſentẽtiis ro
gandis:A.Gelius libro quarto
ca.x.Quid obſeruatū ſit de or
dine rogandaruꝫ ſententiarum
ante legem de ſenatu habendo
quę poſtea fuit lata:ſcribit.Pri
mi tamen fere cōſules deſigna
ti rogare ſolebant.Saluſtius in
Catilina.Tum Syllanus ſenten
tiam rogatus:ꝙ eo tempore cō
ſul deſignatˀerat. Se ipſa:nā
uera uirtus ſua ipſius conſcien
tia contenta eſt etiam ſi a nullo
laudetur:quod ait alio loco Ci
cero. Muro:quę ſunt ueluti
murus:& in portento habuere
maiores Alpes ab Annibale pri
us:deinde a Cimbris eſſe ſupa/
tas:quod Plinius ſcribit.

de.R.P.quoad retuliſtis:ſatis decreuiſſe uideor
Altera res eſt de honoribus:de quibus deinceps
intelligo eſſe dicendū.Sed qui ordo in ſententiis
rogandis ſeruari ſolet:eundem tenebo ĩ uiris for
tibus honorandis.A Bruto igiť Cōſule deſign.
more maioꝝ capiamˀ exordiū:cuius ut ſuperio
ra omittam:quæ ſunt maxima illa qdem:ſed ad/
huc hominū magis iudiciis:q̃ publice laudata:
quibus nam uerbis eius laudes huiˀ ipſius tem/
poris cōſequi poſſumus?Neqꝫ.n.ullam mercedē
tanta uirtus:præter hanc laudis gloriæqꝫ deſide
rat.qua etiam ſi careat:tñ ſi ſe ipſa cōtenta:quan
quam in memoria gratoꝝ Ciuium:tanq̃ in luce
poſita lætetur.Laus igitur iudicii teſtimoniiqꝫ
ueſtri tribuenda Bruto eſt.Quamobrē his uer/
bis.P.C.Senatus.C.faciendū cenſeo:Cum.D.
Brutus Imp.Coſ.deſig.ꝓuinciam Galliam ĩ Se
natus P qꝫ.Ro.poteſtate teneat.cūqꝫ exercitum
tantū:breui tpe:ſummo ſtudio municipioꝝ:co
loniarumqꝫ ꝓuintiæ Galliæ optime de.R.P.me
ritæ:merētiſqꝫ cōſcripſerit cōpararit:id eum re/
cte & ordine exqꝫ.R.P.feciſſe:idqꝫ.D.bruti præ
ſtantiſſimū meritū in Remp.Senatui Populoqꝫ
Ro.gratū eē & fore itaqꝫ Senatū,Poqꝫ.R.exiſti/
mar̃.D.Bruti Imperatoris Coſ.deſig.opera:cō
ſilio:uirtute:incredibiliqꝫ ſtudio & conſenſu:ꝓ
uinciæ Galliæ.Reipu.difficillimo tpe eē ſubuē/
tum.Huic tanto merito Bruti.P.C.in.R.P.
quis eſt tantus honos qui nō debeatur?Nam ſi
M.Antonio patuiſſet Gallia:ſi oppreſſis munici
piis:& Coloniis ĩparatis:in illam ultimam Galli
am penetrare potuiſſet:Quantus Reipub.terror
impēderet?dubitaret credo homo amentiſſimus
atqꝫ omnibus conſiliis præceps & deuius:non ſo
lum cum exercitu ſuo ſed etiam cum omni ĩma
nitate Barbariæ bellum ĩferre nobis.Vt eius fu/
roreꝫ ne alpium quidē muro cohibere poſſemˀ.
Hæc igitur habenda gratia ē.D.Bruto:qui illū
nondum interpoſita auctoritate ueſtra:ſuo cōſi
lio atqꝫ iudicio:non ut cōſuleꝫ recæpit:ſꝫ ut ho/
ſtem arcuit:Galliam ſeqꝫ obſideri:q̃ hanc urbē
maluit.Hēat ergo huiˀ tanti facti tãqꝫ præclari

UVA. BHSC. IyR_187

decreto ueſtro teſtimonium ſempiternũ. Gallia/
q3 quæ ſemp præſidet atq3 præſedit huic Impio
libertatiq3 cõmuni: merito uereq3 laudetur ꝙ ſe
ſuaſq3 uires non tradidit: ſed oppoſuit. Atq3 eti/
am. M. Lepido pro eius egregiis in Rempu. me
ritis decernendos honores q̃ ampliſſimos cenſeo.
Semper ille populum Ro. liberꝶ eſſe uoluit. ma/
ximũq3 ſignum illo die dedit uoluntatis & iudi/
cii ſui: cum Antonio Diadema Cæſari imponen
te ſe auertit: gemituq3 & moeſticia declarauit q̃/
tum haberet odium ſeruitutis: q̃ Populu3 Ro.
liberum cuperet: q̃ illa quæ tulerat temporũ ma
gis neceſſitate: q̃ iudicio tuliſſet. Quanta uero is
moderatione uſus ſit: in illo tempore ciuitatis:
quod poſt mortem Cæſaris conſecutum eſt? qs
noſtru3 obliuiſci poteſt? magna hæc: Sed ad ma
iora properat oratio. Quid enim o dii immorta/
les admirabilius omnibus gentibus: quid optati
us Populo Ro. accidere potuit: q̃ cum bellu3 ci/
uile maximũ eſſet: cuius belli exitum omnes ti/
meremus: ſapientia & iam id potius extingui q̃
armis & ferro rem in diſcrimen adducere? Quod
ſi eadem ratio Cæſaris fuiſſet: in illo tetro miſe/
roq3 bello: ut omittam patrẽ: duos Cn. Pompeii
ſũmi & ſingularis uiri filios incolumes habere/
mus: qbus certe pietas fraudi eſſe non debet. Vti
nam omnes. M. Lepidus ſeruare potuiſſet. factu
rum fuiſſe declarauit: in eo qđ potuit: cu3 Sex.
Pompeiũ reſtituit ciuitati maximu3 ornamentũ
R. P. clariſſimũ monumentum clementiæ ſuæ.
Grauis illa fortuna. P. R. graue fatum. Pompe
io enĩ patre quod Imperii. P. R. lumẽ fuit: extin
cto: Interfectus eſt patris ſimillimus filius. Sed
omnia mihi facta uidentur deoꝝ ĩmortalium iu
dicio & pietate. Sex. Pompeio. R. P. conſeruato:
Quam ob cauſam iuſta3 atq3 magnam: & ꝙ peri
culoſiſſimu3 ciuile bellũ maximũq3 humanita/
te & ſapientia ſua. M. Lepidus ad pacẽ concordi
amq3 conuertit. S. C. his uerbis cẽſeo præſcribẽ
du3. Cũ a. M. Lepido. Imp. Pontifice Max. Sæ
penũero Repu. & bene & fœliciter geſta ſit: po
pulusq3. R. intellexerit ei dominatum Regium

Prȩſidet: ad opẽ ferẽdã & de
fenſionem prȩeſt: nam id ſigni
ficat prȩſidere. unde prȩſes au
xiliator: & defenſor. Antonio
diadema Cȩſari ipõnẽte: lupca/
libus quod dictũ ẽ prius. Illa:
ſub Cȩſare ſeruitutẽ. Mode/
ratiõe: cũ in partibus Cȩſariſ &
magiſter equitũ illius eẽt: exer/
citũq3 haberet: plebe quidẽ uo/
ciferãte: & ut Cȩſaris necẽ ulci
ſceretur obteſtante: faciendũ eẽ
diſſuaſit: qđ Appianus ſcribit.

Pietas: ꝙ cũ patre ſenſerunt:
& contra Cȩſare3 paterna pieta
tate ducti arma ſumpſerunt.

Fraudi: damno. Sex. Pom
peiũ: is ab omnibus fere dilige/
batur: Lepidus ſuaſit acciri ex
Iberia: ubi contra Cȩſaris prȩ
tores bellu3 gerebat: eiq3 ꝓ pa
ternis bonis in publicum reda
ctis uicies & quinquagies decẽ
milia drachmas atticas rependi
Maris quoq3 imperiũ dari quẽ
admodũ parẽs eius olim habu
iſſet: ut ingruẽtibus caſibus ro
manoꝝ claſſe ubicũq3 ea eſſet:
uti poſſet: quod ſenatus ꝯceſſit
& ſi Appianus hoc Antonium
tradit ſuaſiſſe. Patris ſimilli
mus filius: CN. Pompeius is
apud Mũdã uictis Põpeianis
clã fugit: crure ſaucio & deſta
ac auia petit ap̃ Lauronẽ oppi
dũ a Cȩſare pugnãs occiſus ẽ.



UVA. BHSC. IyR_187

Soluto & libero: Tribut⁹ fuerat hic honor fortaſſe aliis: ſed dominãte Ceſare: ac minime libero ſenatu. Simile eſt illud Iuuenalis de Cicerone. Roma patrem patrię Ciceronem libera dixit. Homo impotentiſſim⁹: inſolẽtiſſimus. Quę ipſa exitum non habebant: quam non inueniebant cum omnia eſſent itercluſa. Magni honores habiti: pulcher locus comparationis: Cynnano & Syllão tumultu Pompeius i Piceno erat ubi agros habebat: & relictas a patre cliẽtelas: cũq; pleroſq; optimos & clariſſimos ciues ad Syllam ꝓficiſci animaduerteret: indignũ ratus: ſi ſolus ipſe quietem ageret: ac non potius cum copiis ad Syllam iret: Picenum omne cõmouit: tertiũ & uigeſimũ annũ agens. prętoriis aſſũptis propria auctoritate inſignibus: Auximi delectum militum habuit: legiones tris cõſcripſit: cum quibus ad Syllam contendit: omnes quocunq; ibat: ſollicitans: ut a Carbone deficerent Qui ceſo Cynna partibus ſucceſſerat: & multo impotentior erat. Ad Syllam proficiſcẽs tres ſimul duces circũuenire in itinere adortos: Carinam: Cęliũ: Brutum ſupauit. Victor tandẽ ad Syllam ueniẽs imperator: ſalutatus eſt: & in maximo honore habitus: moxq; in Celtiberiã miſſus: & inde in Siciliã & Africam: ex quibus ꝓuinciis uictor rediens: magnus eſt cognomiatus: nec multo poſt etiam triũphauit. Adoleſcẽs: triũ & uiginti annoꝝ. Multo robuſtior: q̃ Octauius: qui erat octo & decem. Paratior: expeditior quoniam milites ultro depoſcebant: cũ Veterani inuiti Octauiũ ſequerẽtur: qppe q q̃eſcere iam optabãt. In alio genere belli: ꝑ cã ſenat⁹ ꝯtra Carbonẽ Perpennã: Sertoriũ: q erant ſenat⁹ & reip. hoſtes. Nõ.n.oib⁹:

maxĩe diſplicere. Cumq; eius opera uirtute conſilio ſingulariq; clementia & manſuetudine: bellum acerbiſſimum ciuile ſit reſtinctum. Sex. q; Pompeius. Cn. F. Magnus huius ordinis autoritate ab armis diſceſſerit: Et a. M. Lepido Imp. Pont. Max. ſumma Senatus: Populiq; Romani uoluntate ciuitati reſtitutus ſit: Senatu; Po. q; Ro. pro maximis plurimiſq; in Rempu. M. Lepidi meritis: magnam ſpem in eius uirtute autoritate fœlicitate reponere: ocii pacis concordiæ libertatis: eiuſq; in Remp. meritoꝝ Senatum Populumq; Ro. memorem fore. Eiq; ſtatuã equeſtrem inauratam in roſtris aut quo alio loco in foro uellet: ex huius ordinis ſententia ſtatui placere. Qui honos. P. C. mihi maximus uidetur. Primum quia iuſtus eſt: non. n. ſolum datur ꝓpter ſpem temporum reliquoꝝ: ſed pro ampliſſimis meritis redditur. Nec uero cuiq̃ poſſumus cõmemorare hunc honorẽ a Senatu tributũ iudicio Senatus ſoluto & libero. Venio ad. C. Cæſarem. P. C. qui niſi fuiſſet: quis noſtrũ eſſe potuiſſet? Aduolabat ad Vrbem a Brunduſio homo impotentiſſimus: ardẽs odio: animo hoſtili: in omnis bonos cum exercitu Antonius. Quid huius audaciæ & ſceleri poterat opponi? nondũ ullos duces habebamus: nõ copias: nullum erat conſilium publicum: nulla libertas: dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ: fugam quærebam⁹ omnes: quæ ipſa exitum non habebat. Quis tum nobis? quis Populo. Ro. obtulit hunc diuinum adoleſcentem deus? q cũ omnia ad perniciem noſtram peſtifero illi ciui paterent: ſubito præter ſpem omnium exortus prius confecit exercitũ: quem furori. M. Antonii opponeret: q̃ quiſquã hoc eum cogitare ſuſpicaretur. Magni honores habiti Cn. Pompeio cum eſſet adoleſcens: & quidem iure: ſubuenit. n. Reipubl. ſed ætate multo robuſtior: & militum ducem quærentium ſtudio paratior: & in alio genere belli. Non eni; omnibus Syllæ cauſa grata: declarat multitudo proſcriptorum: tot municipiorum maximæ calamitates. Cæſar autẽ annis multis iunior ueteranos

UVA. BHSC. IyR_187

cupientis iam requieſcere armaũit: eam comple/
xus eſt cauſam: quæ eſſet Senatui: quæ populo:
quæ cunctæ Italiæ: quæ diis omnibꝰ gratiſſima.
Et Pompeius ad. L. Sylle maximum imperiũ:
uictoremq; exercitum acceſſit. Cæſar ſe ad nemi
nem adiunxit: ipſe princeps exercitus faciendi &
præſidii comparandi fuit. Ille in aduerſariorum
partibus agrũ Picenum habuit munitum. Hic
ex Antonii amicis ſed amicicioribus libertati cõ/
tra Antonium confecit exercitum: illius opibus
Sylla regnauit: huius præſidio Antonii domina
tus oppreſſus eſt. Demus igitur imperium Cæ/
ſari: ſine quo res militaris adminiſtrari: teneri
exercitus: bellum geri nõ poteſt: & pro Populo
Ro. eo ire quo cuiq; optimo: qui honos: quanq̃
eſt magnus illi ætati: tamen ad neceſſitatem reꝝ
gerendarum non ſolum ad dignitatem ualet. Ita
q; illa quæramus quæ uix hodierno die cõſeque
mur. ſed ſæpe ſpero fore huius adoleſcentis hor/
tandi honorandiq; & nobis & Populo Ro. pote
ſtatem. Hoc autem tempore ita cenſeo decernen
dum. ꝙ. C. Cæſar. C. F. Pontifex Proprætor ſũ
mo Reipu. tempore milites & ueteranos ad liber
tatem Populi Ro. cohortatus ſit: eoſq; conſcri
pſerit: quodq; legio Martia Quartaq; ſummo
ſtudio optimoq; in Rempu. conſenſu. C. Cæſa
re duce & autore Rempu. libertatem. P. R. defẽ
dant defenderit: & qđ. C. Cæſar proprætor Gal
liæ prouinciæ cum exercitu ſubſidio profectus
ſit: equites: ſagittarios: elephantos: in ſuam Po
puliq;. Ro. poteſtatem redegerit: difficillimoq;
R. P. tempore ſaluti dignitatiq; Populi Ro. ſub
uenerit. Ob eas cauſas Senatui placere. C. Cæſa
rem. C. F. Pontificẽ Proprætorem Senatorem eẽ:
ſententiamq; loco. Pr. dicere: eiuſq; honoris ra
tionẽ quencunq; appetet ita haberi: prout habe
ri lege liceret: ſi anno ſuperioꝛ̃ Quæſtor fuiſſet.
Quid eſt enim. P. C. cur eũ non q̃primũ ampliſ
ſimos honores capere cupiamꝰ. Legibꝰ. n. annali
bus cum grandiorem ætatem ad Conſulatum
cõſtituebãt: adoleſcẽtiæ temeritatẽ uerebant̃. C.
Cæſar ineũte ætate docuit ab excellẽti eximiaq;

ſicuti nũc ſenatus: & ſi cũ Syl/
la tũc ſentiret ſenatus. Mul
titudo ꝓſcriptoꝝ: propoſuit il
lam ingentem tabulam Sylla:
& ex ipſo equeſtris ordinis flo
re: ac ſenatu duo milia elegit: q
mori iuberentur. Ille: Pom
peius. In aduerſariorũ parti
bus: Carbonis & cęterorum q
agrum Picenum munierãt: &
in ſua habere poteſtate ſpabãt:
ſed ab eis auocauit Pompeius.
Eo: ad eum locum: ire in gal
liam contra Antoniu;. Quo
cuiq; optimo: ſcilicet eundũ ẽ.
Itaq; illa quęramus: demus
imperium & auctoritatẽ. C. Cę
ſari: quod uix conſequemur:
hoc eſt uix efficiemus ut Anto
nium coerceamus. Pontifi/
cem: pro patre & ſi Lepidus in
uaſerat pontificatum. Pro;
prętor: decretis a ſenatu faſci
bus. Eiuſq; honoris: lex erat
Romę q̃ ei q quęſtor fuiſſet: li
cebat ſequenti anno tribunatũ
plebis: prętura: & alios ma/
giſtratus petere. Cenſet ergo
Cicero: Sic Octauii rationem
habendam: & ſi quęſtor non
fuerit: quẽcunq; honorem pe/
tat: ac ſi lege petat: idq; agit ut
legibus ſoluatur annalibus:
neq; illis ſit obnoxius: Leges
uero annales plures fuere & a
pluribꝰ latę quibꝰ ętas pręſcri
bebat̃: cui petẽdoꝝ magr̃atuũ
ptãs fiebat Legibꝰ. n. ãnalibꝰ:

UVA. BHSC. IyR_187

ac ſi dicat ideo ętas pręſcribebatur : quia temeritatem timebant : quę propria eſt adole-
ſcentię. Et Cicero ait in Catone maiore. Temeritas eſt florentis ętatis: prudentia ſenectu-
tis: non ꝙ inueniri non queat adoleſcens qui prudentia ſenes anteeat. Nam de Aſcanio
inquit Virgilius: Ante annos animumq; gerens: curamq; uirilem. Ariſtoteles nihil inter
eſſe inqt ętate quis iuuenis ſit an moribus: neq; in ānis culpā eē: Sed in uiuēdo & ꝑturbate
ſingula ꝑſequendo.

uirtute progreſſum ætatis expectari non oporte-
re. Itaqꝫ maiores noſtri ueteres illi admodum an
tiquas leges annales non habebant : quas multis
poſt annis attulit ambitio: ut gradus eſſent peti-
tionis inter æquales. Ita ſæpe magna indoles uir
tutis priuſq̃ Reipu. ꝓdeſſe potuiſſet: extincta fu
it. At uero apud antiquos Rulli Decii Coruini
multiqꝫ alii: recentiore auteꝫ memoria ſuperior
Africanus. T. Flaminiꝰ admodū adoleſcētes Cō
ſules facti tantas res geſſerūt: ut Po. R. īperium
auxerint: nomen ornauerit. Quid Macedo Ale-
xander cuꝫ ab ineunte ætate res maximas gerere
cæpiſſꝫ: nōne tertio & trigeſimo anno mortē obi-
it: quæ ē ætas noſtris legibꝰ: decē annis iunior q̃
Cōſularis: ex quo iudicari poteſt: uirtutis eſſe q̃
ætatis curſum celeriorē. Nam ꝙ ii qui Cæſari in
uidēt: ſimulant ſe timere: ne uerendū quidē eſt:
ut tenere ſe poſſit ut moderari: ne honoribꝰ nr̄is
elatus intēperantius ſuis opibꝰ utat̃. Ea natura
rerū eſt. P. C. ut qui ſenſum ueræ gloriæ cœpe-
rit: qqꝫ ſe ab Sēatu ab Eqtibus. R. Poqꝫ. R. uni-
uerſo ſenſerit Ciuē clarū hēri ſalutarēqꝫ. R. P.

Progreſ
ſum ętatis: ut ꝑ ętatē petere ho
nores: & legibus poſſit. Itaq;
maiores noſtri: oſtendit admo-
dū uetuſtas annales leges non
eſſe: & ambitiōe quadā latas: dū
ſcilicet ęgre ferrēt quidā hoies
ęquari ſibi honoribus q̄ mino
ris exiſterent ętatis: ideoq; uo-
luiſſe ut quidā gradus eēnt pe-
titionis. Verbi gr̄a: Qui. xx. an
nū agerent: ędilitatē petere poſ
ſent: Qui quadrageſimū Quę-
ſturā & Pręturā: Qui quadra-
geſimū tertiū Conſulatū: & ob
fuiſſe dicit has leges: Quoniaꝫ
multi q̄ petiiſſent ꝓdeſſe reipu.
Si gerere magiſtratū potuiſſēt:
anq̃ in ętate eēnt: qua petere li
ceret: extincti ſūt. Magna in-
doles : ac ſi diceret ſpecimen &
apparētia nō ſignificatio ſoluꝫ
uirtutis idē in officiis in quibꝰ
eſt uirtutis indoles ꝯmouent̃.
Et ſi indoles tūc ꝓprie dr̄: cum
maior ī pueris elucet uirtꝰ: quę
ętati ꝯueniat. Rulli: uſurpat
pluralē numeꝝ. Rullus uero ē
Qu. Fabius Rullus primus ex
ea familia ob uirtutes maximuſ
cognoiatꝰ: q̄ magiſter eqtū Papyrio dictatore pene ē ſecuri ꝑcuſſus ꝙ ꝯtra eiꝰ edictū cuꝫ
Sānitibꝰ & ſi ꝓſpe pugnauerat ſolutus legibꝰ ꝯſul an̄ tp̄s factꝰ ē. De quo multa Liuiꝰ. viii. &
xi. ab ur. con. Decii: P. Deciꝰ bello Sānitico tribunꝰ militū Aulo Cornelio ꝯſule exercitū
ī locū iniquū ꝯiectū ſuauit: collē. n. occupauit iminētem ei ī quo ſamites ꝯſederāt: Cōſuli
occaſionē euadēdi dedit: ipſe ab hoſtibus circūſeptꝰ erupit. Sequēti āno an̄ tp̄s ꝯſul creatꝰ
cū. T. Mālio bello latino ſe deuouit. Coruini: M. Valeriꝰ Tr. militū bello gallico: gallū a
quo ꝓuocatꝰ fuerat inſidēte galea Coruo & unguibꝰ roſtroq; infeſtāte hoſtē īteremit: Cor
uini ſibi poſteriſq; ea cā uēdicauit cognomē: ꝯſul ꝓxio āno creatꝰ eſt ob uirtutē: cū. xxiii.
ageret ānū. Liuiꝰ auctor li. vii. ab ur. con. & Valeriꝰ ti. d' his quę magnifica cuiq; ꝯtigere.
Supior africanꝰ: hic & ędilis an̄ ānos factꝰ ē: & p̄tor cū ageret. xxiii. ānos: & ꝯſul tūc cū
ꝯcedēte collega ī africā traiecit. Valeriꝰ max. Supiori iqt africāo ꝯſulatꝰ citerior legitio tp̄e
datꝰ ē: qd' fieri oportere exercitꝰ lrīs ſenatū admonuit: ita neſcias utꝝ illi plus decoris patꝝ
ꝯſcriptoꝝ auctoritas: an̄ militū ꝯſiliū adiecerit. toga. n. ſcipiōeꝫ ducē aduerſus poenos cre
auit: arma popoſcerūt. T. Flaminius. T. Qu. Flaminius tp̄e belli Macedōici: & ipſe ſolutuſ
legibus ē: ꝯſul. n. factus aduerſus Philippū macedonię regē fœliciter pugnauit ī faucibus
epiri: fugatū coegit in regnū reuerti. Iunior q̃ ꝯſularis: quē. xliii. anno licet petere: Iuni
or & ſenior cōmunis ſūt generis: & Cicero ait Seniore republica. Curſū celeriorem: ſę
pe enim anteit ętatē uirtus. Nā ꝙ ii: Hęc Octauii obiiciebāt aduerſarii q̄bus occurrit

UVA. BHSC. IyR_187

nihil cum hac gloria cōparandū putet. Vtinam C. Cæſari patri dico contigiſſet adoleſcenti : ut eſſet Senatui atq; optimo cuiq; cariſſim⁹ : quod cum cōſequi neglexiſſet : omnē uim ingenii quæ ſumma fuit ī illo : ī populari leuitate cōſumpſit. Itaq; cū reſpectu; ad Senatum & ad bonos nō haberet : ea; ſibi uia; ipſe patefecit ad opes ſuas amplificandas : quam uirtus liberi populi ferre non poſſet. Ei⁹ aūt filii longiſſime diuerſa ratio : qui cum omnibus eſt : tu; optimo cuiq; cariſſimus : in hoc ſpes libertatis poſita ē. ab hoc accepta iam ſalus : huic ſummi honores & exquiruntur & parati ſunt. Cuius igitur ſingularem prudentiam admiramur : eius ſtulticiam timemus ? Quid. n. ſtultius : q̄ inutilem potentiam inuidioſas opes cupiditatem dominandi præcipitem & lubricam anteferre ueræ graui ſolidæ gloriæ ? an hoc uidit puer : ſi ætate proceſſerit nō uidebit ? At ē quibuſdam inimicus clariſſimis atq; optimis ciuibus : nullus iſte timor eſſe debet. Omnis Cæſar inimicitias Reip. condonauit. hanc ſibi iudicem cōſtituit : hanc moderatricem omnium factoꝝ. Ita. n. ad. R. P. acceſſit : ut eam confirmaret : nō ut euerteret. Omnis habeo cognitos ſenſus adoleſcētis : nihil eſt illi Repu. cari⁹ : nihil ueſtra autoritate grauius : nihil bonorum uiroꝝ iudicio aptius : nihil uera gloria dulcius. Quamobrem ab eo nō modo nihil timere : ſ; maiora & meliora expectare debetis : neq; in eo qui ad. D. Brutum obſidione liberandum profectus ſit : timere ne memoria maneat domeſtici doloris : quæ plus apud eum poſſit q̄ ſalus ciuitatis. Audebo etiam obligare fidem meam. P. C. uobis : populoq;. R. q; profecto cum me nulla uis cogeret : facere non auderem : pertimeſceremq; ī re maxima periculoſam opinionem temeritatis : promitto recipio ſpōdeo P. C. C. Cæſarem talem ſemper fore Ciuem : q̄lis hodie ſit : qualemq; eum maxime uelle eſſe & optare debemus. Quæ cum ita ſint : de Cæſare ſatis hoc tempore dictum habeo. Nec uero de L. Egnatuleio fortiſſimo & conſtantiſſimo Ciue amiciſſimoq;. R. P ub. ſilendum arbitror.

Nihil cū hac gloria : q̄ falleris Cicero : & contra te ſūt quę ſcribis in officiis libro primo. Sed illud odioſū eſt qd' in hac elatione & magnitudine animi facillime ptinacia & nimia cupiditas inuiſatur principat⁹ : & totus locus qui ſequit' : & aliud eſt expetere ueram gloriam : aliud ſimulare. Multis enim quod ait Cicero : Simulationū in uolucris obtegitur : & quaſi uelis quibuſdā obumbratur unius cuiuſq; natura : frōs : oculi : ſępe mentiuntur : oratio uero ſępiſſime. Adoleſcētia : fuit enim lubrica adoleſcentia : corrupta : & ad omne ſcelus : ſed pręcipue ſeditiones prona : appetens uero principat⁹ : iam tūc maxime extitit iuli⁹. Leuitate : furore populi : ſibi largitionibus & malis artibus conciliato. Non poſſet : ſicut tandem non tulit : ſ; extinxit. Hoc uidit : hoc animaduertit ut ueram gloriam adipiſceretur. Memoria domeſtici doloris : Iulii patris occiſi : id quod multi iactabant : non confidendū Cęſari qui priuatū accepiſſet uulnus : & ulturus crederetur. Facere non auderē : ſi quid ſcilicet timendum eſſet.

UVA. BHSC. IyR_187

Qui ager coloniis eſſet:Cęſar dictator bellis ꝯfectis legē tulit:qua ueterãiſ pręmia diſtribuit:deductis enim in coloniaſ agroꝝ certū modū uiritim aſſignauit:Si quis plus occuparet adimi:& diſtribui aliis ueterãis q prius miſſis adderēt:uoluit. Quo:ad quas colõias. De agro cãpano:q ſemper po.ro. fuiſſet & diuiſus nūquã extitiſſet:quod multis i locis dicit Cicero. Secũda &.xvi.ſ.legio: & ſic habet uera & antiq̄ lectio Extra:pręter.

1 Piſonis ac nõ nullorū q Antonio fauebãt i ſenatu uicit ſnia de mittẽdis ad Antoniū legatis. Fuere aūt Serui⁹ Sulpiti⁹.L.Cęſar.L Piſo.L.Philipp⁹:qb⁹ hęc mãdata Cicerõe ꝑſcribẽte & ſi inuito eo legatio erat decreta a ſenatu data ſūt ad Antoniū:ut Mutina ꝓfecti diſcederet:ut Decimo Gallia ꝓuincia cederet:quę ĩtra alpes & Rubiconē amnē eſt:ut exercitū citra flumen educeret ita tñ ut nõ ꝓpi⁹ urbē ducentis milibus admoueret.Pręfinitus itē dies ē:quo ſi nõ ꝑeret hoſtis reip.hñrẽ.Iã ꝑfecti erãt legati. Quid ergo in ſenatu actum ſit frequẽtē populū:ſcire cupiẽtē: & uoce.P.Apulei ſciſcitãtē docet Cicero.Dilatū dicẽs eſſe nõ ſublatū bellū. Facit autē ꝑiudiciū re iſecta legatos redituros: & ãtoniū neq; paritu ꝝ ſenatui: neq; ſi uelit poſſe. Atq; iccirco hortaẽ ut patis ſint ad rē aĩs dū redeant.Inuehitur ꝑ occaſionē in.M.&.L.Antonios Quędã i L.Trebelliū &.T.Plancū:ĩprobos & nefarios q ad Antonium ſeſe ꝯtulerant ſuis eiecti ſceleribus:maledicta cõgerit. populi in ſe cõmemorat bñficia:& ſuã operã ſuūq; ſtudium pollicef. In eo pręcipue laborat: ut ſuſpitionem populo adimat:aut timoris ſenat⁹ obmiſſos legatos aut futurę cū Antõio ꝯcordię.

Sed tribuẽdum teſtimoniu3 uirtutis egregiæ:q̄ is legionē Quartam ad Cæſare3 adduxerit: quæ præſidio Conſulibus Senatui Populoq3.R.Rei pu.eſſet ob eam cauſam placere uti.L. Egnatuleio triennium ante legitimu3 tempus Magiſtratus petere capere gerere liceat.In quo.P.C. non tantum cõmodum tribuitur.L. Egnatuleio:q̄tum honos.In tali.n.re ſatis ē nomĩari.De exercitu autem.C.Cæſaris ita cenſeo decernendū Senatui placere:militib⁹ ueteranis:qui Cæſaris Põtificis autoritatemq3 huius ordinis defenderint atq3 defendant: iis liberiſq3 eoꝝ militiæ uacationem eſſe. Vtiq3.C.Panſa.A.Hircius Coñ.alter ambo ue cognoſcerent:q ager coloniis eſſet:quo milites ueterani deducti eſſent:qui contra legem Iuliam poſſideretur: ut is militibus ueteranis diuideretur De agro Campano ſeparatim cognoſcerent:inirentq3 rationem de cõmodis militum ueteranoꝝ augendis: legioniq3 Martiæ & legiõi Quartæ: & iis militibus qui de legione Secunda &.xvi.ad.C.Panſam.A.Hirciū Conſ.uẽiſſẽt: ſuaq3 nomina dediſſent:q̄ iis Senatus Populiq3 Romani libertas cariſſima ſit:& fuerit:uacatiõe3 militiæ ipſis: liberiſq3 eoꝝ eſſe placere: extra tumultū Gallicum Italicūq3: eaſq3 legiones bello confecto miſſas fieri placere:Quantamq3 pecuniam militibus eaꝝ legionū in ſingulos.C. Cæſar Pontifex Proprætor pollicit⁹ ſit:tantam dari placere. Vtiq3.C.Panſa.A.Hircius Conſules alter ambo ue rationē agri habeant:qui ſine iĩuria priuatoꝝ diuidi poſſit: iſq3 militib⁹ legiõis Martiæ & legiõis quartæ ita darẽt:aſſignarẽt: ut qb⁹ militib⁹ ampliſſime dati aſſignati eſſent. Dixi ad ea oĩa Cõſules de qb⁹ retuliſtis: quæ ſine mora matureq3 decreta: facili⁹ apparabitis: ea quæ tẽpus & neceſſitas flagitat.Celeritate autē opus ē:qua ſi eſſem⁹ uſi:bellū:ut ſæpe dixi:nullu3 hñrẽmus.

.M. Tullii Ciceronis.in.M. Antoniū ad Quirites Philippica Sexta

a Vdita uobis eſſe arbitror Quirites quæ ſint acta in Senatu: quæ fuerit cuiuſq3 ſentẽtia. Res enĩ ex Kl.iañ.

UVA. BHSC. IyR_187

agitata:paulo ante confecta eſt : minus quidem
illa ſeuere q̄ decuit : nō tamē omnino diſſolute:
Mora eſt allata bello:non cauſa ſublata: Quam
ob rē ꝙ quæſiuit me. P. Apuleius homo & mul
tis officiis mihi & ſumma familiaritate cōiūctus
& uobis amiciſſimus ita reſpōdebo: ut ea qbꝰ nō
interfuiſtis:noſſe poſſitis. Cauſa fortiſſimis op/
timiſqʒ Conſulibus Kl. Iañ. de Repu. primū re/
ferendi fuit:ex eo ꝙ. xiii. Kl. Iañ. Senatus me au
tore decreuit. Eo die primū Quir. fundamēta ia
cta ſunt Reipub. fuit. n. longo īteruallo ita liber
Senatus:ut uos aliqñ liberi eſſetis. Quo quidem
tēpore etiam ſi ille dies uitæ finem mihi allaturꝰ
eſſet: ſatis magnū cœperaʒ fructuʒ cum uos uni
uerſi una mēte atqʒ uoce iteꝝ a me conſeruatam
eē Rempu. cōclamaſtis. Hoc ueſtro iudicio tan/
to tamqʒ præclaro excitatus: Ita Kl. Iañ. ueni in
Senatum:ut meminiſſem quam perſonam īpoſi/
taʒ a uobis ſuſtinereʒ. Itaqʒ bellū nefariuʒ illatū
Rei. P. cum uiderē: nullam moram interponen/
dam īſequendi. M. Antoniū putaui. hominēqʒ
audaciſſimū:qui multis nefariis rebus ante com
miſſis hoc tēpore imperatorem Populi Romani
oppugnaret: Coloniam ueſtram fidiſſimaʒ for/
tiſſimamqʒ obſideret:bello cenſui perſequendū:
tumultum eſſe decreui:iuſtitiuʒ indici: ſaga ſu/
mi:dixi placere: in quo omnes acrius grauiuſqʒ
incūberent ad ulciſcendas Reipu. iniurias:ſi om
nia grauiſſimi belli inſignia ſuſcepta a Senatu ui
derent. Itaqʒ hæc ſententia ſic per triduum ualu
it: Vt quanq̄ diſceſſio facta non eſſet : tñ præter
paucos:omnes mihi aſſenſuri uiderentur. Hodi
erno aūt die non eſt pene ſcio q̄ obiecta re remiſ
ſior Senatus fuit:nam plures eam ſententiam ſe/
cuti ſunt:ut quantum Senatus autoritas ueſter
qʒ conſenſus apud Antonium ualiturus eſſet:
Per Legatos experiremur. Intelligo Quir. a uo
bis hanc ſententiam repudiari. neqʒ iniuria. ad
quem enim legatos? ad eum ne qui pecunia pu/
blica diſſipata atqʒ effuſa: ꝑ uiʒ & cōtra auſpicia
īpoſitis Reipu. legibꝰ: fugata cōtiōe: obſeſſo Se/
natu: ad opprimēdaʒ Rēpub. Brūduſio legiōes

Minus ſeuere:naʒ pro digni
tate & ſeueritate ſenatus nō de/
cernenda legatio: ſed ilico ho/
ſtis iudicandus fuerat Antoniꝰ
Diſſolute:molliter & remiſſe.
Mora:donec legati reuertā/
tur. Nō cā ſublata:quoniaʒ ut
dicturꝰ paulo poſt ē:nō parebit
Antoniꝰ. P. Apuleius:is trib.
pl. erat:cuiꝰ meminit Appianꝰ.
Ex eo:ac ſi dicat propter id
Quod ſenatꝰ decreuit: quid
aūt decreuerit prius eſt dictum
Lōgo interuallo: poſt lōgū
interuallū:diu. n. liber nō fue/
rat. xiiii. calen. Iañ. cœpit eſſe.
Etiā ſi uitę finē allaturus eēt:
pp ea quę in. M. Antoniū dixi:
& qbus hortatꝰ ſū : ut honores
& prēmia Decimo & Octauio
decerneretis:& oībꝰ q ꝯtra An
toniū ꝓ rep. quippiā feciſſent.
Vna mēte:una uolūtate. Cō/
tigit autē hęc populi acclama/
tio:& Cicerōis cōmendatio: cū
illā ad populū hūit orōnē. xiii.
calen. Iañ. cuiꝰ initiū ē. Frequē
tia ueſtꝝ incredibilis: contioqʒ
tanta Quirites. Quā ꝑſonā:
quā grauitatē & conſtantiā:ab
hiſtrionibꝰ tractus ē ſmo : qui
quā ꝑſonā ab initio fabulę ſu/
ſcepint:ſeu liberi:ſeu ſerui: ſeu
regis:ſeu ꝑuati:eā ad extremuʒ
uſqʒ tū dictis:tū factis ſeruant.
Putaui:calēdis ianuariis:qđ
ꝑcedēti appet orōne. Impato/
rē:Decimū. Coloniā:Mutinā
Diſceſſio: Senatus conſultū
per diſceſſionē: quoniā nō oēs
aſſentirentur : nec inter omnes
de mea ſentētia cōſtaret. Ho
dierno: nec hodie inqt remiſſi
or ac minus ꝓmptus ſenatus ē
ad id quod tūc ſuaſi: q̄ re obie
cta ac ſubito & quaſi ꝑter opio
nem a me ꝓpoſitā extitit. Illud
eſt īterpoſitū: Pene ſcio : ac
ſi dicat:auſiʒ affirmare hoc:nō
eſſe remiſſiorē ſenatū:q̄ tūc fu
it. Pecunia publica:quę fuit
ad ędē Opis. Per uiʒ:hęc oīa
ꝑus dicta ſūt a Cic. & enarrata.

UVA. BHSC. IyR_187

Ad Hannibalē:ad hoſtē: nō ciuem:qui denūciarent ꝯfeſtim Sagūto diſcederet. Conſuleꝫ deſignatū:Decimum. Facile uero:qui nō eſt in ſua poteſtate hoc eſt ſibi ipſi non conſtat: & ꝯuenit multo min⁹ aliis. Quid enim ille unꝗ ꝛc. qui rōni obtē pauit nūꝗ:& ſp appetitui paru it:nec ſui compos unquam fuit

Diſſimilia:quid.n.lenoni cū latrone.ille mancipiis quęſtua riis lenociniū facit. hic ex inſi diis inuadit:& rapto uiuit. ;Fo renſibus:in foro ęditis. Mu lieri auariſſimę: Volurnnię Mi mę. Citra flumē Rubiconē: is inter Rauennā & Ariminuꝫ fluit: in adriaticū uero mare ex currit:de quo Lucanus. Fonte cadit modico: paruiſq; impelli tur undis Puniceus Rubicon dum feruida cāduit ęſtas:perq; imas ſerpit ualles:& gallica cer tus Limes ab auſoniis diſtermi nat arua colonis. Finis ē gal lię:ſuper Rubiconis ponte in ciſum in marmore edictū fuit: his uerbis.Imperator:miles:ty ro:armatus quiſquis es: Hic ſi ſtito:uexillū figito: arma depo nito:Nec citra hūc amnem ru biconē:Signa:arma exercitum ue traducito. Si quis aduerſus pręcepta ierit:fecerit ue:adiudi catus eſto hoſtis po.ro.ac ſi cō tra patriā arma tulerit:ſacroſq; penates e penetralibus aſporta rit Vt ab urbe:nam ita a Mu tina auocabatur:ut ei non con cederetur Romam reuerti.

accerſierit.ab his relictus cum latronum manu in Galliam irruperit:Brutum oppugnet. Muti nam circumſedeat.quæ uobis pōt cum hoc gla diatore cōditionis.æquitatis:legatōis:eſſe cōmu nitas? Quanꝗ Quir.nō eſt illa legatio ſed denun ciatio belli:niſi paruerit. Ita.n.eſt decretū: ut ſi legati ad Hannibalem mitterent. Mittuntur.n. qui nuncient ne oppugnet Conſulem deſig. ne Mutinam obſideat. ne ꝓuinciam depopuletur. ne delectus habeat. ſi in Senat⁹ atq; populi Ro. poteſtate.Facile uero huic denunciatōi parebit: ut in Patrum.C.atq; in ueſtra poteſtate ſit:qui ī ſua nunꝗ fuerit. Quid.n.ille nūꝗ arbitrio ſuo fecit?ſemper eo tractus:quo libido rapuit quo le uitas.quo furor.quo uinolentia. ſemp euꝫ duo diſſimilia genera: lenonū & latronum ita dome ſticis ſtupris:forenſib⁹ parricidiis delectarūt:ut mulieri citius auariſſimæ paruerit ꝗ Senatui Po puloq;.R.Itaq; qđ paulo ante feci ī Senatu faci am apud uos:teſtificor denūcio ante prædico:ni hil.M. Antoniū eoꝝ quæ ſunt legatis mandata factuꝝ.uaſtatuꝝ agros: Mutinam obſeſſuꝝ:de lectus qua poſſit habituꝝ. Is ē.n.ille qui ſemp ſenatus iudiciū & autoritatē: ſemp uoluntatem ueſtraꝫ poteſtatēq; contēpſerit. An ille id faciat quod paulo ante decretum eſt: ut exercitum ci tra flumen Rubiconem qui finis eſt Galliæ edu ceret:dum ne propius Vrbem Romam.cc.mil. admoueret?Huic denunciationi ille pareat?ille ſe fluuio Rubicone.cc. milia circunſcriptum eſſe patiatur? nō is eſt Antonius.Nam ſi eſſet non cō miſiſſet ut ei Senatus tanquam Hannibali initio belli Punici denunciaret:ne opugnaret Sagūtuꝫ Quod uero ita auocatur a Mutina: ut ab Vrbe tanquam peſtifera flamma arceatur:quaꝫ habet ignominiam? Quod iudicium Senatus?Quid ꝙ a Senatu dantur mandata legatis:ut.D.Brutuꝫ militeſq; eius adeant. iiſq; demonſtrent ſua in Rep.merita:beneficiaq; eorum grata eſſe Sēatui Po.q;.Ro.iiſq; eaꝫ rē magne laudi magnoq; ho nori foř.paſſuꝝ ne cēſetis Antōiū ītroiř mutinā legatos:exiř īde tuto?nunꝗ patieť:mihi credite.

UVA. BHSC. IyR_187

Noui uiolētiam: noui īpudentiam: noui auda
ciam. nec uero de illo ſicut de homine aliquo de
bem⁹: ſ3 ut de īportuniſſima belua cogitar̄. Quæ
cu3 ita ſint: nō omnino diſſolutū eſt qđ decreuit
Senat⁹. habet atrocitatis aliqđ legatio. utinam ni
hil haberet moræ. Nam cū pleriſq3 ī reb⁹ geren
dis tarditas & ꝓcraſtinatio odioſa ē: tū hoc bellū
īdiget celeritatis. Succurēdu3 eſt. D. Bruto. oēs
undiq3 copiæ colligēdæ: horam eximere ulla3 in
tali ciue liberando ſine ſcelere nō poſſum⁹. An il
le nō potuit ſi Antoniū Con. Si Galliam Anto
nii ꝓuincia3 iudicaſſ3: legiones Antōio & ꝓuīciā
tradere? domū redire? triūphare? prim⁹ in hoc or
dine eē quoad magr̄atū iniret? qđ negocii fuit? S3
cum ſe Brutū eē meminiſſ3 ueſtræq3 libertati na
tum? Quid egit aliud: niſi ut pœne corpore ſuo
Gallia ꝓhiberet Antoniū. Ad hūc utrū legatos:
an legiōes ire oportebat? Sed præterita omittam⁹
ꝓperēt: quod uideo eē facturos. uos ſaga parate
īterea ibitur. nō parebit. nos amiſſos tot dies rei
gerēdæ queremur. Nō metuo Quir. ne: cum au
dierit Antoni⁹ me hoc ī Senatu & ī cōtione cōfir
maſſe: nunq̄ illum futurum in Senatus poteſta
te: refellendi mei cauſa: ut ego nihil uidiſſe uide
ar: uertat ſe: Senatui pareat. nunq̄ faciet: nō inui
debit huic meæ gloriæ: malet me ſapientem a uo
bis: q̄ ſe modeſtu3 exiſtimari. Quid ipſe ſi uelit?
Num etiam. L. fratrem paſſurum arbitramur?
nuper quidem dicitur ad Tibur: ut opinor cum
ei labare. M. Antonius uideretur: mortem fratri
eſſe minatus. Etiam ne ab hoc Myrmillōe Aſia
tico Senatus mandata: legatorum uerba audien
tur? Nec eni3 ſecerni a fratre poterit tanta præſer
tim auctoritate. Nam hic inter illos africanus ē.
pluris habetur q̄. L. Trebelli⁹. pluris q̄. T. Plan
cius adoleſcens nobilis: qui omnibus ſententiis
maximo ueſtro plauſu condēnatus: neſcio qūo
ſe coniecit in turbam. atq3 ita mæſtus rediit. ut
retractus: non reuerſus uideretur. Sic cōtemnit
tanq̄ ſi illi aqua & igni interdictum ſit. aliquan
do negat ei locum eſſe oportere in Curia: qui in
cēderit curia3. Na3 Trebelliū ualde iam diligit:

Procraſtinatio: cum dies de
die ducitur. Horam eximre:
horam differre. At ille non
potuit: occurrit obiectiōi: ac ſi
dicat: ſed ciuis bonus faciendū
non iudicauit. Primus: nam
conſul erat deſignat⁹: & prim⁹
fere deſignatus ꝯſul rogari ſen
tentia3 ſolebat. Legiōes: quę
oppugnarent. Properent: le
gati. Hoc: qđ ſequit̄. Nūq̄:
& eſt ordo nō uereor ne uertat
ſe. Refellēdi mei cauſa: ut re
fellat: & mentitū oſtendat. Nō
īuidebit huic meę glorię: ut ſa
piens dicar ꝙ prę uiderim quę
Antonius eēt facturus. Paſſu
rum: ut pareat ſenatui. Laba
re: nutare: inclinareq; ad ſenat⁹
uoluntate3. Secerni: abeſſe a
fratre & ab illo diſiūgi. Afri
canus: ueluti quidam African⁹
Scipio. Inter illos: in cōuen
tu illo flagitioſiſſimoꝝ. Quā
L. Trebellius q̄. T. Planci⁹: hi
erant ſceleratiſſimi: cūq3 ob ua
ria flagitia eſſe in urbe impune
non poſſent: ad Antoniū confu
gerant: &. T. quidē Planci⁹ po
puli dānatus ſententiis ad An
toniū cu3 quo prius fuerat: ſic
redierat: quaſi coactus eēt: idq3
iuitus faceret. Sic uero ab An
tonio contemnebatur: ut nō re
diiſſe ſua ſponte: ſed retract⁹ pu
taret̄ cū retrahi fugitiui ad ſup
pliciū ſoleant. Sic cōtemnit:
T. Planciū Antonius tanq̄ exu
lem & hoſtem publicū. Na ho
ſtibus iudicatis aqua & igni in
terdici ſolebat: is Cęſare occiſo
& tumultuante plebe: cum iaci
bus ad curiam ipſam cucurrit:
cui contumelioſe obiiciebat An
tonius ꝙ curiam incēdiſſet: &
merito ex curia & urbe pulſū.

UVA. BHSC. IyR_187

Aderat tūc cū ille tabulis nouis aduerſabantur: Plutarchus in Antōio a Dolobella tra/
dit adoleſcente tribuno pl. nouaꝝ reꝝ cupido remiſſū a Cęſare poſt pharſalicā pugnam
Antoniū & ipſum tribunū amicū & populare rogatū: ut adiutor ſibi uellet eſſe in ꝑferen/
da lege de nouis tabulis: hoc ē ęre alieno diſſoluēdo: cui Aſinius & Trebellius intercede/
bant: & Antoniū q̄dē adulteratā ab eo uxorē ſuā. C. Antonii patrui filiā ſuſpicatū: aduerſa
tū eſſe: ꝑteſq; Aſinii & Trebel
lii ſuſcepiſſe. Dolobellā quoq;
foro quod armis occupauerat
expuliſſe: Cōtraria hic dicit Ci
cero: & Antoniū: nō Dolobellā
ferre legē illā uoluiſſe. Trebel/
liū interceſſiſſe: eā cām odii An
tonio fuiſſe: amaſſe poſtea: cuꝫ
ęs alienū ingens Trebellius cō
flauiſſet: quo dānatus ad eū cō
fugiſſet: & niſi lege lata de no/
uis tabulis ęre alieno reſciſſo:
ſaluū eſſe nō poſſe. Nouę tabu
lę dicebanť: quotiēs ęs alienū
diſſoluebať: & ueteres credito/
rū tabulę abolebantur. Trāq̄l
lus in Iulio. De pecuniis mutu
is diſiecta nouaꝝ tabulaꝝ expe
ctatione quę crebro mouebať.

Iam fert in oculis: amat prę
cipue. Sponſores: qui pro eo
ſe obligarūt: creditores: qui pe/
cuniā mutuati ſunt. O fides:
exclamatio cognomē inquit fi/
dei accepiſſe arbitror. Trebel/
liū: ut fides ipſa uocetur: & irri
ſiue hęc ait. Vbi plauſus ille:
cū triūphauit Trebellius. Spe
ludi: obiecta ſpe non uirtutis: ſꝫ
ludi: ut nos deludere res: & aluꝫ
quē ſperaremus te exhiberes.

Quis eſt qui hūc &c: quaſi di
cat quę prius recte fecit: nō uir
tute: neq; uolens: aut ſciens: ſed
fortuito fecit. Neq̄tia iam ſce
lus ē: caſu bonꝰ fuit: iam peccat
nequitia quę ē ſcelus cū q̄ſpiā
uolens malus ē: nō caſu. Ad
amores: ironice. L. Antōiꝰ poni
ſibi ſtatuā curauerat: cui inſcripſerat. L. Antōio p̄rono. po. ro. q̄nq; &. xxx. tribꝰ poſuere: i
quod inuehitur Cicero: quęrens ex populo eius ne ſit patronus. L. Antonius: & poſuerint
ne ſtatuam q̄nq; &. xxxiii. Negatis: ueꝝ eſſe nō conceditis patronū uobis eſſe: patronuſ
in fidem recipit clientē: ut tueatur & cauſam defendat: ſed accuſati nō etiā accuſantis. At
qui certe nemo: ſi eſt qui tribū nō habeat: ſinguli enim eſtis in aliqua tribu quę ſūt q̄nq;
&. xxx. ergo oēs optaſtis patronū. Malam quidē illi peſtem: ſcilicet opto & ueꝝ eſſe nō
dubito quod dicitis ueſtꝝ patronū: neq; eē: neq; fuiſſe. Hic latro. L. Antonius. In fo/
ro. L. Antonii ſtatuā uidemus: quaſi dicat indigniſſimū eſt. Sicut illā. Qu. Tremuli: Sic
habet hic locus nō aūt. Qu. Trebellii. Qu. Martiꝰ Tremulus ꝯſul cū. P. Cornelio Aruina

aderat tum cum ille tabulis nouis aduerſabatur
Iam fert in oculis poſtq̄ ipſuꝫ Trebellium uidit
ſine tabulis nouis ſaluum eſſe nō poſſe. Audiſſe
enim uos arbitror Quir. quod etiam uidere po/
tuiſtis quotidie ſpōſores & creditores. L. Trebel
lii cōuēire. O. fides hoc. puto: Trebellium ſum
pſiſſe cognomē. quæ pōt eſſe maior fides: q̄ frau
dare creditores? domo ꝓfugere? propter æs alie/
num uenire ad arma? Vbi plauſus ille in trium/
pho eſt ſpe ludi? ubi ædilitas delata ſummo ſtu/
dio bonoꝝ? Quis eſt qui hunc nō caſu exiſtimet
recte feciſſe? nequicia ſcelus eſt. Sꝫ redeo ad amo
res deliciaſq; noſtras. L. Antonium: qui uos om
nes in fidem ſuam recepit. Negatis? Num q̄ſnam
eſt ueſtꝝ qui tribū non habeat: at q̄ certe nemo.
illum q̄nq; & trigīta tribus patronū adoptarūt.
Rurſus reclamatis: aſpicite a ſiniſtra illam eque
ſtrem ſtatuam inauratam: in q̄ inſcriptū ē: quin
q; & triginta tribus patrono. P o. R. Igiť ē patro
nus. L. Antoniꝰ malam quidē illi peſtē. clamori
enim ueſtro aſcentior. Nō modo hic latro: queꝫ
clientē habere nemo uelit. Sed q̄s unq̄ tantis opi
bus: tantis rebus geſtis fuit: q̄ ſe. Po. R. uictoris
dominiq; omniū gentiū tutoreꝫ dicere auderet.
In foro. L. Antonii ſtatuaꝫ uidemus. ſicut illaꝫ.
Q. Tremuli q̄ Hernicos deuicit ante Caſtoris.
O impudētiam incredibilem: tantū ne ſibi ſum/
pſit: quia mylaſſis Myrmillonem Thracem iu
gulauit familiarem ſuum? Quonam modo iſtū

UVA. BHSC. IyR_187

ferre poſſemus:ſi in hoc foro ſpectantibus uobis
depugnaſſet?Sed hæc una ſtatua: altera Eqtibus
R;equo publico:qui itez aſcribũt patrono: quẽ
unq̃ iſte ordo patronum adoptauit?ſi quenq̃: de
buit me.ſed me omitto:Quẽ cenſorem?quẽ nup
agrum iis diuiſit.O ſordidos qui acceperũt: im
probum qui dederit.Statuerunt etiam Tribuni
militares qui in exercitu Cæſaris duo bis fuerũt
Quis eſt iſte ordo?multi fuerunt multis in legio
nibus per tot annos:iis quoq3 diuiſit Semuriu3:
Campus Martius reſtabat?niſi:prius cum fratre
fugiſſet:Sed hæc agrorum aſſignatio paulo ante
Quir.L. Cæſaris clariſſimi uiri & præſtantiſſi/
mi Senatoris ſentẽtia diſſoluta eſt.huic.n.aſſen/
ſi:Septemuirum acta ſuſtulimus.Iacent benefi/
cia Nuculæ:friget patronus Antõius.Nam poſ/
ſeſſores animo æquiore diſcedẽt.nullam impen
ſam fecerant: nondum ĩſtruxerant: partim quia
non confidebant:partim quia non habebant. S3
illa ſtatua palmaris đ qua: ſi meliora tempora eſ
ſent:non poſſem ſine riſu dicere.L. Antonio Ia/
no medio patrono:ita ne Ianus medius in.L.An
tonii clientela ſit:Quis unq̃ in illo inuentus eſt q
L.Antonio mille nummũ ferret expenſum? Sed
nimis multa de nũgis : Ad cauſam bellumq3 re/
deamus: quanquam non alienum fuit perſonas

de hernicis triũphauit:ſtatua equeſtris in foro ei decreta ẽ:& ante Caſtoris templũ poſita:
qđ Liui⁹ ſcribit ab ur.con.Hernici populi fuere Lauinio:Albȩ:& ipſi Romȩ uicini quoꝝ
oppida Alatriũ Ferentinũ Verulȩ. Altera eqtibus rõanis:altera in foro hoc ẽ ſecunda
ſtatua erat.L.Antonii:quã equeſtris ordo poſuerat:& itẽ patrono inſcripſerat. Equo pu
blico eqtibus romanis:quẽ publice eqtes poſuiſſe titulus & inſcriptio iudicabat: qđ refel
lit Cicero. Me:equeſtris ordis
fuit Cicero:& rẽp.ſuauit ĩ quẽ
grat⁹ eẽ ordo debuiſſet. Quẽ
cenſorẽ? ſcil3 ſibi adoptãt p̃ro/
nũ:qđ iccirco facere debuiſſet:
qa ſenat⁹eqtũq3 regimen.peneſ
cẽſores eẽt:cũ equos ſibi adime
re ſoli poſſent:ac notã ĩurere ſi
qd diſplicuiſſẽt cũ urbẽ trabe
ati ipſi luſtrarẽt eqtes: qđ bis
ſigulis faciebãt ãnis lupcalib⁹
& idib⁹ Iulii:ut Valeri⁹ max.tra
dit. Quẽ nup agꝝ iis diuiſit:
ac ſi dicat quem diuidere nefas
erat:& quẽ ĩiuria poſſeſſoribus
ĩtercȩpat. Sordidos:auaros:q
acceperũt illũ agꝝ. Qui de/
derit:L.Antõi⁹. Statuerat:io
cat Cicero qđ mox ip̃e indicat
& hȩc ueluti nugas rep̃hendit:
ſecũdã ſtatuã equeſtrẽ una cu3
eqtib⁹ rõanis poſuerãt Antõio
duo q ĩ Cȩſaris exercitu bis fu
erãt tribuni militares:qb⁹ An/
toni⁹ Semuriũ diuiſerat. Quis
ẽ iſte ordo:cũ duo fuerit ſic ait
Multis legionibus:nam quȩ
libet legio duos habebat tribu
nos militares: minorem qui p̃/
erat cohorti quingẽtariȩ quem
grȩci uocãt πεν.τακοσ τάρχ
ην:& maiorẽ q millenariȩ p̃po
ſitus erat cohorti a grȩcis uo/
catus χιλιάρχησ lis:tribunis
militarib⁹ q duo bis fuerũt ĩ ex
ercitu Cȩſaris. Semuriũ:agꝝ ſec⁹ urbis muros:iõq3 ſubiũgit Cãpus martius reſtabat.ſ.
diuidẽdus. L.Cȩſaris:q fuit.M.&.L.Antõioꝝ auũculus. Sñia:quã dixit ĩ ſẽatu. Huic:
L.Cȩſari. Septẽuiꝝ:L.Antonii & collegaꝝ:quos Antõius diuidẽdis agris p̃fecit. Iacẽt:
irrita ſũt bñficia collata nuculȩ:& ager ei ab Antonio diuiſus.Is aũt Nucula un⁹ ex Anto
tonii fuit ſatellitibꝯ. Friget:qa uidet q̃ decreuit irrita eẽ. Poſſeſſores:illi qbꝯ.L.Antoni⁹
agros diuiſit. Illa ſtatua palmaris:ille p̃or cui ĩſcriptũ erat.L.ãtõio p̃rono po.ro.qnq3 &
xxx.trib⁹ poſuere.Palmaris palma digna.Ter. ĩ eunucho.Id uero ẽ qđ ego puto mihi pal
mariũ. Iano medio:hoc ẽ ĩ medio Iano:Baſilicã Paulus Aemilius in foro rõano extruxit:
mille & qngẽtis talẽtis q̃ pecũia ꝯſul una cũ Calidio Marcello corruptus ẽ a Cȩſare ut fa
ueret:Hȩc inter admirabilia urbis opa a Plinio laudat̃ : p̃pe eã locus fuit Ianus noĩe: duȩ
eni illic Iani ſtatuȩ fuere:in ſũmo una:in imo altera.Eũ uero ĩ locũ fœnerato res cõuenie
bant:auctores Porphirio: & Acron.Horatius.Hoc Ianus ſũmus ab imo Perdocet. Ita
ne Ianus medias:cũ ſtomacho hoc inquit:etiã medius Ianus ubi erat poſita ſtatua ſic in

h

UVA. BHSC. IyR_187

L.Antonii clientela: Sed null⁹ unq̄ in eo loco inuenit Lucius: q mille ei nūmos mutuaret:q̄ſi dicat nullus ei unquaꝫ credidit quoniā fallere & decoquere cō ſueuerat.Ferre uero acceptū & expenſū pecuniā:Sermones ſūt a rōcinantibus & mercatorib⁹ ſumpti:qui traditam ab alio pe cuniā annotāt ut acceptā:dataꝫ uero aliis ut expēſam.Mille ue ro numeri ē ſingularis ꝓ eo po ſitū:quod χιλιασ grece dicitˀ & ut μια χιλιασ καὶ Δυο χι λιάΔεσ. ita unū mille & duo milia dicūtur:recteq̨ & ꝓbabi/ liter dici ſolet:Mille denariū in arca eſt:& mille equitū in exer/ citu:Cicero itē pro Milone:An te fundū Clodii quo in fūdo ꝓ pter inſanas illas ſubſtructiōes facile mille hominū uerſabāt : A.Gelius noctiū atticaꝝ libro primo.ca.xvi. Etiam ſi meli⁹ aliud fuit:non mittere legatos: neq̨ bellum differre. Pauci: L.Piſo:Saluius & alii nōnulli. Iſtam uocem: expectādos le gatos. Tumultum: bellū pe/ riculoſum & propinquū. A ſe ortum:Cicero in Saluſtium: Ego meis maiorib⁹uirtute mea pręluxi:ut ſi prius noti nō fue rint:a me accipiant initium me morię ſuę.Fuit enim homo no uus:& tamen uirtute nobiliſſi/ mis uiris eſt ęquatus. Eoſdē geſſi in foro labores: null⁹ eni dies erat:qđ ipſe ad Quintum fratreꝫ ſcribit: quo pro reo nō diceret. Quos in petēdis:ſci licet geſſi. Rudis in rēpubli/ cam:ſcilicet ſum. Viginti an/ nos: quod in principio ſecun/ dę Philippicę dictum eſt.

quaſdam a uobis recognoſci: Vt quibus cū bel/ lum gereretur poſſitis taciti cogitare. Ego autē uos hortor Quir. ut etiam ſi melius aliud fuit: tamen legatoꝝ reditū expectetis aio æquo: cele/ ritas detracta de cauſa ē: boni tamē aliqd acceſſit ad cauſam.Cū enim legati renūciarit:quod cer/ te renunciabūt nō in ueſtra poteſtate:nō in Sena tus eſſe Antoniū: Quis erit tam improbus ciuis q illum Ciuē habēdum putet?Nunc.n.ſūt pau/ ci illi quidem:ſed tamē plures q̄.R.P.dignū eſt qui ita loquantur: ne legatos qdeꝫ expectabim⁹? Iſtam certe uocem ſimulationemq̨ dementiæ ex torquebit iis res ipſa publica: quo etiam ut cōſi/ tear uobis Quir. minus hodierno die contendi: minus laboraui:ut mihi Senat⁹ aſſentiēs tumul tuꝫ decerneret:Saga ſumi iuberet:malui.xx. die bus poſt ſententiam meam laudari ab omnibus: q̄ a paucis hodie uituperari.Quapropter Quir. expectate legatoꝝ reditū: & paucoꝝ dierum mo leſtiam deuorate:q cum redierint: ſi pacem affe/ rent: cupiduꝫ me:ſi bellū: prouiduꝫ iudicatote. An ego non prouideam meis Ciuib⁹? nō dies no/ cteſq̨ đ ueſtra libertate:de rei pu.ſalute cogitē? Quid.n.non debeo uobis Quir.quē uos a ſe or/ tum:hominibus nobiliſſimis omnib⁹ honorib⁹ prætuliſtis? An ingratus ſum? Quis min⁹? Qui partis honoribus: eoſdem geſſi in foro labores: quos in petendis:rudis in Rem pu. Quis exerci/ tatior:qui uiginti iam annos bellū geram cum ī probis Ciuibus? Quamobrem Quirit.conſilio quantū potero: labore plus pene q̄ potero excu/ babo:uigilaboq̨ pro uobis. Etenim quis eſt Ci uis præſertim hoc gradu:quo me uos eſſe uolui ſtis:tam oblitus beneficii ueſtri:tam īmemor pa triæ:tam inimic⁹ dignitati ſuæ: quem ñ excitet: & nō inflammet tant⁹ iſte ueſter cōſenſus.Mul/ tas: magnaſq̨ habui Conſul cōtiones:multis in terfui:nullam unq̄ uidi tantam: quanta nūc ue/ ſtra eſt.Vnum ſentitis omnes:unū ſtudetis. M. Antonii conatum auertere:a.R.P.furorem exti guere:opprimere audaciam: idem uolūt omnes ordines.Eodem incūbunt municipia: Coloniæ

UVA. BHSC. IyR_187

Volūtarius:ſcilicet erit ꝙ noluerimus nos ſuitute liberare cū potuerimus.

l Egati cū ſenatus mandatis ad Antoniū ꝑfecti erāt:nōdū quid actū ab illis eēt audiebaꝉ:& qd nā allaturi eſſent:oīno incertū uidebaꝉ. Qui uero Antonio fauebāt & ei⁹ fingebāt poſtulata ac reſpōſa:& ꝓ ſuo arbitrio interꝑtabanꝉ:in Ciceronē uero oblique inuehebātur nō oportuiſſe dicētes irritari Antoniū. Veritus igiꝉ Cicero ne ad

cuncta Italia. Itaq; Senatum ſua ſpōte bene firmum:firmiorē ueſtra autoritate feciſtis. Venit tēpus ſerius omnino:q̄ dignum. R. P. fuiſſet:tamen ita maturum: ut differri iam hora ñ poſſit. Fuit aliqs caſus fatalis:ut ita dicam: quem tulimus:quoquo modo ferendus fuit. Nūc ſiquis erit uolūtarius:P. R. ſeruire fas nō eſt:quem dii īmortales omnib⁹ imperare uoluerunt. Res ī extremū ē adducta diſcrimen. De libertate agitur. aut uincatis oportet:qđ ꝑfecto & pietate ueſtra & tanta cōcordia conſequemini:aut quiduis potius:q̄ ſeruiatis. Aliæ nationes ſeruitutē pati poſ ſunt. P. R. eſt propria libertas.

## M. T. C. ī. M. Antoniū Philippica Septīa.

p Aruis de rebus: ſed fortaſſe neceſſariis conſulimur. P. C. de Appia uia & de Moneta Conſul: đ lupercis. Tr. Pl. referunt. Quarum rerum etſi facilis explicatio uidetur: tamen animus aberrat a ſententia ſuſpenſus curis maioribus. Adducta ē enim. P. C. res in maximum periculum:& extremum pene diſcrimen: Non ſine cauſa Legatorū iſtam miſſionē ſemper timui:nūq̄ probaui:quorum reditus qd ſit allatur⁹: ignoro. Expectatio quidem quantum afferat langoris animis: quis non uidet! Non enim ſe tenent ii qui Senatum dolēt ad auctoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcere coniunctum huic ordini. P. R. conſpirantē Italiam:paratos exercit⁹:expeditos Duces. Ia; nūc fingunt Antonii reſponſa: eademq; defendunt. Alii poſtulare illu;:ut oēs exercitus dimittanꝉ:

pacē cū eo faciendā ſenatus ſcliſnaret:ſi forte ad ęquas antoni⁹ ꝯditiōes deſcēderet: rurſus nullo pacto pacē cū Antonio habēdam ſuadet:quoniā turpis:quoniā ꝑiculoſa:& ne fieri qdē poſſit oīno. Primū contra ea dicit quę Antonii fautores cōminiſcebāꝉ. Cōſulares ad quos ſcribebat Antonius:apte tangit. Et quoniā q̄buſdā de rebus a ꝯſule P āſa relatū in ſenatu fuerat: quę & ſi ad rēpu. ꝑtinebant:facileq; explicari poterāt:non tñ ad eas applicare animū maioribus detentū curis poterat Cicero:ꝓ occaſionē exordiꝉ Parua ſed utilia dicēſ eſſe reipu. quę a ꝯſule relata ſūt & tribūis: & tñ a ferenda de his ſnīa aberrare aīum curis maioribus iplicitū repu. in maximū ꝑiculū adducta. Conſulimur:rogamur. De Appia uia:quam Appius Claudi⁹ cęcus ab urbe Brūduſiū uſq; ſtrauit: īoq; ē Appia appellata:& de uia qdē Appia inſtaurāda:nā pōtinis paludibus ꝓxima:ſępe multis ī locis euertebaꝉ:ꝯſulerat P anſa ꝯſul: Romę aūt q̄ttuor uiri fueꝛ q uiaꝝ curā agebāt. Idē Pāſa de moneta retulerat:quā uitiari ſcim⁹& adulterari nōnūquā:ac icci rco mutari:& nouā fieri:extitere in urbe olim tres uiri monetales: auri & argēti flatores:qb⁹ curę erat nūmiſmata ex auro atq; argēto cudere. De lupcis:de q bus dixim⁹ in ſecūda philippica. Rettulerāt aūt de iis tribūi fortaſſe quoniā quę ad eoꝝ ꝑtinebāt ritū aliq ex ꝑte mutabāt: & emēdatiōe idigebāt:ut qa uectigalia illis a Iulio ꝯceſſa fuerāt adepta. A ſententia:de his reb⁹ fereda. Suſpēſus:dubi⁹: Virg. Suſpēſi eurypilū ſcitatū oracula phoebi Mittim⁹. Ii:Piſonem tāgit. Auctoritatis priſtinę:quā obtinebat añ occupatā a Iulio rēpu. Cōſpirantē:idē ſentientē italiā. Expeditos:ꝓmptos & ꝑatos Octauiū & ꝯſules. Oēs:Planci:Lepidi:Octauii:ſu⁹ipſi⁹ Antonii



UVA. BHSC. IyR_187

Scilicet:deriſioné hab3 hęc particula cum particula cum amaritudine permixtam:ut Scilicet is ſuperis labor eſt. Reſerare:ſi exercitus dimittemus libere enim & audacter ruerét.
Remittere:tanq̃ iuris ei⁹ ſit: & tanq̃ beneficium concedat.
Vltimá:ulteriorẽ quá Plancus tenebat. Pręclare:ironice. Caius frater: ipſius Antonii:ac ſi dicat iccirco ide Gaiu3 reuocauimus:ut Antoniũ3 mitteremus. Sed quę prouincia: eſto macedoniá teneat & ñ galliam:quę tamen ꝓuincia eſt:ex qua excitare bellũ & incendiũ non ualeat. Iidé illi:qui hęc de Antonio fingũt. Quaſi ꝓuidi:ironice. Bellicũ me ceciniſſe:uelut tuba ſonum dediſſe quo bellũ excitatur. Partis: factionis cuius ſũt ipſi. Neq̃ eſt homo:dicẽtes.ſ.nõ fuiſſe irritádũ Antoniũ:quoniá nequá homo eſt. Confidens: audax nimium. Multi pręterea iprobi: idem.ſ.dicũt quos inqt Cicero a ſe incipientes:nam & ipſi improbi ſũt: & ꝯnumerari pñt
Vtꝝ igitur:ac ſi dicat magis ulciſci debemus:quando poſſumus:q̃ pertimeſcer:e⁹& diligentiores ſunt qui ulciſcuntur : q̃ qui timent:cum poſſint ulciſci.
Populares: cómodoꝝ populi:& cõmunis utilitatis ſtudioſi
In re una:in Antonio defendendo:qué impugnari populo gratiſſimũ eſt. Pręclariſſima cauſa:Antoniũ perſequendi: & opprimendi. Se conſulares : L.Piſo pręcipue tágitur. Táti honoris:ut oía ex commodis reipub. & dignitate nihil ex ſe metiatur. Hoſti:Antonio. Ille:Antonius. Improbis ciuibus furorem augeas: ſic eſt legendum:non autem forum.

Scilicet Legatos ad eum miſimus:nõ ut pareret: & dicto audiens eſſet huic ordini? Sed ut conditiones ferret: leges íponeret : reſerare nos exteris gentibus Italiam iuberet:ſe preſertim incolumi a quo maius periculum q̃ ab ullis natiõibus extimeſcendũ eſt. Alii remittere eum nobis Gallia3 citeriorem:illa3 ultimam poſtulare:præclare ex qua nõ legiones ſolum:ſed etiam natiões ad Vrbem conetur adducere: Alii nihil eũ iam niſi modeſti poſtulare. Macedoniam ſuam uocat omnino:quoniam. C. frater ẽ inde reuocatus. S3 quæ prouintia eſt ex qua illa fax excitare non poſſet incendiũ? Itaq3 iidem quaſi prouidi Ciues & Senatores diligentes bellicũ me ceciniſſe dicunt. Suſcipiunt partis patrociniũ q ſic diſputant. Irritari Antoniũ non oportuit:nequam eſt homo ille atq3 confidens. Multi præterea íprobi quos quidem a ſe primum numerare poſſunt: qui hæc loquuntur:eos eſſe cauendos denunciant. Vtrum igitur in nefariis Ciuibus ulciſcendis cũ poſſis: an ptimeſcendis : diligẽtior cauſa ẽ?atq3 hæc illi loquunť qui quondam propter leuitate3 populares habebanť. Ex quo intelligi poteſt:animo illos abhorruiſſe ſemp ab optimo ciuitatis ſtatu: non uoluntate fuiſſe populares. Qui.n.conuẽit ut qui in rebus improbis populares fuerint:iidẽ in re una maxime populari ꝗ eadem ſalutaris. P R. ſit:íprobos ſe:q̃ populares eſſe malint. Me q̃dem ſemper ut ſcitis: aduerſatũ multitudinis temeritati. Hæc fecit præclariſſima cauſa popularem & quidem dicunť:uel potius iidem ipſi ſe dicunt Conſulares: quo nomine nemo eſt dign⁹: niſi qui tanti honoris nomen poteſt ſuſtinere. Faueas tu hoſti: litteras tibi ille mittat đ ſua ſperum ſecundarũ ſuarum : tu eas læt⁹ proferas: recites:deſcribẽdas etiam des:improbis Ciuibus furorem augeas:animos bonoꝝ ſpem uirtutẽq3 debilites:& te Conſularem aut Senatore3 aut deniq3 Ciuem putes? Accipiet in optimam partem C. Panſa fortiſſimus Conſul atq3 optimus. Etenim dicam animo amiciſſimo hunc ipſum hominem mihi familiariſſimũ:niſi talis Conſul eſſet:

UVA. BHSC. IyR_187

ut omnes uigilias curas cogitationes in.R.P.ſa/
lute conſigeret:Conſulem non putarē : quamq̄
nos ab ineunte ætate illius uſus:cōſuetudo:ſtu/
dioꝝ etiã honeſtiſſimoꝝ ſocietas ſimilitudoq;
coniunxit:eius deniq; curam incredibilē ī aſper
rimis belli ciuilis periculis perſpexi nō modo ſa
lutis:ſed etiam dignitatis meæ:tamē eundem:ut
dixi:niſi talis Conſul eſſet : negare eſſe Conſulē
auderem:Idem non modo Cōſulem eſſe dico: ſ;
etiã memoria mea præſtantiſſimū atq; optimū
Conſulem: nō quia non pari uirtute & uolunta
te alii fuerint: Sed tantam cauſam ñ habuerunt:
in qua & uirtutē & uoluntatē ſuam declararēt.
Huius magnitudini animi: grauitati:ſapientiæ:
tempeſtas eſt oblata formidoloſiſſimi temporis.
Tum autem illuſtrat̄ Conſulatus: cum guber/
nat Rem pu.ſi non optabili:at neceſſario tempo
re:magis autē neceſſarium.P.C. nullū tempus
unq̄ fuit. Itaq; ego ille q ſemꝑ auctor pacis fui:
cuiq; pax præſertim ciuilis : q̄q̄ omnibus bonis:
mihi tamen in primis:fuit optabilis. Omne eniã
curriculū induſtriæ noſtræ: in foro: in curia:in
amicoꝝ periculis propulſandis elaboratum eſt:
Hic honores ampliſſimos:hinc mediocres opes:
hinc dignitatem:ſiquam habemus:conſecuti ſu
mus. Ego itaq; pacis:ut ita dicã:alūnus:q q̄tuſ
cunq; ſum:nihil.n.mihi arrogo:ſine pace Ciui
li certe nō fuiſſem:piculoſe dico:queādmodum
accepturi.P.C.ſitis horreo : Sed pro mea ꝑpetua
cupiditate ueſtræ dignitatis retinendæ & augen/
dæ quæſo oroq; uos.P.C. ut primo : ſi erit uel
acerbū auditu uel incredibile a.M.Cicerone eſſe
dictum:accipiatis ſine offenſione: qđ dixero: ne
ue id prius q̄ quale ſit explicauero : repudietis:
Ego ille dicam ſæpius:pacis ſemꝑ laudator:ſem
per auctor:pacẽ cū.M. Antonio eſſe nolo. Ma/
gna ſpe īgredior ī reliquam oratiōẽ.P.C. quo/
niam periculoſiſſimū locũ ſilentio ſum præter
uectus. Cur igitur pacem nolo? quia turpis eſt:
quia periculoſa:quia eſſe ñ poteſt. Quæ tria dū
explico: peto a uobis.P.C. ut eadẽ benignitate
qua ſoletis:uerba mea audiatis. Quid eſt incon/

Tantam:quanta hęc eſt con
tra Antoniũ. Tempeſtas:ꝑ/
turbatio reipu. Curriculũ:
ſpatiū & uelutiꝰſtadiū. In fo
ro:cauſis forenſibus accuſãdo
& defendendo:ſed defendendo
potius:quod fecit Cicero diutiſ
ſime. In curia:dicendi ſenten
tia. Elaboratum:labore per/
fectum. Pacis alūnus: quem
pax aluit:nã q ab alio educatꝰ
eſt:alūnus dicitur:& Cicero ſi
ne pace:& ſubiungit ciuili:eſſe
qđ fuerat nō potuiſſet. Arro
go:aſſumo:eſt autem arrogare
audacter & inſolēter ſibiipſi at
tribuere. Periculoſe: pręfat̄
ſuaſurus contra inſtitutū ſuũ
bellum & reddit attentos. Au
ctor:ſuaſor. Silentio:ueſtro:
nemo enim reclamauerat:quod
argumento erat non improba/
ri. Cur igitur pacē nolo: di/
uiſio ē:nam capita ꝓponit earū
rerum de quibus eſt dicturus.

Quid eſt &c:diſſuadet pacem
habendam cum Antonio a tur
pitudine:eſt autem locus cōpa
rationis:ſi ſingulis hominibus
turpis eſt leuitas:ſenatui:quem
pręcipue grauitas decet:turpiſ
ſima:qđ leuitas futura ſit ſena/
tus:ſi cum Antonio pacem ege
rit : oſtendit per ea quę prius
fecit:cum quibus niſi ſequen/
tia congruant nō poteſt ſuam
tueri grauitatem ſenatus .

h 3

UVA. BHSC. IyR_187

Cũ eſſet hoſtis:quia re uera hoſtis erat. Vacatiões:ut emeriti eſſent poſtea:uacationẽ haberent:nec cogi amplius ad ſtipendia poſſent. Meus collega:in auguratu. Qua imbecillitate: grauiſſime enim ęgrotauerat:ut prius dixim⁹. Votis:publice enim pro eo populus uota ſuſcepit. Vacatiões oẽs ſubſtuliſtis: ut cogi ad dãda nomina omnes poſſent.

Specie:ut uideat. Nobis:ſenatui. At legatos miſimus: obiicit hoc ex ſenatus perſona

Cui:ſententię meę: nõ tamẽ omnes erant aſſenſi Ciceroni ſuſcipiendũ bellũ:& hoſtẽ iudicandum Antoniũ. Poſtridie: quo die de legatis decreuiſtis mittẽdis.

ſtantia mobilitate leuitate cũm ſingulis hominibus:tum uero uniuerſo Senatui turpius? Quid porro inconſtantius:q̃ quem modo hoſtem non uerbo:ſed re: multis decretis iudicauiſtis? cum hoc pace uelle ſubito coniungi? Quaſi uero cuȝ C.Cæſari meritos qdem illi honores & debitos: Sed tamen immortales & ſingulares decreuiſtis: unam ob cauſam ꝙ contra M. Antoniũ exercitum cõparauiſſet:non hoſtẽ Antonium iudicaueritis:nec tum hoſtis eſt a uobis iudicatus Antonius:Cum laudati auctoritate ueſtra ueterani milites qui Cæſarẽ ſecuti eſſent: nec tũ hoſtem Antoniũ iudicauiſtis: cũ fortiſſimis legionibus ꝙ illuȝ qui Cõſul appellabatur: cũ eſſet hoſtis: reliquiſſent:uacationes:pecunias:agros:ſpopondiſtis. Quid cũ Brutum hominẽ quondam illi⁹ generis:& nominis: natũ ad Rem pu. liberandaȝ exercitũq; eius pro libertate. P.R. bellum gerentem cũ Antonio prouinciamq; fideliſſimaȝ atq; optimam Galliam laudib⁹ ampliſſimis affeciſtis? tũ non hoſtẽ iudicaſtis Antoniũ? Quid cum decreuiſtis ut Conſul alter: ambo ue ad bellum ꝓficiſceretur? quod erat bellũ: ſi hoſtis Antonius non erat? Quo igitur ꝓfectus eſt uir fortiſſimus meus Collega & familiaris. A. Hircius Conſul? aut qua ĩbecillitate qua macie? Sed animi uires corporis infirmitas nõ retardauit: æquum credo putauit uitam:quaȝ. P.R. uotis retinuiſſ; : pro libertate. P.R. in diſcrimen adducere. Quid cuȝ delectus haberi tota Italia iuſſiſtis? Cũ uacationes omnes ſuſtuliſtis? tũ ille hoſtis nõ eſt iudicatus? Armoꝝ officinas ĩ urbe uidetis. Me Milites cuȝ gladiis ſequunt̃. Cons. præſidio ſunt: ſpecie Conſuli re & ueritate nobis oẽs ſine ulla recuſatione: ſũmo etiam cum ſtudio nomina dant: parent auctoritati ueſtræ: ñ eſt iudicatus Antoni⁹ hoſtis? At Legatos miſimus: heu me miſerũ cur Senatum cogor: queȝ laudaui ſemp: repræhẽdere? Quid uos cẽſetis. P.C. Legatoꝝ miſſionẽ. P.R. probauiſſe? Non intelligitis? non auditis meaȝ ſententiam flagitari? qui cum pridie frequentes eſſetis aſſenſi: poſtridie ad ſpem eſtis inanẽ pacis

UVA. BHSC. IyR_187

deuoluti. Quam turpe eſt porro legiones ad Senatũ Legatos mittere Senatũ ad Antoniũ? quam q̃ illa: Legatio non ẽ: denunciatio eſt: paratũ illi exitium niſi paruerit huic ordini: quid refert? tñ opinio eſt grauior: miſſos enim Legatos oẽs uident: decreti ueſtri non omnes uerba nouerunt. Retinenda eſt igitur uobis cõſtantia: grauitas: ꝑſeuerantia: repetenda ẽ uetus illa ſeueritas. Siquidem auctoritas Senatus decus honeſtatẽ laudem dignitatem deſiderat: qbus hic ordo nimium caruit diu: ſed erat tunc excuſatio oppreſſis. Miſera illa qdem: ſed tamen iuſta: nunc nulla ẽ. Liberati tum regio dominatu uidebamur: armis domeſticis ea ipſa depulimus: nũc quidem ui extorquenda ſunt. Quod ſi nõ poſſumus facere: dicaꝫ quod dignum eſt Senatore & Romano homine: moriamur. Quanta illa erit. R. P. turpitudo: q̃tum dedecus: q̃ta labes: dicere in hoc ordine ſentẽtiam. M. Antoniũ Cõſulari loco: Cuiꝰ ut omittam ĩnumerabilia ſcelera: Vrbani Conſulatus: in quo pecuniam publicaꝫ maximaꝫ diſſipauit: exules ſine lege reſtituit: uectigalia uẽdidit: prouintias de. R. P. impio ſuſtulit: regna addixit pecunia: leges ciuitati ꝑ uim ĩpoſuit: armis obſedit: aut excluſit Senatũ. Vt hæc inquam omittaꝫ: ne hoc quidem cogitatis: eũ qui Mutinam Coloniam. P. R. & Conſulẽ deſignatũ obſederit: depopulatus agros ſit: Hũc in eum ordinem recipi: a quo totiens ob has ipſas cauſas hoſtis iudicatus ſit: Quam fœdum flagitioſũq; ſit: uidetis. Satis multa de turpitudine. Dicam deinceps: quod ꝓpoſui: de periculo: quod ſi minus ẽ fugiendum q̃ turpitudo: tñ offendit animos maioris partis hominũ magis. Poteritis igitur exploratam habere pacem cũ in ciuitate Antoniũ uideatis? uel potius Antõios? niſi forte cõtẽnitis Luciũ. Ego ne Caium qdem: ſed ut uideo dominabiť Luciꝰ: ẽ enim patronus. xxxv. tribuum: quaꝝ ſua lege qua cum. C. Fratre Magiſtratũ ſortitꝰ ẽ: ſuffragium ſuſtulit: patronus Centuriaꝝ equituꝫ: q̃s idem ſine ſuffragio eſſe uoluit patronus eorum: q Tribuni militares fuerũt: patronꝰ Iani medii:

Oppreſſis: a Cęſare dictatore. Iuſta: neq; eniꝫ obſiſti adhuc tyranno poterat. Liberati: Cęſare trucidato. Armis domeſticis: coniuratorũ: nulla extrinſecus adhibita ui. Adduxit: adiecit: qbꝯ uoluit & uẽdidit. Hoſtis iudicatus: re tñ nõ uerbo. Quod ꝓpoſuit: ſecũdo loco. Offendit aĩos magis: plures enĩ ꝑiculo mouenť q̃ turpitudine. Exploratum: certũ. Ne. C. quidẽ: fratrẽ. M Antonii. Eſt. n. patronus: iocať cũ ſtomacho: tñ & hęc ĩ ſuperiore philippica dicta ſunt.

Sua lege: ac ſi dicat nulla lege: id enim ꝓpria auctoritate & ſine ullis populi ſuffragiis egit Lucius: tribunatũ plebis Iulio occiſo arripuit. C. uero frater frater pręturã aſſumpſit: uiſiq; ſunt hoc pacto ſortiri magiſtratꝰ ſua lege: hoc ẽ ſorte ꝑturaꝫ & tribunatũ iter ſe diuidere: quo facto & plebs: & equeſtris ordo: qui in centurias diuidebať: cum ueniebant ad danda ſuffragia: priuari iure ſuffragiorum uiſi ſunt. Marcus Lucius & Caius Antonii tres fratres fuere: Marcus conſul erat cũ Iulius necatus eſt. Luciꝰ tribunꝰ pl. Caius prętor eſt factus: auctor Plutarchꝰ. Eoſdem magiſtros: eoſdeꝫ improbos & ſceleratos: quibus magiſtris utiť. Terentius. Tum ſi quis magr̃uꝫ ad eam rem cœperit improbũ. legitur & miniſtros. ſ. ſcelerum



UVA. BHSC. IyR_187

Quis unq̄ oẽs tribus: ſcilicet d duxit. Gracchoꝝ: Tiberii & Caii: q turbulẽtos & ſeditioſos geſſerũt tribunatus: alter a Scipione Naſica: alter ab Opimio ↄſule oppſſus. Nã ita appellaui: ut gladiatorẽ dicere ſolemus crudelẽ & facile in quẽuis gladios nudantẽ: etiã ſi gladiator profeſſiõe nũq̄ fuerit: & hoc mõ. M. Antoniũ gladiatorẽ uocat Cicero. Sed uere & ſerio gladiatorẽ appellat Luciũ: Myrmillo enim Mylaſis depugnauerat. Latine: apte ut res hʒ. Martialis. Siqs aũt tã ãbitioſe triſtis eſt ut apud eũ in nulla pagina latine loq fas ſit: Idẽ q triſtis uerba latina legis. ẽ igiẽ latine loq apte: & nulla uti obſcuritate: aut circuitu. Cũ ornaſſet: Thecididis cuiuſdã laniſtę comitẽ amicũ ſuũ ornauit: & ꝑ retiario inſtruxit: cũ eo depugnauit: & fugientẽ in harena ↄfodit. Nã ſequebaẽ alter: fugiebat alteru. ũde ſecutor dicitur: Iuuẽalis. cũ Graccho iuſſus pugnare ſecutor. Idem ait: Luſtrauitqʒ fuga mediã gladiator harenã. Luculẽtam plagaʒ: in facie uulnus: cui⁹ cicatrix appet: & in apto ac luce eſt. Qui familiarẽ: ſimilis locus cõparationis apud Terentiũ ẽ in re diſſimili. nã ſi illũ obiurges: uitę q auxiliũ tulit: qd facies illi q dederit dãnũ aut malũ? Animi cã: delectatiõis grã. Decuriabit: q denis eqtibꝫ pẽſſent decuriões ſũt dicti: primi ſingularuʒ decuriaꝝ: tres. n. erãt i una turma: quę ex duobꝫ &. xxx. ↄſtabat: un⁹ decurio maior cognominat⁹ ãnibat: iſqʒ ẽt dec an⁹ & dux ꝑm⁹ & ꝑſtes nũcupabaẽ: auctores Feſt⁹: Marcell⁹: Fronto. Erãt & domi ꝑncipũ decuriones: aliis ꝑpoſiti & i mũcipiis qdẽ ac coloniis idẽ qđ Romę ſenatores. Iñ decuriare ẽ decurię in militia aſcribere uel prę ficere. Agrarios: eos quibus

O dii qs huius potentiaʒ poterit ſuſtinere? præſ tim cũ eoſdem miniſtros etiaʒ deduxerit: qs unq̄ oẽs tribus? qs Equites. R. qs. Tr. militares? Gracchoꝝ potẽtiam maioreʒ fuiſſe arbitramini q̄ huius gladiatoris futura ſit: quem gladiatorẽ non ita appellaui: ut interdũ etiam. M. Antoni⁹ gladiator appellari ſolet. Sed ut appellant ii q plane & latine loquunẽ. Myrmillo ĩ Aſia depugnauit cũ ornaſſet Theciditis comitẽ & familiarem ſuum: illum miſeꝝ fugientẽ iugulauit. Luculentam tñ ipſe plagam accepit: ut declarat cicatrix: qui familiarẽ iugularat: qd hic occaſiõe data faciet inimico? & q illud animi cauſa fecerit: qd factuꝝ putatis? Nõ rurſus ĩprobos decuriabit? nõ ſollicitabit rurſus agrarios? nõ quæret expulſos: M. uero Antonius nõ is erit ad queʒ omni motu cõcurſus fiat ciuium perditoꝝ: ut nemo ſit alius niſi ii qui una ſunt: & ii q hic ei nũc apte fauent: parum ne erunt multi: præſertim cũ bonoꝝ præſidia ceſſerĩt: illi parati ſint ad nutũ futuri. Ego uero metuo ſi hoc tpe conſilio lapſi erimus: ne illi breui tpe nimis multi nobis eſſe uideanẽ. Nec ego pacẽ nolo: ſed pacis nomine bellũ ĩuolutum reformido. Quare ſi pace frui uolumus: bellum gerendũ eſt. Si bellũ omittemus: pace nunq̄ fruemur. Eſt aũt noſtri cõſilii. P. C. ĩpoſteꝝ q̄ lõgiſſime ꝓuidere. Icicirco ĩ hac cuſtodia tanq̄ ĩ ſpecula collocati ſumus? ut uacuuʒ metu populũ. R. noſtra uigilia & ꝓuidentia redderem⁹. Turpe eſt ſũmo conſilio: orbis terræ præſertim ĩ res tam ꝑſpicuas cõſiliuʒ ĩtelligẽdi defuiſſe. Eos Cõſules habem⁹: eam. P. R. alacritatẽ: eum cõſenſuʒ Italiæ: eos duces: eos exercitus: ut nullam calamitatẽ. R. P. accipe poſſit ſine culpa Senat⁹. Eqdẽ nõ deero: monebo: prædicabo: denunciabo: & teſtabor ſemp deos homineſqʒ qd ſẽtiaʒ. Nec ſolum fidẽ meam qđ fortaſſe uideẽ ſatis eſſe: ſʒ in pricipe ciue ñ ſatis ẽ: curaʒ: cõſiliũ: uigilantiamqʒ præſtabo. Dixi de piculo: Docebo ne coagmẽtari q̄dem poſſe pacẽ: de trib⁹. n. quæ ꝓpoſui: hoꝝ extremũ ẽ. Quæ põt eſſe pax. M. Antõio primũ cũ Senatu? quo ore ille nos poterit qb⁹ illuʒ uiciſſiʒ

UVA. BHSC. IyR_187

nos oculis ītueri? qs ueſtꝝ illuꝫ: quē ille ueſtꝝ n̄ oderit? Age uos ille ſolum: & uos illum? qd ii q Mutinaꝫ circunſedēt? q ī Gallia delectꝰ habent: q in noſtras fortunas īminēt: amici nobis unq̄ erūt? aut nos illis: an eqtes. R. amplectet: Occulta. n. fuit eoꝝ uoluntas: iudiciumqꝫ de. M. Antonio: q frequentiſſimi ī gradibꝰ concordiæ ſteterunt: qui uos ad libertateꝫ recuperandaꝫ īcitauerunt: arma: ſigna: bellum flagitauerūt: me una cuꝫ. P. R. in cōtioneꝫ uocauerunt: hi Antoniuꝫ diligēt? Cum his pacem ſuabit Antoniꝰ: Naꝫ qd ego de uniuerſo. P. R. dicaꝫ: q pleno ac referto foro bis me una mēte: atqꝫ uoce ī cōtioneꝫ uocauit? declarauitqꝫ maximam recuperandæ libertatis cupiditatem. Itaqꝫ qđ erat optabile antea ut. P. R. comitem haberemꝰ: nunc habemꝰ duceꝫ. Quæ eſt igiť ſpes? q mutinaꝫ circūſedēt Imperatoreꝫ. P. R. exercitūqꝫ oppugnantes. Paceꝫ cuꝫ. P. R. haberē pōt. An cum municipiis pax erit? quoꝝ tanta ſtudia agnoſcunť ī decretis faciendis: militibꝰ dandis: pecuniis pollicendis: ut in ſingulis oppidis curam P. R. n̄ deſideretis. Laudandi ſūt ex huiꝰ ordinis ſn̄ia Firmani q prīcipes pecuniæ pollicēdæ fuerē: rn̄denduꝫ hōorifice eſt marrucinis: q ignominia notandos cēſuerūt eos: q militiaꝫ ſubterfugiſſēt. Hæc iam tota Italia fiūt. Magna pax Antōio cū eiſdeꝫ? his cuꝫ illo: quæ pōt maior eſſe diſcordia? In diſcordia autē pax ciuilis eſſe ullo mō pōt? ut omittaꝫ multitudīeꝫ. L. Naſidio Equiti. R. homini ī primis ornato atqꝫ honeſto: ciuiqꝫ ſemꝑ egregio: cuiꝰ ego excubias & cuſtodias mei capitis cognoui ī cōſulatu meo: q uicinos ſuos n̄ cohortatꝰ ē ſoluꝫ ut milites fierent: ſꝫ & facultatibꝰ ſuis ſubleuauit: Huic īquam tali uiro queꝫ nos Senatus Conſulto collaudarimus: poterit ne eſſe pacatus Antonius? Quid Cæſari qui illum urbe. quid. D. Bruto. qui Gallia prohibuit? Iaꝫ uero ipſe ſe placabit & leniet prouintiæ Galliæ a qua excluſus & repudiatus eſt. omnia uidebitis P. C. niſi proſpicitis plena odiorum: plena diſcordiarum: ex quibus oriuntur bella ciuilia. Nolite igitur uelle: quod fieri nō pōt. & cauete

diuiſi ſūt agri aut diuidēdi. Expulſos: ex agris ſuis ad eos repetēdos. Oi motu: qcqd motus & ꝑturbatiōis in repu. fuerit. Vt nemo ſit aliꝰ: etiā ſi aliꝰ qſpiā iprobꝰ nō fuerit. Bellū gerēdū ē: nā qđ ipſe ait Cicero in offi. bellum gerendum ē ut in pace uiuatur. In ſpecula: in ędítiſſimo loco unde lōge late qꝫ itueri poſſimꝰ. Virgi. Specula miſenꝰ ab alta. Sine culpa ſenatꝰ: q negligēs ī occurrēdo malis iminētibꝰ fuerit. Coagmētari: coaptari & quodammodo colligari: trāſlatio eſt ab ędificiis: in qbꝰ coagmēta dn̄r arctę cōmiſſiōes & compares a cogēdo hoc ē ꝯſtringēdo: Cicero de ſenectute: Viuēdi finis eſt optimꝰ: cū itegra mēte: certiſqꝫ ſenſibꝰ opꝰ ipſa ſuū eadeꝫ quę coagmentauit natura diſſoluit.

Age uos ille ſolus: ac ſi dicat ferri poſſet ſi ſolꝰ eēt. Amplectet: aicus ne erit eqtibꝰ romanis. Occulta: q. d. minime occulta. Bis: qn̄ hūit illas oroīnes ad Quirites q̄s iterꝑtati ſumus. Ducē: pit. n. uobis. Cū ī municipiis: quę erūt ī auctoritate ſēatus. hęc aūt q̄ ſcribit Cicero ultro ꝯtra antoniū ſenatui & pollicebāť & agebant. Curā: qa ſic ſua ſpōte oia faciūt ut publica cura opus nō ſit. Firmani: inſignis Piceni ciuitaſ eſt firmū: Marrucini populi ſūt ſupra pelignos iacētes ueſtinis finitimi eoꝝ metropolis Thegeate: quę ciuitas & Theate dr̄ a Silio. Qui militiā ſubterfugiſſent: q dare noia recuſaſſēt. L. Naſidio: fuit is Aſculanus municipio: romanus eques: Ciceroni hoſpes & amiciſſimus: cui egregiam contra Catilinam nauauit operam: & nūc cōtra Antonium non Aſculanos ſolum apđ quos auctoritate pollebat: ſed & uicina municipia ad danda nomina ſollicitabat.

UVA. BHSC. IyR_187

Interdicta:uetita. Induxerit:pinde habeatur:ac ſi iduxerit. Quo:ad quā fortunā & uitā. A uectoribus:iis q uehūt:utrūq; tñ ſignificat uector:& qui uehit:& qui uehit.

ſ Vperiorē Cicero hūerat orōnē:& ut ꝯtra Antoniū q Mutinā obſidebat:&.D.Brutū ꝯſulē deſignatū oppugnabat:bellū tandē decerneret ſuaſerat.Cūq; eoꝝ ualuiſſet ſentētia:q nō bellū appellandū:ſed tumultū potius cēſebāt:hac orōne &.L.cęſaris ſentētiā cur:ſit dicta: uidetur interp̄tari:& illoꝝ arguit ac deridet iſcitiā q aliud tumultū eē q̄ bellū interp̄tabant:cū bellum poſſit ſine tumultu eē:ſine bello tumult⁹ eē nō poſſit.differūt.n.qd̄ gen⁹& ſpēs & qd̄ aial & hō:nā ut hō oīs aial ē: ſic oīs tumult⁹ bellū:qd̄ idē nō erit ſi ꝯuertas:ut oē aial ſit hō:& omne bellū ſit tumult⁹:ea.n.dūtaxat bella quę uicina eſſent:tumultus uocauere romāi:i qbꝰ piculi uicinitate timor eēt multus.Bellū igit̄ & qdem grauiſſimū ꝓbat eē.Cōſutatiā aūt alioꝝ ſentētiis: & i pmis.Qu.Fuſii caleni:ſuā i exitu orōnis:q̄ ſit oñdit.Eſt aūt hic finitiōis ſtat⁹ q ꝯiectură ſeqt̄:nā q nō pōt dicere nō factū aliqd ꝓximū h;:ut dicat nō hoc noīe appellandu; qd̄ factū ē:ē aūt finitio rei ꝓpoſitę ꝓpa & dilucida ac breuiter ꝯphēſa uerbis enūciatio. ꝯſtat eni genere:ſpē:differētiis:ꝓpis: & i hac qdē cā ſic p̄cedit finitionē ꝯiectura.hoſtis ē:ātoni⁹nō ē hoſtis:ſed hoſtē eſſe ꝓbatū ē pluribꝰ ꝯiecturis ꝗ laudatę legiōes quę eū deſeruerūt:ꝗ laudat⁹& hōrat⁹Octaui⁹:ꝗ cōmēdat⁹Deci⁹&ꝓuicia gallia: ꝗ cōſulē deſignatū & coloniā populi ro.oppugnaret: ꝓuinciamq; uaſtaret:ſequebatur reprimendū eſſe:Cicero dicebat bellum ꝯtra hoſtē decernendū:ii qbus aſpeꝝ nimis hoc uidebat̄ :& q Antonio fauebāt:nō bellū eſſe ſ; tumultū cēſebāt appellādū : q̄i tumult⁹leui⁹qddā bello eēt. Ci.multo graui⁹oñdit & bellū oino eē.Exordit̄ aūtē ſtati p ex poſtulationē cū ꝯſule Pāſa: & ad ipſā rē q̄ p̄mū accedit. Cōfuſi⁹:ꝑturbati⁹. Paꝝ ſuſtiere: ſtatim eni inclinaſti:& ueluti uictus terga dediſti:ſuſtinemus enim in bellis irruētiū ipetū

per deos īmortales.P.C.ne ſpe præſentis pacis: ꝑpetua; pacē amittatis. Quorſu; hæc omnis ſpectat orō!qd enī Legati egerint nō dum ſcim⁹ : at uero erecti:citati:parati:armati animis iam eē debem⁹: ne blanda:aut ſupplici orōne: aut æqtatis ſimulatione fallamur.Omnia fecerit:oportet. quæ īterdicta:& denūtiata ſūt : prius q̄ aliqd poſtulet:Brutū exercitūq; eius opugnare:urbes & agros ꝓuitiæ Galliæ populari deſtiterit:Ad Brutum adeūdi Legatis poteſtatē fecerit:exercitum citra flumē Rubiconē eduxerit:nec propi⁹ urbē milia paſſuū ducēta admouerit:fuerit in Senat⁹ .P.q;.R.poteſtate.hæc ſi fecerit:erit ītegra poteſtas nobis deliberandi.Si Senatui nō paruerit:nō illi Senat⁹:Sed ille.P.R.bellū īdixerit. Sed uos moneo.P.C.libertas agit̄.P.R. quæ ē cōmendata uobis:uita & fortuna optimi cuiuſq;:quo cupiditatē īfinitam cū īmani crudelitate iam pridē intēdit Antoni⁹. Auctoritas ueſtra qua; nulla; hēbitis:niſi nūc retinueritis: tetra; & peſtiferam beluā ne īcluſa; & ꝯſtricta; dimittatis:cauete. Te ipſum moneo Panſa : q̄q̄ nō eges cōſilio:quo uales plurimū:tñ & ſūmi gubernatores in magnis tēpeſtatib⁹ a uectorib⁹ admōeri ſolēt: hunc tuū tantū apparatū tamq; præclaꝝ ne ad nihilū recidere patiare.Tēpus habes tale: q̄le nemo habuit unq̄. Hac grauitate Senatus:hoc ſtudio Equeſtris ordinis:hoc ardore.P.R. potes ī perpetuū metu & periculo Rem Pu.liberare.

.M.T.C.i.M.Antōiū Philippica Octaua.

C Onfuſius heſterno die ē acta res.C. Panſa q̄ poſtulabat inſtitutū Conſulat⁹ tui:paꝝ mihi uiſus es eos qb⁹ ce

UVA. BHSC. IyR_187

dere non ſoles : ſubſtinere. Nam cum Senatus ea uirtus fuiſſet: quæ ſolet: & cum re uideret omnes eſſe bellum: quidamq; id uerbum remouendum arbitrarentur: tua uoluntas in diſſēſione fuit ad lenitatem propenſior. Victa igitur eſt ꝓpter aſperitatem te auctore noſtra ſententia. Vicit. L. Cæſaris ampliſſimi uiri: qui uerbi atrocitate dempta: oratiōe fuit q̄ ſentētia lenior: Quanq̄ is quidem antequã ſententiam diceret: propinquitatem excuſauit: idem fecerat me Conſule in ſororis uiro: quod hoc tempore in ſororis filio: ut & luctu ſororis moueretur: & ſaluti rei Publicæ prouideret. Atque ipſe tamen Cæſar præcepit uobis quodammodo. P. C. ne ſibi aſſentiremini: Cum ita dixit: aliam ſententiam ſe dicturum fuiſſe: Eamq; ſe ac Rem Publicam dignam: niſi propinquitate impediretur. Ergo ille auunculus: num etiam uos auunculi: qui illi aſſenſi eſtis? At in quo fuit controuerſia? belli nomen in ſententia ponendum quidam non putabant: tumultum appellare malebant ignari non modo rerum: ſed etiam uerborum. Poteſt enim eſſe bellum ſine tumultu: Tumultus eſſe ſine bello non poteſt. Quid eſt enim tumult⁹ niſi ꝑturbatio tanta: ut maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaq; Maiores noſtri tumultum Italicum ꝙ erat domeſticus: tumultum Gallicum ꝙ erat Italiæ finitimus: Præterea nullum tumultum nominabant: Grauius autem eſſe tumultum: q̄ bellum hinc intelligi poteſt: ꝙ bello Gallico uacationes ualent: tumultu non ualent. Ita fit: quemadmodum dixi: ut bellum ſine tumultu poſſit: Tumultus ſine bello eſſe non poſſit. Etenim cum inter bellum: & pacem medium nihil ſit: neceſſe eſt tumultum: ſi belli non ſit: pacis eſſe: quo quid abſurdius dici aut æſtimari poteſt? Sed nimis multa de uerbo: rem potius uideamus. P. Conſcripti quam quidē intelligo uerbo fieri interdum deteriorem ſolere:

Ea uirtus: fortitudo & cōſtātia. Id uerbū: belli. In diſſenſiōe: multoꝝ concertatiōe. Ad leuitatem: ad eos q leui⁹ ſe putabāt uerbū q̄rere. Propenſior: inclinatior. Nr̄a ſententia: ut bellum diceref. Propinquitatem: cum Antonio: cuius erat auūculus; Iuliꝯ matris eius frater: Viro: P. Lentulo qui cum Catilina coniurauit. Pꝛ̨cepit: monuit. Eamq; ſe ac repu. dignam: ſcilicet dicturum fuiſſe. Illi: L. Cęſari. In ſententia: ut dicerent decernendum quidem eſſe: nō bellum: ſed tumultum. Pōt enĩ bellum eſſe ſine tumultu: nam genus eſt & comprꝫhendit: nō autē cōprꝫhenditur: ut oīs homo eſt animal: non autē omne animal eſt homo. Quid eſt eni tumultus: hꝫc eſt diffinitio quꝫ conſtat ex genere: quod ē perturbatio: & differentia quꝫ eſt timor tantus ut maior eſſe nō poſſit. Domeſticus: pene domeſticus timor. Gallicū: Ciſalpinꝫ galliꝫ. Pꝛ̨terea: pꝛ̨ter domeſticū & finitimu;. Hic ex hac cā. Gallico: trāſalpino & longinquo. Vacationes: beneficio ſenatus & populi publice uel priuatim conceſſꝫ. Medium nihil ſit: nam inducię pax ſunt: ſed temporaria: ne qs de illis forte obiiciat.

UVA. BHSC. IyR_187

oſtendit per diffinitionem aliud tumultum:aliud bellum eſſe:nunc autem argumentatur
a conſequenti detrimento:Si bellū non uocetur. Deſcēdit in cauſam:in eam in qua nos
ſumus:& idē ſentit qđ nos. Quę pōt pax eſſe certior:ironice. Fortiſſimū uiꝝ alterū
ꝯſulē Hirtiū. Eius ętatis:pene puer. Decernēdi:ꝯſtatuēdi cum ſenatu. In pace uer/
ſantur:quaſi dicat minime:nā ē hoſtis Antoniꝰ. Cliterna:ſic arbitror legēdū:nā Clater
na oppidū ē appulię: Cliterna
uero in medio Parmę & Bono
nię exiguū oppidū fuit.Cicero
in epiſtola ad.C.Caſſiū:Paruiſ
oīno iā copiis obſidebaẗ ꝗ ma
gno ꝑſidio Bononiā tenebat an
toniꝰ:Erat aūtCliternę nr̄ Hir
tius:ad foꝝ Cornelium Cęſar.
Ex collegę litteris:ſic.n.Hir/
tius ſcripſerat. Quę pax pōt
eē maior:cū deriſu ꝓnūciandū
Saga:militaris hītus ab oībꝰ
ſumiẗ: ſic.n.decretum fuerat.
Cōſul Hirtiꝰ. Deſcenſuꝝ:
ex cliterna Mutinā. Cū prę
ſidio:quo tutus ab Antōio eēt.
Sylla cū Sulpitio:ut ītelligi
res poſſit faciliꝰ: repetēdus ē al
tiꝰ:poſt ſotiale bellū:cū mithri
dates Pōti rex Bithyniā & phry
giā aliaſq; rōanoꝝ in Aſia ꝓuin
tias īuaderet.L.Sylla ꝯſul cum
Qu.Pōpeio declaratus:mithri
daticū bellū ſortitꝰ ē:ad qđ an
helās Marius cupiditate accen/
ſus.P.SulpitiumTri.pl.multis
pollicitatiōibus ſibi cōciliauit:
& ut cōſeq qđ optabat facilius
poſſet:nouos ciues ꝗ minꝰ poſ
ſidebāt:& iccirco ultimi ſuffra/
giū ferebāt:iutileſq; fere erant:
ad id īpellit:ut admiſceri tribuſ
poſtulēt:legē ferre uolēti Sul/
pitio repugnatū a ueteribꝯ ciui
bus ē:& ī nouis lapidibꝯ ligniſ
q; depugnatū.Res ēt ꝑ cōſules
dilatiōibꝯ īpedita: poſt multas
tñ ꝯtētiōes lex ꝑlata ē. Qu.Pō
peio altero ꝯſule e foro fugiēte
eiuſq; necato filio: ac Sylla oīa
timore ꝯcedere coacto.Horuȝ
nouoꝝ ciuiū ſuffragiis ꝗ nūero ueteribꝯ lōge erāt ſuꝑiores:lata a Sulpitio lex qua ꝓuin/
tia mithridatica adēpta Syllę:& Mario adiecta:Sylla tñ ueluti ꝯtra mithridatē ꝓfecturus:
Capuā ꝯfeſtim ad exercitū ſe ꝯtulit:apud quē pluribꝯ de iniuria cōqueſtus ē:& Romā re/
uerſus atq; hoſtiliter ingreſſus ē:Marius:& cū eo.xii.pulſi & hoſtes iudicati: Sulpitius in
terfectus.Fugiēs Marius ī minturnēſi palude deliruit:captus ē a miturnēſibꝯ:& ī cuſtodiā
ap̄ fanniā mulierē datꝰ:moxq; emiſſꝰ ī africā nauigauit.hiſtoriā Appi.& Plu.ſcribūt pluri
bꝯ. Legū:& aliaꝝ & eiꝰ q̄ tribꝯ admixtę ſūt:& itē eius q̄ decreta Syllę ꝓuītia:Mario data ē

nolumꝰ hoc bellū uideri.Quam igiẗ municipiis
& colōiis ad excludēdum Antōiū auctoritateȝ da
mꝰ quā ut milites fiant ſine ui:ſine tumultu:ſtu
dio & uolūtate!quā ut pecūias ī.R.P.policeanẗ!
Si.n.belli nomē tolliẗ: mūicipioꝝ ſtudia tollūẗ
conſenſus.P.R.q iam deſcendit in cauſaȝ: ſi nos
langueſcimus:debilitetur neceſſe eſt.Sed qd plu
ra! Dum brutus oppugnaẗ:nō eſt bellum! Mu
tina obſidetur: nec hoc qdem bellum eſt! Gallia
uaſtaẗ quæ poteſt pax eſſe certior! illud uero qs
poteſt bellū non eſſe dicere: quo fortiſſimū uiꝝ
cum exercitu miſimus qui cuȝ eſſet infirmus ex
graui diuturnoq; morbo nullaȝ putauit ſibi ex/
cuſationē eſſe oportere:cum ad.R.P. præſidiuȝ
uocareẗ. C.qdeȝ Cæſar ñ expectauit nr̄a decreta
præſtiȝ cū eēt illiꝰ ætatis bellūꝯtra antōiū ſua ſpō
te ſuſcepit:decernēdi.n.tps ñ dum nouerat:belli
aūt gerēdi tps ſi prætermiſiſſȝ:uidebat.R.P.op
preſſa nihil decerni poſſe.Ergo illi nūc & eoꝝ ex
ercitꝰ in pace uerſanẗ: nō eſt hoſtis is cuiꝰ præſi
diū Cliterna deiecit Hirciꝰ:ñ ē hoſtis q armatus
cōſulē deſignatū oppugnat:nec illa hoſtilia uer
ba nec bellica quæ paulo ante ex collegæ lr̄is pan
ſa r̄citauit:deieci præſidiū:Cliterna potitꝰ ſū:fu
gati eqtes:preliū ꝯmiſſū:occiſi aliquot quæ pax
pōt eſſe maior! delectꝰ tota Italia decreti ſublatis
uacatiōibꝰ:ſaga cras ſūenẗ:Cōſul ſe cū præſidio
deſcēſuꝝ dixit:utꝝ hoc bellū nō ē! An ēt tantuȝ
bellū:q̄tū nunq̄ fuit!Cæteris.n.bellis maximeq;
ciuilibꝰ ꝯtētionē.R.P.cauſa faciebat Sylla cum
Sulpitio de iure legū q̄s ꝑ uī latas Sylla dicebat.

UVA. BHSC. IyR_187

Cinna cũ Octauio de nouoꝝ ſuffragiis:exulũ amici Cĩna ꝯſule poſt Syllã declarato
cũOctauio:rurſus nouos ciues abrogatis ꝑ Syllã Sulpitii legibus:ad idẽ petẽdũ:ut trib⁹
admiſcerẽt:ĩpellũt.Et nouis qdẽ Cinna:ueterib⁹Octauius fauebat.Vincit Cinna:pellit
urbe:fugit ad ꝑtes:redit Marius Carthagine:Cinnę iũgit:addũt Sertorius:Carbo:Romã
ĩgrediũt:plurimas ędũt cędes:exul fit Sylla:q uictor poſtea ex Mithridatica reuerſus ꝓ

Cĩna cum Octauio de nouoꝝ ciuiuꝫ ſuffragiis:
rurſus cum Mario & Carbone Sylla:ne domina
rent indigni:& clariſſimoꝝ hominum crudeliſſi
mam meditarent necem. Hoꝝ omnium bellorũ
cauſæ ex.R.P.cõtentione natæ ſunt:de proximo
bello ciuili nõ libet dicere:ignoro cauſam: dete/
ſtor exitũ: hoc bellum quintũ ciuile gerit atqꝫ
omnia in noſtram ætatem inciderũt.Primũ non
modo in diſſenſiõe & diſcordia ciuiũ: ſed in ma/
xima conſenſione: incredibiliqꝫ cõcordia omnes
idem uolũt:idem defendunt:idem ſentiũt.Cum
omnes dico: eos excipio quos nemo ciuitate di/
gnos putat.Quæ eſt igit in medio belli cauſa po
ſita! Nos deoꝝ ĩmortaliũ tẽpla: nos muros:nos
domicilia ſedeſqꝫ:P.R. ꝑẽates aras focos ſepul/
chra maioꝝ:Nos leges:iura:libertatẽ:ꝯiuges:li/
beros:ꝑria:ꝫ:defẽdim⁹ Cõtra.M.Antõi⁹ id molit
id pugnat:ut hæc oĩa ꝑturbet euertat:prædã.R.
P.cauſaꝫ belli putet: fortũas noſtras ꝑtĩ diſſipet
ꝑtĩ diſpartiat parricidis. In hac taꝫ diſpari ratio/
ne belli illud miſerrimũ eſt: ꝙ ille latronib⁹ ſuis
pollicet primũ domos:Vrbẽ.n.ſe diuiſuꝝ cõfir
mat:deinde oĩb⁹ portis quo uelĩt deductuꝝ:oẽs
Caphões:oẽs ſaxæ:Cæteræqꝫ peſtes quæ ſequũ/
tur Antõiũ: ædes ſibi optimas:hortos:Thuſcu/
lana:Albana definiũt.atqꝫ etiaꝫ hõies agreſtes: ſi
hõies ſũt illi poti⁹ q̃ pecudes:Inani ſpe ad aq̃s uſ
qꝫ Puteolanas ꝓuehũt. Ergo habet Antõi⁹ qđ
ſuis polliceat.Quid nos! nũqd tale habem⁹! dii
meliora.id.n. ipſuꝫ agim⁹:ne qs poſthac ei⁹ mõi
ꝗcquaꝫ poſſit polliceri.Inuit⁹ dico: ſꝫ dicẽdũ ẽ:

uincia: afflictis aduerſariis: di/
ctaturam inuaſit. De ꝓximo: Pompeiano. Hoc bellum ci
uile quintũ geritur:Primũ fuit
Syllę:contra Marium & Sulpi
tiũ:quo Marius fugit:Sulpitius
periit:Cinnę & Octauii: conſu
lum:quo ſuperior Octau⁹ Cin
nam expulit:qui ꝯfugit ad par
tes.Secundũ Cinnę:Marii:Ser
torii:Carbonis:qui quadrupli/
ci agmine in urbem rediere: &
plures ex romanis principibus
trucidauere:ĩter quos Octauiũ
conſulem.M.Antonium orato
rem.M.Craſſum una cuꝫ filio:
Fimbriam:Bebium:Numitoriũ
Merulaꝫ:Anacharium:& alios
nonnullos. Tertium Syllę ex
Aſia reuertentis conſulib⁹ Nor
bano & Scipione: cum Norba/
ni ad Capuam fudit exercituꝫ:
& apud Sacriportũ debellauit
omnes hoſtiũ copias. Totqꝫ tũ
in prę liis: tum in urbe: & iner
mes occidit:quot numerare dif
ficile eſt:propoſita illa ingenti
proſcriptionis tabula:qua duo
milia ex ipſo equeſtris ordinis
flore:ac ſenatu:electi: qui mori
iuberẽt. Quartum Cęſaris &
Põpeii.Quintũ intelligit quod
gerit ꝯtra.M.Antoniũ. Igno
ro cauſam: nõ quod re uera ig
noret:ſed pre dolore non libet
dicere. Exitũ: quo ꝑiit Pom/
peius. Quintũ:cũ.M.Anto/
nio. In noſtrã ętatẽ: ſupiora
ſicut hoc ꝑſens. Primũ: cęte
ra ex diſſẽſiõe nata ſũt: & ciuiũ
ꝯtentiõe: in hoc uero oẽs ꝯſen/
tiũt:& idẽ uolũt.i.ꝑſequẽdũ eẽ
Antoniũ. Eos:ſceleratos & ĩpuros:q Marco hęrent & Lutio. Quę ẽ igit:nobis cã belli
ẽ ut defẽdam⁹:q̃ euertere optat & q̃rit ãtoni⁹. Prędã:ut rẽpu.diripiat. Oĩb⁹ portis:qb⁹
cũqꝫ uelit portis urbis. Quo uelit:ad q̃ſcũqꝫ optẽt uillas ac ꝓdia & q̇cũqꝫ ꝯcupierit ciuiũ
bona. Capho Saxa:gladiatores fortaſſe:certe improbiſſimi Antonii ſectatores. Tuſcu/
lana Albana: uillas & prędia in Tuſculano & Albano. Ad aquas puteolanas: ac ſi di/
ceret puteolanũ litt⁹:ad qđ ꝓuehebãt hoc eſt ꝓducebãt ſpe obiecta:ut illic ꝓdia hẽrẽt:quę
aliis adimerẽt:uel aq̃s calidas ĩtelligit:q̃ ĩ toto illo baiaꝝ cumaꝝ & puteolão tractu exiſtũt

UVA. BHSC. IyR_187

Haſta Cęſaris: hoc idem Cicero ipſe in officiis. Quintus Fuſius Calenus: is ſenator erat & ſub pacis ſuadēdę pretextu Antonium defendebat. Fuit autem in partib⁹ Cęſaris bello ciuili & Ciceroni parum amicuſ ut in epiſtolis ad Atticū pluribus cognoſcitur locis. Semel enim pacē defendi? quaſi dicat nō ſemel: ſed pacem ſemper defendi: & ocio ſtudui: probat errare calenum: quoniam ea pax quam ſuadet: ſeruitus poti⁹ ſit. Poſſe: ſcilicet iniuſtum eſſe. Antea: domināte Cęſare: cui char⁹ fuit Fuſius. De illo homine: Cęſare. De belua: Antonio. At qui es? ſic dicebat Calenus: Quid intereſt īter te & illos: qui malis fauet: is nō niſi malus cenſeri poteſt. P. Naſicam: is eſt qui uir optimus a ſenatu eſt iudicatus: & ob inſignem prudentiam Corculum appellatus. P. Scipionis africani ſuperioris patruelis frater: CN. Scipionis qui in Hiſpania una cuꝫ Pu. fratre cecidit fili⁹: Tiberiū Gracchum africani ex filia nepotem, tribunū. ple. q ꝑnitioſas leges tulerat: & ꝓrogare ſibi magiſtratū uolebat: omniaqꝫ aduerſus nobilitatem moliebatur: Mutio cōſule ſegniter ceſſante: prefatus ut ſe qcunqꝫ ſaluā rēp. uellet: ſequeretur: ꝑſecutus in capitoliū oppreſſit.

haſta Cæſaris. P. C. multis īprobis & ſpeꝫ affert & audaciam: uiderūt enim ex modicis fieri repēte diuites. Itaqꝫ haſtam ſemp cupiūt uidere ii q noſtris bonis īminēt: quibus omnia pollicet̃ Antonius. Quid nos noſtris exercitib⁹? quid pollicemur? multo maiora atqꝫ meliora: ſcelerum enim promiſſio: & iis qui expectant: pernicioſa eſt: & iis qui promittunt. Nos libertatem noſtris militibus: iura: leges: iudicia: īperium orbis terræ: dignitatem: pacem: otiū pollicemur. Antonii igit̃ promiſſa cruēta: tetra: ſcelerata: diis hominibuſqꝫ īuiſa: nec diuturna: neqꝫ ſalutaria. Noſtra cōtra: honeſta: ītegra: glorioſa: plēa lætitiæ: plena pietatis. Hic mihi etiam. Q. Fuſius uir fortis ac ſtrennuus amicus meus pacis cōmoda cōmemorat: qſi uero ſi laudanda pax eēt: ego idem facere cōmode nō poſſem? ſemel. n. pacem defendi? nō ſemper otio ſtudui? quod cuꝫ omnibus bonis utile eſt: tum præcipue mihi. Quem. n. curſum induſtria mea tener̃ potuiſſet: ſine forenſib⁹ cauſis: ſine legibus: ſine iudiciis? quæ eſſe nō poſſūt ciuili pace ſublata. Sed quæſo Calene qd tu ſeruitutem pacē uocas? Maiores qdem noſtri nō modo ut liberi eſſent: ſed etiaꝫ īperarent: arma capiebant: at tu arma abiiciēda cenſes: ut ſeruiamus. Quæ cauſa iuſtior ē belli gerēdi: q̄ ſeruitutis depulſio? in qua & ſi nō ſit moleſtus dominus: tamē eſt miſerrimū poſſe: ſi uelit. Imo alia cauſa iuſta ac neceſſaria eſt: niſi forte ad te hoc non putas pertinere: ꝙ te ſotiū fore ſperas dominatiōis Antonii: in quo bis falleris: primū ꝙ tuas rationes communibus anteponis: deinde ꝙ quicq̄ ſtabile in regno: aut iucundum putas: nō ſi tibi antea profuit: ſemper proderit. Quin etiam de illo homine queri ſolebas: quid te facturuꝫ de belua putas? atq es q ſemp pacē optaris: ſemp oēs ciues ſaluos uolueris: hōeſta ratio: ſꝫ ita ſi bonos & utiles &. R. P. ciues ſin eoſ q natura ciues ſūt: uolūtate hoſtes: ſaluos uelis: Quid tandēītereſt īter te & illos? Quid pr̃ tu⁹ quo utebar ſene adoleſcēs? hō ſeuer⁹ & prudēs ñ primū oīum ciuiū. P. Naſicā q tyberiū gracchū īterfecit dicer̃ ſolebat?

UVA. BHSC. IyR_187

Eius uirtute:conſilio:magnitudine animi: libe/
ratam.R.P.arbitrabat̃.Quid nos a patribꝰ num
aliter accepimus? Ergo is tibi ciuis:ſi tẽporibus
illis fuiſſes:non probaret̃ :quia nõ omnes ſaluos
eſſe uoluiſſet?ꝙ.L.Opimius Conſul uerba fecit
de.R.P. de ea re ita cenſuerũt uti Opimius Cõ/
ſul.R.P.defenderet.Senatus hæc uerbis:Opimi
us armis. Num igitur eum:ſi tum eſſes:temera
riũ ciuem:aut crudelẽ putares? Aut.Q.Metel
lum:Cuiꝰ quattuor filii Conſulares.P.Lentu/
ſum principẽ Senatorem.Quid complures alios
ſũmos uiros qui cũ.L.Opimio Conſule arma/
ti Gracchum ĩ Auentinum pſecuti ſunt? quo in
prælio Lentulus graue uulnus accepit:ĩterfectꝰ
eſt Gracchus.&.M.Fuluius cõſulares. Eiuſqꝫ
duo adoleſcẽtuli filii.Illi igit̃ uiri uituperandi:
non.n.ciues omnes ſaluos eſſe uoluerunt.Ad ꝓ
piora ueniamus.C.Mario.L.Valerio Conſuli
bus Senatus.R.P.defendẽdam dedit:L.Saturni
nus Tr.Pl. Glaucia Prætor eſt interfectus: oẽs
illo die Scauri:Metelli:Claudii:Catuli: Sceuo/
læ:Craſſi: arma ſumpſerũt:nuꝫ autem Cõſules
illos:aut clariſſimos uiros uituperandos putas?
Ego Catilinaꝫ perire uolui: num tu qui omnes
ſaluos uis:Catilinam ſaluũ eſſe uoluiſti? hoc in
tereſt Calene ĩter meam ſententiaꝫ:& tuam.Ego
nolo quẽquam cõmittere : ut morte mulctandꝰ
ſit:tu etiam ſi cõmiſerit conſeruandũ putas. In
corpore ſi quid eiuſmodi eſt:quod reliquo cor/
pori noceat:uri ac ſecari patimur:ut mẽbroꝝ ali
quod potiꝰ q̃ totũ corpus ĩtereat.Sic ĩ.R.P.cor
pore:ut totũ ſaluũ ſit:qcqd eſt peſtiferꝝ ampute
tur.Dura uox:multo illa durior : ſalui ſint ĩ ꝓ
bi:ſcelerati:ĩpii:deleant̃ ĩnocẽtes:honeſti: boni:
tota.R.P.uno in homine.Q.Fuſi fateor te ui/
diſſe pluſq̃ me. Ego.P. Clodiũ arbitrabar pni/
cioſuꝫ ciuẽ ſceleratũ libidinoſuꝫ impiũ audaceꝫ
facioroſuꝫ.Tu cõtra ſanctũ tẽpatũ ĩnocẽtẽ mo
deſtũ:retinẽdũ ciuem & optandũ.In hoc uno te
plurimũ uidiſſe:multũ me erraſſe:cõcedo. Naꝫ
me tecum iracũde agere dixiſti ſolere:ñ ẽ ita. Ve
hemẽter me aget̃ fateor:iracũde nego: oĩo iraſci

Nũ aliter:q̃ pr̃ tuꝰ & dicebat
& ſẽtiebat. Nõ oẽs:qa uoluiſſꝫ
ꝑire Tiberiũ. Quod.L.Opi
miꝰ:cũ.T.gracchꝰ& ip̃e Tr.pl.
ea craſſaret̃ uia q̃ frater Tiberiꝰ
Craſſatus fuerat : & de ea re.L.
Opimius cõſul rettuliſſet: cen
ſueuerũt ſẽatores ut uideret ne
quid reſpu.detrimẽti caperet:is
Caiũ q armata familia Auenti/
nũ occupauerat ĩuaſit:& fugiẽ/
tem uel ſua uel ſerui manu ĩter
fecit. Aut.Qu. Metellum:ii
oẽs armati cũ.L.Opimio Grac
chũ pſecuti ſũt. Qu.Metellũ:
q a deuicta Macedõia Macedo
nicꝰ ẽ ꝯgnoiatꝰ q̃tuor filioꝝ pr̃
ſup̃mo tp̃e hũeris eoꝝ ad ſepul
turã latꝰ ẽ:ex qbꝰ p̃tor unꝰ:duo
cõſulares:duo triũphales: unꝰ
cẽſoriꝰ: auctor ꝑ li.P.Lẽtuli li
bro ꝺ claris oratoribꝰ meminit
Ci. M.Fuluiꝰ:ſotiꝰ eiuſdẽ fu/
roris. Eiꝰ:Fuluii Flacci. C.
Mario:q fuit ſepties cõſul & ar
pinas.L.Apuleiꝰ ſaturninꝰ ſedi
tioſũ egit tribũatũ:multas inui
to ſẽatu legeſ tulit:Nouiũ cõpe
titorẽ occidit.Qu.Metellũ Nu
midicũ ꝙ ĩ ſuas leges ñ iuraret
ĩ exiliũ abire cõpulit Tertio tri
bunꝰ refectus ẽ: a Mario ꝯſule
tandẽ ſenatꝰ auctoritate armato
ĩ capitolio una cũ Glaucia eiuſ
dẽ furoris ſocio obſeſſꝰ ẽ: cũqꝫ
ſe eideꝫ Mario dedidiſſet: miñe
ſeruata fides eſt:Glaucię fracta
ceruix: Apuleiꝰ cũ in curiã fu
giſſet: lapidibꝰ & tegulis ĩterfe
ctus ẽ:caput eiꝰ a Rabirio quo
dã ſẽatore in ludibriũ ꝑ ꝯuiuia
circũlatũ ẽ. Oẽs illo die:hę
oẽs nobiliſſimę & illuſtriſſimę
romę fuere familię. Conſuleſ
illos:C.Mariũ &.L. Valeriuꝫ.
Vri ac ſecari patimur:Oui.
Sꝫ ĩmedicabile uulnꝰ ęnſe reci
dẽdũ ẽ:ne ps ſincera trahatur.
Dura uox:hęc mea. Vno in
hoie:P.Clodio.totꝰ aũt hic ſer
mo ironicus eſt. Vehementer:
cũ ꝯtẽtiõe:& dicẽdi genere ꝯci
tato:animo uero ſedato & leni.

UVA. BHSC. IyR_187

Tu illi: Antõio. Coloniã: Matinã. Vineę: inſtrumẽtũ militare uinea ẽ: Crates. ſ. uimineę terra & arbo℞ ramis opte: ſub qbus milites latent: muros hoſtiles ariete demoliẽtes & ab ſaxis tuti: que ex ꝓpugnaculis deiiciunt. Tres ꝑncipes: tres legatos: de qb⁹ iã dictũ. Et q dẽ quo melior: ad. P. C. ꝯuertitur: quo melior ſenator uideat Fuſius: negat ſe Antõio amicũ eẽ: dicẽs eũ. ſ. Antoniũ ueniſſe ꝯtra ſe reũ hoc ẽ accuſatum aliqñ & reũ factũ cũ ſuo magno ipſius Antonii. ſ. beneficio: qui ſubornatus i Fuſiũ & ꝓductus: magni icc irco aliqd cõſecutus eẽt. Vide quãta ſit caritas patrię: oĩa ironice & cũ deriſu: in contrariũ enim uertitur ſenſus uerbo℞: Maſſiliẽſes Cęſare occiſo quę uictor ille ademerat repetitũ uenerãt a ſenatu: Cicero ad Atticũ in epiſtola. Maſſilienſibus ſua reddis: hec armis quę q̃ firma habeamus: ignoro: reſtitui fortaſſe poſſnnt: auctoritate non poſſunt. Quintus Fuſius impugnabat: Cicero Maſſilienſibus aderat & defendebat ac iuuabat quãtũ poterat: icc irco acerbitatẽ nũc Fuſii in amiciſſimã populo ro. ciuitatẽ iuadit. Hõi: ãtõio q ꝯtra eũ reũ uenerat. Triũphus: de quo iqt in offi. Cicero. Itaq; uexatis & ꝑditis cęteris natiõib⁹ ad exemplũ amiſſi impii portari in triũpho Maſſiliã uidimus: & ex ea urbe triũphari: ſine q̃ nunq̃ nři ĩpatores ex trãſalpinis bellis triũpharũt. Illis maſſiliẽſibus. Remittebat: quottidie leuior fiebat. Popularis: populo fauẽs: & eius gratiã colligere ſtudẽs. Vt nũc ſis popularis: rẽ populo gratã facias: & in Antoniũ quẽ populus odit potius dicas q̃ defendas. Generi: Panſę conſulis: qđ ex epiſtola ad Brutũ colligo ubi iqt Cicero: Erat pręterea in ſenatu

amicis non temere ſoleo: ne ſi merent qdẽ. Itaq; ſine uerbo℞ contumelia a te diſſentire poſſum: ſine animi ſummo dolore non poſſum. parua eſt enim mihi tecũ haud parua de re diſſenſio. Ego huic uel illi uidelicet faueo. Tu illi imo uero ego. D. Bruto faueo: tu. M. Antonio: Ego conſuare coloniam percupio: tu expugnare ſtudes. an hoc negare potes qui omnes moras ĩterponis: quibus infirmet Brutus? Melior fiat Antonius? quouſq; .n. pacem dicis uelle te? Res geritur: conductæ uineæ ſunt: pugnatur acerrime: qui ĩtercurrerent: miſimus tres Principes ciuitatis. Hos cõtempſit: reiecit: repudiauit Antonius: tu tamen permanes conſtantiſſimus defenſor Antonii. Et quidem quo melior Senator uideatur: negat ſe illi amicum eſſe debere: cũ ſuo magno beneficio reũ ueniſſe eum contra ſe. Vide quanta caritas ſit patriæ: cũ homini ſit iratus: tamẽ. R. P. cauſa defẽdit Antoniũ. Ego te cum in Maſſiliẽſes tam ſis acerbus Fuſi ñ animo æquo audio: quouſq; .n. Maſſiliam expugnabis? ne triumphus qdem finem fecit belli: per quem ſublata eſt urbs ea ſine qua nunq̃ ex Tranſalpinis gentibus maiores noſtri triumpharũt. Quo qdẽ tpe. P. R. ĩgemuit: quanq̃ proprios dolores ſua℞ rerum omnes habebant: tamẽ huius ciuitatis fideliſſimæ miſerias nemo erat ciuis qui a ſe alienas arbitraretur. Cæſar ipſe qui illis fuerat iratiſſimus tamẽ propter ſingularem eius ciuitatis grauitatẽ & fidem quotidie aliquid iracũdiæ remittebat. Te nulla calamitate Ciuitas ſua ſatiare tam fidelis põt: Rurſus iam me iraſci fortaſſe dicis. Ego autem ſine iracundia dico: ut omnia: nec tamẽ ſine dolore. Neminem illi ciuitati inimicũ eſſe arbitror: qui amicus ſit huic ciuitati. Excogitare quæ tua ratio ſit Calene non poſſum: antea deterrere te ne popularis eſſes non poteramus: ut nunc ſis popularis exorare non poſſumus. Satis multa cũ Fuſio: ac ſine odio omnia: nihil ſine dolore. Credo autẽ qui generi querelam moderate ferat: æquo animo laturum amici. Venio nunc ad reliquos Conſulares: quo℞ eſt nemo: iure meo hoc dico:

UVA. BHSC. IyR_187

qui non mecum habeat aliquam cõiunctionem
gratiæ:alii maximam alii mediocrem:nemo nul
lam:q̃ heſternus dies nobis cõſularibus dico tur
pis illuxit. Iterꝝ legatos. quid?ille faceret íducias?
ante Conſ. oculoſq̃ legatorꝝ tormẽtis Mutinaꝫ
uerberauit:opus oſtendebat:munitiõemq̃ lega/
tis ne punctũ qdem temporis cuꝫ legati adeſſent
oppugnatio reſpirauit. Ad hũc legatos? cur? an
ut in eorꝝ reditu uehemẽtius pertimeſcatis? Eq/
dem cum antea legatos decerni nõ cẽſuiſſeꝫ: hoc
me tñ conſolabar:quod cũ illi ab Antonio contẽ
pti & relicti reuertiſſent:dixiſſentq̃ Senatui non
modo illum e Gallia nõ diſceſſiſſe ut cenſuimus
ſed ne a Mutina qdeꝫ receſciſſe:poteſtatẽ ſibi. D.
Bruti conueniẽdi ñ fuiſſe:fore ut oẽs inflamma
ti odio excitati dolore armis æquis uiribus. D.
Bruto ſubueniremus. Nos & languidiores facti
ſumus. Poſtq̃ Antonii nõ ſolum audatiam & ſce
lus ſed etiam íſolentiam ſupbiamq̃ pſpeximus
Vtinam. L. Cæſar ualeret. Seruius Sulpitius ui
ueret:multo melius hæc agerent a tribus: q̃ nũc
agunt ab omnibus. Dolenter hoc dicam:potius
q̃ cõtumelioſe deſerti:deſerti inq̃ ſumus. P. C. a
Principibus:ſicut iam ſæpe dixi: omnes in tanto
periculo: qui recte & fortiter ſentient erunt con/
ſulares. Animuꝫ nobis afferre legati debuerunt:
timorem attulerunt:quanq̃ mihi quidem nullũ
unq̃ timorem?quanuis de illo ad quem miſſi ſũt
bene exiſtimẽt: a quo etiaꝫ mandata acceperunt.
Pro dii ímortales ubi eſt ille mos:uirtuſq̃ maio
rum?C. Pompilius apud maiores noſtros cum
ad Antiochũ Regeꝫ legatus miſſus eẽt & uerbis
Senatus nunciaſſet: ut ab Alexandria diſcederet
quam obſidebat:cuꝫ tempus ille differret:uirgu
la ſtantem circunſcripſit:dixitq̃ ſe non antea re/
nunciaturꝝ Senatui: niſi prius ſibi reſpondiſſet:
qd facturus eſſet:q̃ ex illa circũſcriptione excede
ret. P ræclara .n. Senatus facie ſecuꝫ attulerat au
ctoritatem. R. P. Ciuis qui nõ paret: non ab eo
mandata accipienda ſunt. Sed ipſe eſt totus repu
diandus. An ego ab eo mandata accipere᷑:qui Se/
natus mandata cõtemneret? aut ei cũ Senatu qcq̃

Panſa ſatis uehemẽs & acer: cũ
in cęteros huius generis: tum í
ſocerꝝ: conqueſtus in ſenatu lõ
ga orõne deCaleno fuerat Pan
ſa ꝙ Antonio faueret. Iteruꝫ
legatos? ſcilicet cenſuerũt mit/
tendos ut tẽtaretur:poſſent ñe
proficere qui mitterẽtur:poſtq̃
nihil profecerant qui miſſi ꝑus
fuerant. Quid? ſuſpendedũ
eſt:& cum indignatione ꝓnun
tiandum. Ille:Antonius: q̃ſi
dicat minime faceret inducias.
Ante conſ. Hirtii. Reſpira
uit:intermiſſa eſt. Adhuc le/
gatos:ſcilicet mittemus. Sibi:
ipſis legatis. Cõueniẽdi:col/
loquendi. L. Cęſar: unus ex
legatis. Ser. Sulpiti⁹:q mor/
tuus eſt in legatiõe. A trib⁹:
nobis q̃ a uobis oĩbus. Nul
lum unq̃ timorem attulerũt:nã
hęc pręuiderã:& timuerã mea
ſponte prius. C. Pompilius:
is a ſenatu legatus ad Antiochũ
miſſus ut bello quo Ptolemęũ
laceſſabat abſtineret cũ ad euꝫ
ueniſſet atq̃ is prompto animo
& amiciſſimo uultu dextram ei
porrexiſſet:inuiceꝫ illi ſuã por
rigere noluit. Sed tabellas ſena
tus conſultum continentes tra
didit:quas ut legit Antioch⁹:di
xit ſe cum amicis collocuturꝝ:
indignatus Põpilius ꝙ aliquã
moram interpoſuiſſet: uirga ſo
lũ quo inſiſtebat denotauit: &
prius inquit q̃ hoc circulo ex/
cedas:da reſponſum:quod ſena
tui referam. Continuo rex affir
mauit fore ne ampli⁹ de ſe Pto
lemęus conquereretur: ac tum
demũ manũ eius Põpilius tãq̃
ſotius appręhendit. Liuius au/
ctor libro. xlv. ab urbe condi/
ta. Valerius libro ſexto: titulo
de grauiter dictis aut factis.



UVA. BHSC. IyR_187

Cotulã:hũc ĩ epiſtolis quoq3 adAtticũ noĩat & cũ ſtomacho ędilitiũ uocat. Serui publici:quib⁹ in munere ędilitio utebatur reſpublica. Vtrãq3:galliam Ciſalpinã & Macedoniã3.

Remitto:quaſi ſui iuris eēnt. Impudens is ſit:quoniã contra rēpu.arma ſumpſere. Dederit:prius. nã agros diuiſerat quibus uoluerat. Cauet:proſpicit:conſulit.cautũ uult eē illis quibus agros aſſignauerat. Pugnaces:ironice. Mane ant:rata ſint. Septēuiris:quos diuidundis agris pręfecerat.

Nũ aut:ironice & cum deriſu. Iudiciaria:qua etiam centurionibus iudicia communicauerat. Comatã:quę ē trãſalpis in tres ptes Gallia diuiſa ē:Belgicam:Celticam:quę & Lugdunenſis dicitur:& aquitaniã quę quondam Aremonica uocata ē Narbonēſis enim:quę interno mari alluitur:amne Varro ab Italia diſcreta:alpiumq3 iugiſ a reliqua gallia:Brachata noiaſ:ſubiecta ipſis montibus & Rauennã uſq3 producta togata ē.

Acidaliſia:lege de rebus uenereis:nam Acidalia Venus eſt dicta abAcidalio fonte i orchomeno Macedonię:q ei & muſis dicatus ē:q̃q̃ & propriũ poteſt eſſe decurionis cuiuſpiã corruptiſſimi. Eſſe malo:q̃ aliquid dicere.

cõmune iudicare3 q Imperatorem.P.R. Senatu prohibente obſideret! At quæ mandata!qua arrogantia! quo ſtupore!quo ſpiritu! Cũr aũt ea legatis noſtris dabat! Cum ad nos Cotulam mitteret Ornamentũ atq3 arcem amicoꝝ ſuoꝝ hominem ædilitiũ.Si uere tũ fuit ædilis:Cu3 eũ iuſſu Antonii in cõuiuio ſui publici loris ceciderũt. Atq̃ modeſta mandata fert! iis ſumus.P.C.qui qcq̃ huic negemus! Vtranq3 ꝓuintiam inquit remitto:exercitũ depono.Priuatus eſſe nõ recuſo! Hæc ſunt.n.uerba:rediſ ad ſe uideſ:omnia obliuiſcor:in gratiam redeo.Sed quid adiungit!ſi legionibus meis:& ſi equitib⁹:& ſi cohorti prætoriæ prædam agrũq3 dederitis. His etiam præmia poſtulat qbus ut ignoſcaſ:ſi poſtulet ĩpudentiſſimus uideaſ. Addit præterea quos ipſe cũ Dolobella dederit agros teneant ii quibus dati ſunt. Hic eſt Campanus ager & Leontinus! quæ duo Maiores noſtri annonæ ꝑfugia ducebant.Cauet mimis aleatoribus lenonib⁹ Cafoni etia3 & Saxe cauet:quos centuriões pugnaces:& lacertoſos inter mimorũ & mimaꝝ greges collocauit.Poſtulat præterea ut Chirographoꝝ & cõmentarioꝝ ſua collegæq3 ſui decreta maneant:qd laborat!ut habeat ꝙ qſq3 mercat⁹ eſt:ſi quid accepit:habeat q uẽdidit:& ne tangantur ratiões ad opis:ideſt ne ſeſtertiũ ſepties milies recupereſ:ne fraudi ſit Septem uiris quod egiſſent. Nucula hoc credo admonuit. Verebatur fortaſſe ne amitteret tantas clientelas.Gaueri etiam uult iis q ſecum ſũt:qcquid contra legẽ cõmiſſerint. Muſtelæ & Tyroni proſpicit:de ſe nihil laborat.Quid.n.cõmiſit unq̃!num aut pecuniam publicam attigit!aut hominem occidit!aut ſecum habuit armatos! S3 quid eſt:ꝙ de iis laboret! Poſtulat.n.ne ſua iudiciaria lex abrogeſ!quo ĩpetrato:qd ē qd' metuat an ne ſuoꝝ aliqs Acidaliſia decurio condẽnetur! Neq3 tñ nos urget mandatis plurib⁹:remittit aliquantũ:& relaxat.Galliam inquit remitto. Comatam poſtulo:ocioſus uidelicet eſſe malo:cu3 ſex legionibus inquit iiſq3 ſuppletis ex.D.Bruti excercitu:non modo ex delectu ſuo tandiuq3

UVA. BHSC. IyR_187

ut obtineat q̃ diu.D.Brut⁹.C.Caſſius cõſules pro ue Conſules prouintias obtinebũt:uel ꝓcõſul huius comitiis.C.frater eius: eſt.n.ann⁹ ut repulſam tulit:ipſe aũt ut qnquẽniu₃ inquit obtineant. At iſtud uetat lex Cæſaris & tua. Hæc tu mandata.L.Piſo & tu.L. Philippe Principes Ciuitatis nõ dico quo animo ferre ueꝝ auribus accipere potuiſtis? Sed ut ſuſpicor:terror erat qdam:nec uos ut Legati apud illũ fuiſtis: nec ut conſulares:nec uos ueſtram nec.R.P. dignitatem tenere potuiſtis: & tamen neſcio quo pacto ſapiẽtia quadam credo qđ ego nõ poſſũ ñ mirari nimis irati reuertiſtis?uobiſq₃.M.Antoni⁹ nihil tribuit: Clariſſimis uiris legatis.P.R. Nos quid non legato Antonii Cotulę cõceſſimus?cui portas h⁹ urbis patere ius ñ fuit:huic hoc tẽplũ patuit.Huic aditus in Senatũ fuit:huic externo ſententias noſtras ĩ codicillo & omnia uerba referebant:huic etiam ſe ſũmis honorib⁹ hi cõtra dignitate₃ ſuam uẽditabant. O dii ĩmortales q̃ magnum ẽ perſonam ĩ.R.P.tueri principis? quæ ñ animis ſolum debet: ſed oculis ſeruire ciuiu₃ domum recipere legatũ hoſtium: in cubiculu₃ admittere:& reducere hominis eſt nihil de dignitate:nimium de periculo cogitantis.Quod autem eſt periculum? Nam ſi maximũ in diſcrimen uenietur:aut libertas parta ẽ uictori: aut mors expoſita uicto:quoꝝ alterum optabile eſt: alteru₃ effugere nemo poteſt:turpis autem fuga mortis omni eſt morte peior.Nam illud quide₃ ñ adducor ut credam: eſſe quoſdam q inuideant alicui⁹ conſtantiæ & laboribus: qui eius ꝑpetuam ĩ.R.P.adiuuanda uoluntatẽ & a Senatu:& a.R.P.ꝓbari moleſte ferant. Omnes quidem id facere debebamus eaq₃ erat nõ mõ apud maiores noſtros ſed etiam nuper ſũma laus Conſularium uigilare cogitare:adeſſe animo: ſemper aliquid pro.R P.aut facere:aut dicere:Ego.Q..Sceuola₃ Augurem memoria teneo bello Marſico:cum eſſet ſũma ſenectute & perdita ualitudine quotidie ſimul atq₃ luceret:facere omnib⁹ conueniendi ſui poteſtate₃: neq₃ eũ quiſq̃ illo bello uidit ĩ lecto:

Pro ue conſules:& ꝓconſules poſtq̃ finito conſulatu abierũt in ꝓuincias. Pro conſul hui⁹ comitiis.C.frater ei⁹:que₃ Antonius comitiis ſuis ꝓconſulẽ fecit:hoc ẽ cui ꝓuinciã dedit Macedoniam ſua auctoritate:& religioſa illa prouinciaꝝ ſortitione:ut tertia philippica dictũ eſt. Repulſam:cõſulatus: & tamen ꝓuinciam ei.M.Antoni⁹ conſularem dedit. Lex Cęſaris:de prouintiis de qua dictum prius. Et tua:quia Antonius ſpatium ei ꝓrogabat:ſed nõ qnquẽnii. L.Piſo &.L.Philippe:ii legati cũ.L.Cęſare & Seruio Sulpitio ad Antoniu₃ miſſi fuerant. Templum:ubi habebatur ſenatus. Referebãt: q̃ Antonio fauebant:ſenatoꝝ ſententias referebãt in codicillos hoc eſt libellis mandabãt & deſcribebant:dabãtq₃ Antonii ad ſenatum legato cotulę. Summis honoribus: ſcilicet functi. Ii:Antonio fauentes. Venditabãt:uẽdere & addicere quodãmodo uidebantur. Perſonam:decoꝝ. Legatũ:Cotulã. Reducere:honoris gratia & deducimus domo in forũ:& reducimus domũ. Alteꝝ:libertatem adipiſci. Nam illud q̃dem:occurrit queſtioni & fieri hoc timore dicit ſuſpicari: non inuidia aliqua in ſe. Qu.Scęuolã:is eſt de quo ĩ Lęlio.Qu. Muti⁹ augur ſcęuola.fuit autẽ P.fili⁹:eo ꝑceptore iuris ciuilis uſus ẽ Cicero: qđ ipſe tradit li. de claris oratoribꝰ:Añ Syllam &.Qu.Põpeiũ cũ Craſſo ꝯſulatũ geſſit:quo cũ etiã cẽſura fũctus ẽ.Põti.erat maxi.cũ mariana clade in ſenatu occiſus ẽ: & fluuio ĩmerſus.Liui⁹ li.lxxxvi. in ueſtibulo Veſtę dũ fugeret tradit necatũ. Bello marſico: qđ ꝯtra Marſos geſtũ ẽ:tpe belli ſocialis:qđ & italicũ dr:cũ diuerſis ĩ locis bella Italię populi ob negatã ciuitatẽ ꝯcitauere.



UVA. BHSC. IyR_187

Marſis & Latinis duce Pope/
dio initium faciētibus ultra Pi/
cenum ſunt Marſi & Peligni:ď
quibus plura Strabo. Alteri
us:meo. Iam ſexennio: iā ſūt
anni ſex ex quo pugnari cū Iu/
lio ceptum a Pompeio & boniſ
omnibus pro libertate:cōpoſi/
tis rebus tribus annis impauit
cęſar. paulo amplius quattuor
ſ͞ıperſtes Pompeio fuit. Diu
tius:tres ānos & amplius. Ca
ptiui frugi:nam captiui ſi frugi
& induſtrii fuerint:etiam citiuſ
ſolent dimitti & liberi fieri.

Hoc honore:qui conſulatuꝫ
geſſere:nam mutante ueſtē po/
pulo & ſaga ſumente:cōſulareſ
togam retinebant:idq; eoꝝ ho
nori tribuebatur. Noſtri ho
noris inſignia:nos aliis ſagatis
in conſulari ueſte. Huic ho/
ſti:Antonio. Prę ſe ferat:ap/
te oſtendāt:ac minime diſſimu/
lent. Legatū Antonii:L.Va/
rium qui & ipſe uenerat cū Co
tula. Prohiberi:hoc eni ſua
debat Cicero nō permittenduꝫ
ut rediret Variꝰ:qui Cotula co
gnominabatur. Fraudi ſit:
pœnę. Quaq;: quocūq; die:
quando eis libuerit.

ſenexq; & dedilis primus ueniebat in Curiaꝫ:hu
ius induſtriam maxime equidem uellem ut imi/
tarent̃ ii:quos oportebat.Secundo auteꝫ loco ne
alterius labori inuiderēt:Et enim .P.C.cum in
ſpem libertatis ſexennio ſimus īgreſſi diutiuſq;
ſuitutem ꝑpeſſi q̄ captiui frugi & diligētes ſolēt
quas uigilias!quas ſollicitudines!quos labores li
berandi.R.P.cauſa recuſare debemus:Eqdē.P.
C.quanq̄ hoc honore uſi togati eſſe ſolent cum
eſt in ſagis ciuitas: ſtatui tamē a uobis cæteriſq;
ciuibus in tanta atrocitate temporis:tantaq; per/
turbatiōe.P.R. non differre ueſtitu. Non enim
ita gerimꝰ nos hoc bello conſulares ut æquo ani
mo.P.R.uiſurus ſit noſtri honoris īſignia:Cū
partim e nobis ita timidi ſint:ut omnem ii.P.R.
beneficioꝝ memoriam abiecerint:partim ita a.R
P.auerſi ut huic hoſti ſe fauere præ ſe ferant.Le
gatos noſtros ab Antōio deſpectos eſſe & irriſos
facile patiantur. Legatū Antonii ſubleuatuꝫ ue
lint. Huic enim reditum ad Antoniū prohiberi
negabant oportere: & in eodem excipiendo ſentē
tiam meam corrigebant: quibus geram morem!
Redeat ad imperatorem ſuum Varius:ſed ea le/
ge ne unq̄ Romam reuertatur. Cæteris autem ſi
errorem ſuum depoſuerint:& in.R.P. gratiam
redierint: ueniam & impunitatem dandaꝫ puto.
Quas ob res ita cenſeo:Eoꝝ qui cum.M.Anto/
nio ſunt: qui ab armis diſceſſerint & aut ad Pan/
ſam aut ad Hircium. Cōſſ.aut ad Decium Bru/
tum Imperatorem.Con.deſignatum Aut ad.C
Cæſarem pro .P.R. ante idus martias adierīt eis
fraudi ne ſit ꝙ cuꝫ.M.Antonio fuerint. Si quis
eorum qui cum.M.Antonio ſunt:fecerit:Quo
honore:præmio ue quis dignꝰ eſſe uideatur! uti
C.Panſa:Hircius conſul alter: ambo ue ſi eis ui
deatur.de eius honore:præmio ue primo quoq;
die ad Senatum referant.Si quis poſt hæc ad An
tonium profectus fuerit præter.L.Varium Se/
natum extimaturum eum contra.R.P.feciſſe.

Finis Philippicæ octauæ.

UVA. BHSC. IyR_187

ſ Eruius Sulpitius q̃ primũ in orãdo: aut certe optimũ poſt. M. Tulliũ locũ tenuit: cũ aliq̃n. Qu. Mutiũ Sçuolã de re amici ſui ꝯſuluiſſꝫ & de iure ſemel ſibi atqꝫ iteꝝ iterrogãti: ille rñdiſſet: neqꝫ tñ ꝑcepiſſet: dixiſſetqꝫ Mutius: Turpe eẽ Patritio & cãs orãti ius in quo uerſaret̃ ignorare: uelut cõtumelia cõmot⁹ iuri ciuili operã dedit: euaſitqꝫ oĩs hũani & diuini iuris ꝑitiſſim⁹. Ciceroĩ extitit admodũ familiaris: qđ & ei⁹ ad Ciceronẽ & Ciceróis ad eũ indicãt epiſtolç. Et ſi aliq̃ qñqꝫ iteruenit offẽſio. Sed tũc ꝑcipue: cũ. L. Murenã ab eo reũ factũ defendit Cicero. Legat⁹ cũ. L. Philippo: & L. Piſone ad. M. Antoniũ Mutinã &. D. Brutũ ꝯſulẽ deſignatũ obſidẽtẽ: cũ aduerſa teneret̃ ualitudine: ꝓfect⁹ ẽ: ſed pene ĩpulſus nõ tñ iuitus: ut reipu. ſi poſſet: prodeſſet. ꝑuenit qdẽ ad Antoniũ añq̃ tñ mãdata expõeret ſenat⁹ diſceſſit e uita. Actũ ẽ i ſenatu de eo honorando: cũqꝫ ſtatuã ei ponẽdã cẽſeret Cicero plures & i ꝑmis. P. Seruili⁹ nõ ſtatua: ſed ſepulchro hõrandũ ducebãt: legẽqꝫ illis dũtaxat q̃ iterfecti i legatiõe fuiſſẽt: ſtatuã poni uelle aſſerebãt: Cõtradicit Cicero: & ęquę ponẽdã oibꝫ q̃ i legatiõe mortui eẽnt: maiores legẽ ꝓbat ſenſiſſe. Exordit̃ ꝑ deſideriũ hoĩs defũcti & ꝑ adẽptũ cõmodũ: ſed breuiſſime narrat & qdẽ aptiſſime ſubiicit deinde diuiſiõꝫ: quã plures & pulcherrimę ſequũt̃ ꝓbatiões & refutatiões ẽt additis ꝑ exẽpla exornatiõibꝫ. Gen⁹ cãę ẽ ꝑtim deliberatiuũ & hoc ꝑncipale. Suadet̃ eni ponẽdã ſtatuã Sulpitio: ꝑti demõſtratiuũ ſed icidẽs cũ laudat̃ ſulpiti⁹. Stat⁹ uero legitim⁹ ex ſcripto & ſnia: nã aliter legẽ aduerſarii: aliter interꝑtat̃ Cicero. Sapiẽtia: erat. n. iuriſ conſultiſſim⁹. Ereptus: imatura morte. Orbani: ueluti orbã.

Ad incertam: ea metuentes q̃ metuere oẽs pñt. Nulla reuertẽdi: graui ualitudine opꝑſſus & ui morbi. Ita affectus eẽt: ita ſeſe hr̃et. Sibi ipſi diffideret: ſpem de uita ſua ñ haberet.

Obeũdi ſui muneris: exequẽdi. Qui hunc honorem ſtatuę: diuiſio eſt.

## M. T. C. i. M. Antõium Philippica Nona.

u Ellem dii immortales feciſſent. P. C. ut uiuo potius. Ser. Sulpitio gratias ageremus: q̃ mortuo honores quærere remus. Nec uero dubito quin ſi ille uir renuntiare legationẽ potuiſſet & reditus eius uobis gratus fuerit: &. R. P. Salutaris futurus. Nõ qđ. L. Philippo & . L. Piſoni aut ſtudium aut cura defuerit in tanto officio tantoqꝫ munere! Sed cũ Seruius Sulpitius ætate illis añiret: & ſapientia oĩbus: ſubito erept⁹ totam legationem orbam: & debilitatam reliquit. Quod ſi cuiq̃ iuſtus honos habitus eſt ĩ morte legato: ĩ nullo iuſtior q̃ in Seruio Sulpitio reperiet̃. Cæteri q in legatiõe mortẽ obierunt: ad incertũ uitæ periculũ ſine ullo mortis metu profecti ſunt. Ser. Sulpitius cũ aliqua ꝑueniendi ad. M. Antonium ſpe profectus ẽ: nulla reuertendi. Qui cũ ita affect⁹ eſſet: ut ſi ad grauẽ ualitudinem labor is acceſſiſſet: ſibi ipſi diffideret: nõ recuſauit quomin⁹ uel in extremo ſpiritu ſi quaꝫ opẽ. R. P. ferre poſſꝫ: experiret̃: itaqꝫ nõ illũ uis hyemis: non niues: nõ longitudo itineris: nõ aſperitas uiaꝝ: non morb⁹ ingraueſcẽs redardauit: Cumqꝫ iam ad congreſſum colloquiũqꝫ eius perueniſſet: ad quem erat miſſus: in ipſa cura & meditatiõe obeũdi ſui muneris exceſſit e uita: Vt igitur alia ſic hoc Panſa præclare ꝙ nos ad ornandũ. Ser. Sulpitiũ cohortatus es: & ipſe multa dixiſti copioſe de illius laude: quibus a te dictis nihil præter ſententiam dicerem niſi. P. Seruilio reſpondendũ putarẽ: qui hũc honorem ſtatuæ nemini tribuendũ cenſuit: niſi qui ferro eſſet in legatione interfectus. Ego autem. P. C. ſic interpretor ſenſiſſe Maiores noſtros ut cauſam mortis cẽſuerint: non genus eſſe querendũ. Etenim cui legatio ipſa mortis cauſa



UVA. BHSC. IyR_187

Eoꝝ:maioꝝ. Lartes Tolũnius:fidenę ſtadiis.xl.ab urbe diſtabãt:ciuitas oliꝫ magna & populo frequẽs rõanoꝝ etiã colonia.Hę ad Lartẽ Tolũniũ Veiẽtiũ regẽ defecere: quattuor miſſi ſũt a ſenatu legati quos Cicero inferiꝰ nõiat:q noui ꝯſilii cãm quęrerẽt:eos fidenates Tolũnii iuſſu occidere.Tribũis militũ ꝯſulari ptãte.Qu.Cincinato Cincinnati filio M.Aemilio.L.Iulio:ſtatue legatis ꝓ roſtris poſitę ſũt.Ipſe Tolũniꝰ poſtea cũ Cor.Coſſo ꝯgreſſus cęſus ẽ:eiꝰ opima ſpolia Ioui feretrio relata: auctor Liuiꝰ li.iiii.ab urbe cõ. CN. Octauii:C. Rufus uir quęſtorius.CN.&.C. ꝓcreauit a qbꝰ duplex octauioꝝ familia defluxit:CN.& deinceps ab eo reliq oẽs functi ſũt hõribꝰ ſũmis at C.eiuſqꝫ poſteri i equeſtri ordine uſqꝫ ad Cęſaris Auguſti patrẽ ꝯſtitere. Et.CN.qdẽ Octauii legendũ ẽ.aliter cũ hiſtoria ñ ꝯſonaret.Sed id admiror qđ ap̃ Pli.ſcriptũ iuenio li.34.nahi.his uerbis.Nõ p̃teribo CN. Octauiũ ob unũ uerbũ quo regẽ Antiochũ datuꝝ ſe rñſũ dicentẽ uirga quaꝫ tenebat forte circũſcripſit:& p̃us q̃ egrederetur circulo illo rñſũ dare coegit:in q̃ legatiõe iterfecto ſẽatꝰ ſtatuam poni iuſſit q̃ oculatiſſimo loco i roſtris.nã circũſcriptum uirga a.C.Põpilio Antiochũ in ſupiore philippica dicit Ci.Sed ꝓfecto hic Octauiꝰ nepotẽ Antiochi miſſus ad explorãdos regũ Aſię aios circũſcripſit:põpilii exẽplũ ſecutꝰ q auũ Antiochũ circũſcripſerat. Nouitati:noui.n.erant quoꝝ maiores mgr̃atũ ñ geſſerãt. Nepotẽ:Antiochũ eodẽ nõie appellatũ quo auꝰ. Laodiceę:i media ciuitas fuit Laodicea nõie a Macedõibꝰ ꝯdita. altera in maiori Phrygia & urbiũ phrygiarum maxia:de q̃ hic loqt̃ Cic.Lyco fluuio ꝓxia ẽ q ex Cadmo ꝓfluit mõte:urbi ipi iminẽte.auctor Strabo.Gymnaſiũ uero locꝰ ẽ: ubi uariis ludis exerceri iuuentus ſolebat γυμραζω eni exerceo ẽ:&γυμρασΙυσ exercitationũ corpis p̃ceptor: pueros & adoleſcẽtes inſtruẽs. A quodam leptine:Antiochi iuſſu. Sola reſtaret:nam familia pene

fuiſſet:eius monumentũ extare uoluerunt! ut in bellis periculoſis obirent homines legatiõis munus audatius. Nõ igitur exempla maioꝝ quærẽda: ſed cõſiliuꝫ eſt eoꝝ a quo ipſa exẽpla nata ſũt Explicandum. Lartes Tolunius Rex Veientuꝫ q̃ttuor legatos. P.R. Fidenis interemit quorum ſtatuæ in roſtris ſteterunt uſqꝫ ad noſtram memoriam: iuſtus honos: iis enim Maiores noſtri qui ob. R.P. morteꝫ obierant: pro breui uita diuturnam memoriam reliquerunt. Gn. enim Octauii clari & magni uiri q primus in eam familiam quæ poſtea uiris fortiſſimis floruit: attulit conſulatum ſtatuam uidemus in roſtris: nemo eniꝫ nouitati inuidebat: nemo uirtutem non honorabat: At ea fuit legatio Octauii ĩ qua periculi ſuſpitio non ſubeſſet. Nam cum eſſet miſſus a Senatu ad animos Reguꝫ. ſ. perſpiciendos liberorumqꝫ populoꝝ: maximeqꝫ ut nepotem Antiochi Regis qui cum maioribus noſtris bellum geſſerat: claſſes habere: elephantos alere prohiberet: Laodicæ in gymnaſio a quodam Leptine eſt interfectus. Reddita eſt ei tum a Maioribus ſtatua pro uita quæ multos per annos progenieꝫ eius honeſtaret. nunc ad tantæ familiæ memoriam ſola reſtaret. Atqꝫ & huic & Tullio Clodio &. L. Roſcio & Sp. Antio &. C. Fulcinio qui a Veientiuꝫ Rege cæſi ſunt Non ſanguinis qui profuſus eſt in morte ſꝫ ipſa mors ob. R.P. habita honori fuit. Itaqꝫ. P.C. ſi. Ser. Sulpitio caſus morteꝫ attuliſſet: dolerem equideꝫ tanto. R.P. uulnere mortem uero eius monumentis & luctu. pu. eſſe honorandam putarem! Nunc autem quis dubitat: quin ei uitam abſtulerit ipſa legatio! ſecum eniꝫ ille mortem extulit: quam ſi nobiſcum remanſiſſet ſua cura: optimi filii fideliſſimæqꝫ cõiugis diligentia uitare potuiſſet. At ille cum uideret ſi ueſtræ auctoritati non paruiſſet: diſſimilem ſe

UVA. BHSC. IyR_187

futurum ſui: ſi paruiſſet munus ſibi illud: pro R.P. ſuſceptū uitæ finem allaturum: maluit in maximo R.P. diſcrimine mori: q̄ minus quam potuiſſet uideri R.P. profuiſſe: multis illi ī urbibus qua iter faciebat reficiendi ſe & curandi poteſtas fuit: aderat & hoſpitū inuitatio liberalis: ꝑ dignitate ſūmi uiri: & eoꝶ hortatio q una erant miſſi ad requieſcendū: & uitæ ſuæ conſulendū. At ille ꝓperans feſtinanſq; mandata noſtra cōficere cupiens in hac conſtantia morbo aduerſante perſeuerauit. Cuius cū aduentu maxīe perturbatus eſſet Antōius: qđ ea quæ ſibi iuſſu noſtro denūciarentur: auctoritate & ſentētia Ser. Sulpitii conſtituta: declarauit: q̄ odiſſet Senatū: cum auctorem Senatus extinctū læte atq; inſolenter tulit. Non igiꝰ magis Octauium Leptines: nec Veientium Rex eos quos modo nomīaui: quā Ser. Sulpitium occidit Antonius. Is. n. ꝓfecto mortem attulit: qui cauſa mortis fuit. Quo circa ad poſteritatis & memoriam pertineꝛ arbitror extare quod fuerit de hoc bello iudiciū Senatus. Erit. n. ſtatua ipſa teſtis bellū tam graue fuiſſe ut legati interitus honoris mēoriā cōſecutꝰ ſit. Quod ſi excuſationē Ser. Sulpitii. P. C. legationis obeundæ recordari uolueritis: nulla dubitatio relinqueꝛ quin honorem mortuo: Cui iniuriam uiuo fecimus: faciamus. Vos. n. P. C. graue dictū eſt: ſed dicendū tamen: uos inquā. Ser. Sulpitiū uita priuaſtis. Quem cum uideretis ſe magis morbo q̄ oratione excuſantē: non uos qdē crudeles fuiſtis! Quid. n. minus in hūc ordinem conuenit! Sed cum ſperaretis nihil eſſe quod nō illius auctoritate & ſapientia effici poſſet: uehementius excuſationi obſtitiſtis: atq; eum qui ſē per ueſtrum conſenſum grauiſſimū iudicauiſſ; de ſententia deieciſtis. Vt uero Panſæ cōſulis acceſſit cohortatio grauior q̄ aures. Ser. Sulpitii ferre didiciſſent tū filium meq; ſeduxit: atq; ita locutus eſt: ut auctoritatē ueſtram uitæ ſe diceret anteferre. Cuius nos uirtutem admirati non auſi ſumus aduerſari eius uoluntati: mouebaꝛ ſingulari pietate filius: non multū perturbatiōi

interierat Ciceronis tempore.

Huic. CN. Octauio. Itaq; eſt argumentū a minori ad maius: Si inquit erepto cōmuni caſu: non autem reipu. cauſa monumentis publice ob ſingularem uirtutē honorandum putarem: multo magis nunc ꝑſuadere: & cenſere debeo cū in legatiōe perierit: mortem uero ei legationem attuliſſe: & ſeruari adhuc in uita niſi profectus eēt potuiſſe colligit pluribꝫ. Diſſimilem ſui: a ſua priſtina ꝯſuetudine uobis parendi diſceſſurum. Is enī profecto: optimā hanc uiam uocat Fabius cū finitionem pręcedit probatio: ut hic Seruiū Sulpitiū ab ātonio occiſū colligit Cicero & ī clauſula demū ita finit. Is enim ꝓfecto mortem attulit qui cā mortis fuit: ergo Antonius occidit.

De hoc bello: Antōiano.

Excuſationem: nam morbū excuſābat. Seduxit: ſeorſum duxit: alias ſeducere decipere eſt. Nos: ego & filius. Eius: filii.



UVA. BHSC. IyR_187

Eius ſententiæ: ut legati mit/ terentur. Quã miſere: quod ipſe interpretatur quia ad æqui tatem ſemper declinabat: cũ ſit plerũq; ſummum ius: ſũma iiu/ ria. Gratiæ: gratitudinis.

eius meus dolor concedebat: ſed uterq; noſtruꝫ cedere cogebatur magnitudini animi oratiõiſq; grauitati: cum quidem ille maxima laude & gra tulati one omnium ueſtrum pollicitus eſt ſe qđ uelletis: eſſe facturum: neq; eius ſentẽtiæ pericu lum uitaturum: cuius ipſe auctor fuiſſet: quem exequi mandata ueſtra properantẽ mane poſtri/ die proſecuti ſumus: qui quidem diſcedens me/ cum ita locutus eſt: ut eius oratio omen fati ui/ deretur. Reddite igitur. P. C. ei uitaꝫ: cui ademi/ ſtis. Vita enim mortuoruꝫ in memoria uiuorũ eſt poſita: perficite ut is quem uos ad mortem in ſcii miſiſtis: immortalitateꝫ habeat a uobis. Cui ſi ſtatuam in roſtris decreto ueſtro ſtatueritis: nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit obliuio. Nam reliqua. Ser. ſulpitii uita erit mul tis præclariſq; monumentis ad omnem memori am cõmendata: ſemper illius grauitatem: cõſtan tiam: fidem: præſtantiam: in. R. P. tuenda curaꝫ atq; prudentiam omnium mortalium fama cele brabit. Nec uero ſilebitur admirabilis quædam & in credibilis & pene diuina eius in legibꝰ inter/ pretandis: æquitate explicandis ſcientia: omnes q ex omni ætate hac in Ciuitate intelligentiam iu/ ris habuerunt: ſi unum in locum conferantur: cum. Ser. ſulpitio non ſunt comparandi. Neq; enim ille magis Iuris conſultus q̃ iuſtitiæ fuit. Itaq; quæ proficiſcebantur a legibus & a iure ci/ uili ſemper ad facilitatem æquitatemq; refere bat. Neq; conſtituere litium actiones malebat: q̃ controuerſia tollere. Ergo hoc ſtatuæ monumẽ to non eget: habet alia maiora. Hæc enim ſtatua honeſtæ mortis teſtis erit: illa memoria uitæ glo rioſæ: ut hoc magis monumentum gratiæ ſena/ tus: q̃ clari uiri futurum ſit. Multum etiam ua luiſſe ad patris honorem pietas filii uidebitur: q quanq̃ afflictus luctu non adeſt: tamẽ ſic anima ti eſſe debetis ut ille ſi adeſſet. Eſt enĩ ita affectus ut nemo unq̃ unici filii mortem magis doluerit: q̃ ille meret patris: equidem & ad famam Ser. ſul

UVA. BHSC. IyR_187

pitii filii arbitror attinere: ut uideatur honorem debitum patri præſtitiſſe: quanq̃ nullum monumentum clarius Ser. ſulpitius relinquere potuerit: q̃ effigiem morum ſuorum: uirtutis: conſtantiæ: pietatis: ingenii: filiũ. Cuius luctus aut honore ueſtro: aut nullo ſolatio leuari poteſt. Mihi autem recordanti Ser. ſulpitii multos ĩ noſtra familiaritate ſermones: gratior illi uidetur ſi quis eſt ſenſus in morte ænea ſtatua futura: & ea pedeſtris magis: q̃ ĩaurata equeſtris: qualis. L. Syllæ prima ſtatua eſt. Magnifice enim Seruius ſulpitius maiorum continentiam diligebat: huius ſæculi inſolentiam uituperabat. Vt igitur ſi ipſum conſulam quid uelit: ſic pedeſtreȝ ex ære ſtatuam tanq̃ ex eius auctoritate & uolũtate decerno: quæ quidem magnum ciuium dolorem & deſideriuȝ honore monumẽti minuet & leniet atqȝ hanc meam ſententiam. P. C. P. Seruilii ſententia probari neceſſe eſt: qui ſepulchrum publice decernendum Seruio ſulpitio cenſuit: ſtatuaȝ non cenſuit: Naȝ ſi mors legati ſine cæde atqȝ ferro nullum honorem deſiderat: cur decernit honorem ſepulturæ qui maxius haberi poteſt mortuo? Sin id tribuit Ser. ſulpitio quod non eſt datuȝ. Cn. Octauio: cur quod illi datum eſt: huic dandum eſſe non cenſet? Maiores quidem noſtri ſtatuas multis decreuerunt? Sepulchra paucis. Sed ſtatuæ intereunt tempeſtate ui uetuſtate Sepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt: quod nulla ui deleri neqȝ moueri poteſt. Atqȝ ut cætera extinguuntur: ſic ſepulchra fiunt ſanctiora uetuſtate. Augeatur igitur iſto etiaȝ honore is uir: cui nullus honor tribui non debitus poteſt: grati ſimus in eius morte decoranda: cui nullam aliam gratiaȝ referr̃ iam poſſumꝰ. Notetur etiam Antonii nefarium bellum gerentis ſcelerata audacia. His enim honoribus habitis. Seruio Sulpitio repudiatæ reiectæqȝ legationis ab Antonio manebit teſtificatio ſempiterna.

L. Syllę: tres ſtatuę. L. Syllę dictatoris fuere iuxta: ſed minores inquit Plinius libro. xxxiiii

Id: ſepulturę honorem. Sãctitas. in ipſo ſolo eſt: oſtẽdit lõge plus eſſe ſepulchrum q̃ ſtatuam publice tribuere: quoniã ſtatua pereunte: deſinit locꝰ ubi poſita ſtatua erat cuiuſq̃ eſſe: at uero pereunte ſepulchro: locꝰ ipſe remanet religioſus: & reuocari in profanum uſum nõ poteſt: nam ędis ſacrę etiam diruto ędificio: locus ſacer manet: & illato ſemel mortuo in locuȝ quépiam: religioſus fit locꝰ: qđ iureconſulti dicũt digeſtis titulo de reȝ diuiſione & qualitate

UVA. BHSC. IyR_187

Ita cenſeo:ſuam ut cōſueuit ſubiicit ſententiam. Lemonius Rufus:a tribu Lemoni' quę a pago Lemonio appellata eſt: ad portam Capenam uia latina Nam Rufus a colore dictus eſt Seruius pronomen eſt:Sulpitius nomen. Et in Baſi: in lapide qui ſubeſt ſtatuę:& eā ſuſtinet. Quęſtoribus urbanis: erant enim & caſtrenſes & prouinciales. Redemptori:is eſt redemptor qui publica & ꝑuata ędificia redimit & conducit faciēda:unde redemptura: quo uocabulo Liuius utitur:q item conducunt conuehendas ſarcinas:& onera queuis tum publice tū priuate ſuis & mulis & reda redemptores uocantur. Horati':Feſtinat calidus mulis:geruliſq; redemptor. Saluſtius & Perpennā forte cognoſcit mulio redēptoris. Deſignet: uñ ſepulchroꝝ deſignatores dicūtur. Hora. in epiſtolis: Dum ficus prima caloꝗ: Deſignatorē decoret litoribus:etſi aliter:ſ; min' uere enarrat Acrō.

Quas ob res ita cenſeo: Cūm Ser. Sulpitius Quīti filius Lemonius Rufus difficillimo. R.P. tempore graui periculoſoq; morbo affectus auctoritatem Senatus: ſalutemq;. R. P. uitæ ſuæ pra poſuerit: contraq; uim: grauitatemq; morbi contēderit ut ad caſtra Antonii: quo Senatus eum miſerat perueniret. Iſq; cu; iam prope caſtra ueniſſet: ui morbi oppræſſus uitam amiſerit in maximo. R. P. munere: eiuſq; mors cōſentanea uitæ fuerit ſanctiſſime honeſtiſſimeq; actæ: ī q̄ ſæpe magno uſui. R. P. Ser. Sulpitius & priuatus & ī Magiſtratibus fuerit: cum talis uir ob Rem publicam in legatione mortem obierit: Senatui placere. Ser. ſulpitio ſtatuam pedeſtrem æneam ī roſtris ex huius ordinis ſententia ſtatui: circumq; eam ſtatuam locum gladiatoribus: ludiſq;: liberos poſteroſq; ei' quaq; uerſus pedes quinq; habere: ꝙ hic ob. R. P. mortem obierit: eamq; cauſam in baſi inſcribi: utiq;. C. Panſa. A. Hircius Conſules alter ambo ue ſi eis uidebitur quæſtoribus urbis imperent: ut eam Baſim: ſtatuamq; faciendam & in roſtris ſtatuendam locent: quantiq; locarit tantam pecuniam redemptori ſoluēdam attribuendamq; curent. Cumq; antea ſenatus auctoritatem in uirorum fortium funerib' ornamentiſq; oſtenderit: placere eum q̄ ampliſſime ſuppremo ſuo die efferri: & cum. Ser. ſulpitius. Q. F. Lemonius Rufus ita de. R. P. merit' ſit: ut his ornamentis decorari debeat: Senatu; cēſere atq; e. R. P. æs mare Ediles curules edictū de funerib' habeant. Ser. ſulpitii. Q. F. Lemonii Rufi funeri mittere utiq; locum ſepulchro in Campo Eſquilino. C. Panſa Conſul ſeu quo in loco uidetur pedes triginta quaq; uerſus deſignet: quo Seruius ſulpitius inferatur! Quod ſepulchrum ipſius liberorum poſterorumq; eius ſit: uti quod optimo iure ſepulchrum publice datum eſt.

Finis Philippicæ decimæ.

UVA. BHSC. IyR_187

m Arcus Brutus ex Italia diſcedẽs in Gręciã nauigauit: & ĩde Athenas ꝓfectus ẽ: ubi Theomneſto Academico & Cratippo ꝑipatico ſic operã dabat: ut nihil aliud ager̃ uideret̃. Tantiſꝑ tñ bellicã rẽ nõ negligebat: Heroſtratũ.n.ĩ Macedoniã miſit: qui Põpei reliq̃as q̃ſdã quę illic erãt: colligeret. Nobiles adoleſcẽtes q̃ athenis ſtudioꝝ gratia morabãt̃: ſibi adiũxit: ex qbꝫ Cicerõis filiũ p̃cipue admirabat̃ ac diligebat: qđ & genero/ſus eẽt: & tyrãnos uehementer odiſſet. Manifeſte deiñ ſeſe ap/parãs ad bellũ ab Antiſtio prę tore ex Aſia redeũte ſibi amiciſ ſimo obuiam factus apud Car/ſtum naues aliquot: & ęris qn/q̃ginta milia accepit: quotquot milites ĩ pharſalia ex Põpeii co/piis uagabãtur: ad eũ ꝯfluxere Aulo Cinnę eq̃tes ꝑ Domitiuꝫ abſtulit: quos in Aſiã ad Dolo/bellã ducebat. Arma quę ad.C antoniũ Demetriade ꝯuehebãt̃ a Cęſare dictatore ad Partichũ p̃miſſa bellum: ĩtercepit. Reges & p̃ncipes finitimos ſibi ꝯcilia/uit. C. Antoniũ. M. fratrẽ ad co/pias accipiẽdas q̃s Gabiniꝰ Epi/dãni & Apollonię hẽbat ueniẽ/tẽ ut cõprehenderet ꝓfectꝰ: ad/uerſam ꝯtradixit ualitudinẽ: cũ fame laboraret: Apolloniate ñ ſolũ cibaria p̃buere ſꝫ ĩtra mœ/nia ſua recepe. C. uero Antõiꝰ & milites q̃ circa Apolloniam erãt: & apolloniates ĩp̃os Bruto obſecuturos uidẽs: Butrotũ ꝑ/rexit: ſed tres ĩ itinere cohortes amiſit: q̃ a Bruto cęſę ſũt. Loca deiñ circa billidẽ ualide p̃occu/pata ſupare cõatꝰ a. M. Cicerõe filio cõmiſſo p̃lio uictꝰ ẽ: cui ſe ĩp̃m. C. cũ exercitu dedidit. Mã/ſit aũt ĩn hõre ap̃ Brutũ: digni/tatiſqꝫ ſuę ĩſignia retinuit: dõec exercitũ corrũpẽs: neqꝫ reꝑhẽ/ſus deſiſtẽs: naui ĩpoſitꝰ: cuſto/die traditꝰ ẽ. Appianꝰ tñ ĩterſe/ctũ ſcribit: ingens iã erat Bruti auctoritas: ingẽs exercitꝰ. Traii/cere ĩ aſiã deſtinauerat: dolobellã opp̃ſſurꝰ: lr̃as ad ſẽatũ dederat: eas Pãſa ꝯſul coactis ſe/natoribꝰ recitauerat: & Brutũ laudauerat: q̃ ãtõio fauebãt: & ĩ p̃mis Calenꝰ: adimẽdã Bru/to auctoritatẽ: abducẽdaſqꝫ ab eo copias cẽſebãt: ꝑiculoſũ aſſerẽtes libertati: tãtũ potentię Brutũ hr̃e: & rebꝫ cõibꝫ officere poſſe. Cũ p̃ſtim ueterani oẽs ei eẽnt ĩfeſti: Ci. ꝓ officiũ cõ/ſulis exordit̃: q̃ ſimulatqꝫ bruti lr̃ãs acceꝑat: ſenatũ coegerat: & lr̃is recitatis brutũ lauda/uerat: ĩ Calenũ dicit & eiꝰ ſñiam ꝯfutãs: oẽs de bruto ſuſpitõẽs diluit. De iis q̃ bruto cũ co/piis ſe adiũxerãt: uerba facit: ſuã poſtrẽo ꝓfert ſñiam. Tota aũt orõ ĩ ꝯtẽtiõe poſita ẽ & refu/tatiõe. Quas ꝑtes: qđ officiũ. Eiꝰ. Qu. Fuſii calẽi: quẽ p̃mũ o um qã ſocer erat ſuiaꝫ rõ/gabat pãſa. Quę mẽs: ꝯſiliũ. Virg. q̃ facere id poſſis noſtrã nũc accipe mẽtẽ. Alteꝝ: mar

.M.T.C.ĩ.M. Antoniũ Philippica Decima.

Axias tibi Panſa gr̃as oẽs & hr̃e & agere debemꝰ: q̃ cuꝫ hodierno die Senatuꝫ te ñ habiturum arbitraremur: ut. M. Bruti præſtantiſſimi ciuis litteras accepiſti ne minimaꝫ quidem moram ĩterpoſuiſti: qn̄ q̃ primũ maxĩo gaudio & gratulatõe fruerẽur: cuꝫ factuꝫ gratuꝫ oĩbꝰ debet eẽ: tuꝫ uero orõ: q̃ r̃citatis lr̃is uſus es. Declaraſti.n. ueꝝ eſſe id qđ ego ſẽꝑ ſenſi: Nemi/neꝫ alteriꝰ: q̃ ſue cõfideret uirtuti inuider̃. Itaqꝫ mihi qui plurimis officiis ſum cuꝫ Bruto & ma/xima familiaritate coniunctus: minus multa de illo dicenda ſuut: quas enĩ partes ipſe mihi ſũpſe/ram: eas præoccupauit oratio tua. Sed mihi. P. C. neceſſitatem attulit paulo plura dicendi ſentẽ/tia eiꝰ qui rogatus eſt ante me a quo ita ſæpe diſ/ſentio: ut iaꝫ uerear: ne quod minime fieri debet: minuere amicitiaꝫ noſtraꝫ uideat̃ ꝑpetua diſſẽſio Quæ ẽ.n. iſta tua oratio Calene? quæ mẽs? q̃ nũq̃ poſt Kal. Iañ. idẽ cẽſueris quod is q̃ ſñiam prius rogat. Cur nunq̃ tam frequẽs Senatꝰ fuit ꝙ unꝰ aliq̃s tuaꝫ ſñiaꝫ ſecutꝰ ſit? Cur ſemꝑ tui diſſimi/les defẽdis? Cur cũ te & uita & fortũa tua ad oci/um & ad dignitatẽ ĩuitet: ea ꝓbas: ea decernis: ea ſẽtis: quæ ſũt inimica & ocio cõmuni & dignita/ti tuæ. Nam ut ſuperiora omittam: hoc certe: quod mihi maximam admirationeꝫ mouet: non tacebo. Quod enim tibi cum brutis bellum? cur eos quos oẽs uenerari debemus: ſolꝰ oppugnas? Alteruꝫ circunſederi non moleſte fers: alteꝝ tua

UVA. BHSC. IyR_187

cu3. Ampliſſimę fortunę: di
uitię. Summus honoris gra
dus:quia conſularis. Eũ: fi
liũ. De tribus Antoniis:M.
Caio Lutio. Deſcripto:ex ſen
tentia quam ſcriptam attuleras
Inopia uerbi: qđ aliud tibi
uerbum non ſuccurrerit ut ac
cidit multis. Tuam facultatẽ:
nam ea in dicendo facultate es
ut deeſſe tibi uerba nõ poſſint.
Litteras Bruti:hoc cenſuerat
Calenus ſenatus cõſulto decla/
randum litteras Bruti beneſcri
ptas uideri:cęterꝭ ab eo dimittẽ
das copias hoc eleuat & irridet
Cicero. Librarium: quẽ ſcri
ptorem & cancellarium uulgꝰ
uocat. Vſum:experientiam.
Quo.S.con.decretum bene
ſcriptas litteras? q̃ſi dicat nul/
lo. Hanc tibi conſuetudinẽ:
ſi hanc conſuetudinem bonis i
uidendi omnibus non haberes
nemo tibi inuideret:quaſi dicat
hac una cauſa te oderũt omneſ
qđ tu bonos odiſti. Detrecta/
re autem eſt contra recte tractã
tes facere. Collige te:reſipiſce.
Genero tuo:Panſę. Ampliſ
ſimi hõris: ꝯſularis dignitatis.

ſententia ſpolias his copiis: quas ipſe ſuo labore
& periculo ad.R.P.nõ ad ſuũ præſidiũ ꝑ ſe nul/
lo adiuuante cõfecit.Quis ẽ iſte tuꝰ ſenſus? quæ
cogitatio? Brutos ut ñ ꝓbes. Antõios ꝓbes? quos
oẽs cariſſimos habẽt:tu oderis? quos acerbiſſime
omnes oderũt:tu cõſtantiſſime diligas? Ampliſſi
mæ tibi fortunæ ſunt? ſũmus honoris gradus? fi/
lius ut & audio:& ſpero natus ad laudẽ: cui cu3
R.P.cauſa faueo:tũ & tua. Quæro igiť eũ bruti
ne ſimilẽ malis an Antõii? ac ꝑmitto ut de tribus
Antõiis eligas quẽ uelis. D. Brutꝰ meliꝰ ẽ ĩqs.
Cur igiť nõ his faues? Eos laudas: quoꝝ ſimilẽ
filiũ tuum eſſe uis:ſimul.n.R.P. conſulis & ꝓ/
ponis illi exẽpla ad imitandũ. Hoc uero.Q. .Fu
ſi copioſius ſine offẽſiõe noſtræ amicitiæ ſicut te
cu3:aut a te diſſentiẽs Senator quæro:Ita.n.dixi
ſti etquidẽ deſcripto:Nam te inopia uerbi lapſũ
putarẽ:niſi tua3 in dicẽdo facultatẽ noſſe3: litte/
ras Bruti recte & ordĩe ſcriptas uideri:qđ qd eſt
aliud:q̃ librariũ Bruti laudare nõ Brutu3. Vſu3
in.R.P.Calene magnũ iam habere & debes & po
tes:qñ ita decerni uidiſti? aut quo.S.C. huiꝰ ge/
neris:ſũt.n.innumerabilia: bene ſcriptas lr̃as de/
cretũ a Senatu: qđ uerbũ tibi nõ excidit:ut ſæpe
fit:fortuitu:ſcriptũ meditatũ: cogitatũ:attuli/
ſti:hanc tibi cõſuetudinẽ pleriſq3 ĩ rebus bonos
obtrectandi ſi q̃s detraxerit q tibi uelit obtrectař:
nõ relinqueť. Quamobrẽ collige te: placaq3 ani/
mũ aliqñ & mitiga. Audi uiros bonos:q̃bus ute
ris multũ:loqueř cũ ſapiẽtiſſimo homĩe genero
tuo ſæpiꝰ:q̃ tu ipſe tecũ: tũ dẽiq3 ampliſſimi ho
noris nomẽ obtĩebis. An uero hoc pro nihilo pu
tas:ĩ quo eqdẽ ꝓ amicitia tua iuř doloř ſoleo: ef
ferri hæc foras:& ad.P.R.aures ꝑuenire:ei q pri
mꝰ ſnĩa3 dixerit:neminẽ aſſenſu3:qđ & hodie fu
turꝝ arbitror. Legiões abducis a Bruto: q̃s nẽpe
illas q̃s ille ab Antõii ſcelere auertit: & ad.R.P.
ſua auctoritate traduxit. Rurſus igiť uis illũ nu
datũ atq3 ſolũ ad.R.P.relegatũ uideri? Vos aũt
P.C.ſi.M.Brutũ deſerueritis:& ꝑdideritis quẽ
tandẽ Ciuem habebitis? quẽ ornetis? cui fauebitis
niſi forte eos q diadema poſuerũt cõſeruandos:

UVA. BHSC. IyR_187

coſ qui nomen Regis ſuſtulerunt deſerẽdos pu/
tatis. Ac de hac quidẽ diuina atq; ĩmortali laude
Bruti ſilebo: quæ gratiſſima memoria omnium
ciuium incluſa: nõ du; auctoritate publica teſta
ta eſt: tantam ne patientiam dii boni: tantam mo/
deratione: tantam ĩ iniuria tranquillitatẽ & mo/
deſtiam? qui cũ Prætor urban' eſſet urbe caruit:
ius nõ dixit. Cum omne ius. P. R. recuperaſſet.
Cumq; cõcurſu quottidiano bonoꝝ omnium q
admirabilis ad eũ fieri ſolebat: præſidioq; Italiæ
cunctæ ſeptus poſſet eſſe: abſens iudicio bonoꝝ
defenſus eſſe maluit: q̃ præſens manu? q ne apolli
nares qdem ludos pro ſui. P. q;. R. dignitate ap/
paratos: præſens fecit: nequam uiam pateſaceret
ſceleratoꝝ hominũ audaciæ quanq̃ q unq̃ aut lu
di: aut dies lætiores fuerũt: q̃ cum ĩ ſingulis uer/
ſibus. P. R. maximo clamorẽ & plauſu Bruti me
moriam ꝓſequebatẽ? Corpus aberat liberatoris:
libertatis memoria aderat: in q̃ Bruti imago cer/
ni uidebatẽ. At hunc his ipſis ludoꝝ diebus uide
bam ĩ inſula clariſſimi adoleſcentis Luculli pro/
pinqui ſui nihil niſi de pace & concordia ciuium
cogitantem: eundẽ uidi poſtea Veliæ cedentem
Italia: nequa orireẽ belli ciuilis cauſa propter ſe.
O ſpectaculũ illud non modo hominib': ſed un
dis ipſis & littoribus luctuoſum: cedere e patria
ſeruatorem ei': manere in patria ꝓditorem. Caſ/
ſius lapſis paucis poſt diebus cõſequebatur: ut
me puderet. P. C. in eam urbẽ redire: ex qua illi
abirent. Sed quo cõſilio redierim: initio audiſtis
poſt eſtis experti. Expectatũ igitur tẽpus a Bru
to eſt: nam quoad uos omnia pati uidit: uſus eſt
ipſe incredibili patientia: poſtea q̃ uos ad liberta/
tem ſenſit erectos: præſidia ueſtræ libertati para/
uit. At cui peſti: quantæq; reſtitit? Si eni;. C. An
tonius quod animo intenderat perficere potuiſ/
ſet: potuiſſet autem: niſi eius ſceleri uirtus. M.
Bruti obſtitiſſet Macedoniam Illyricum Græci/
am: perdidiſſemus: eſſet uel receptaculũ Pulſo
Antõio uel agger oppugnandæ Italiæ Græcia:
quæ qdem nunc. M. Bruti imperio auctoritate
copiis non inſtructa ſolum: ſed etiam ornata:

Eos q diadema: inuidioſe hoc
de uno dicit. M. Antõio. Vr/
be carẽt: de his in prima philip
lica ſatis multa. Luculli ado
leſcentis: qui fuit. L. Luculli ꝑ/
ſtantis illius impatoris & locu
pletiſſimi filius. Inſulę proprie
dictę ſunt quę non diſtinguũẽ
cõib' parietib' cũ uicinis: circũ
cinctuq; publico aut ꝑuato iũ/
gũtur ad ſimilitudinem eaꝝ ter
raꝝ quę fluminib' aut mari im
minent: ſic uocatę ꝙ in Salo id
eſt in mari ſunt. Vidi uelię:
& hoc in prima philippica.
Proditorem: Antoniũ. Ini/
tio: in pría philippica. C. An
tonius: M. Antonii frater: in Il/
lyrium & Macedoniam miſſus
& ad militem colligendum &
prouincias ſollicitandas.

UVA. BHSC. IyR_187

Tetendit dextrã:porrigit auxiliũ:qđ ipſe interpꝛtať. Ornata:apparata ad dimicandũ. Quod:pſidũi. Ab illo:M.Bruto. Tria tenet oppida:aut paucißima dicit: ut uulg⁹ ſolet: a it Brũduſiũ:Tybur: Sueſſam itelligit. In Anõtio:Caio. Medi⁹ interiect⁹:nã Cai⁹ erat me d us:maior natu Marcus:Minor Lutius. Et nõ ꝓhibereť:nã ꝓhibuerat in Macedoniaꝫ eũ ſenat⁹ ꝓficiſci. Ceſaris:Octauii. Quẽ niſi i uia caducę hęreditates retinuiſſent:Caducę hęreditates dicebãť:cum nemo erat q iure eas adire poſſet:& uel ad ęrariũ uel ad fiſcũ deuoluebãť:aut a potẽtioribus occupabãť.Et quoniã a certo hęrede cadebant: caducę uocabanť.Tribus aũt modis relicta ultimis uolũtatibꝰ deficiebant &ꝑ nõ ſcriptis hẽbanť:uel cũ iis relinquebať: q i uita tũc nõ erãt:ignaro tñ teſtatore:uel cũ is q hęres iſtitut⁹ fuiſſet:aut legatarius uiuo teſtatore decedebat:aut ꝯditio ſub qua relictuꝫ aut legatũ aliqd fuerat:ĩdeficiebat.Lege aũt Papia de caducis Relictũ aut legatũ deficiẽte cõditiõe uiuo uel mortuo teſtatore:ad ęrariũ perueniebat. Legi aũt cãm dedere ciuilia bella:qbus plurima fiebant caduca:& ꝑeuntibus uiuis teſtatoribꝰ iis qbus relictũ: legatũ ue fuerat: & iplere ꝯditiões nõ ualentibꝰ. Emẽdata poſtea lex ẽ ut nõ ad ęrariũ & fiſcũ:ſed ad proximiores deuolucreť quę deficerent. Et Iuuenalis ait.Iura pentis habes; ꝑpter me ſcriberis hęres: Legatũ oẽ capis:necnon & dulce caducuꝫ. Abolita poſtremo penit⁹ ẽ:ut ſcribitur li.Codicis vi.ti.de caducis tollẽdis. Cũ Apollonia:Dyrrachii & Apolloni ę copię erãt qbus Gabini⁹ pręerat:Illyricũ cũ impio Vatinius obtinebat: ſed Caius i Macedoniã ꝓficiſcebať. Quid ergo ei cũ copiis Gabinii aut Vatinii erať. q.d.nihil. Macedõię ciuitas ẽ apollonia libera olim & optimis inſtituta legibꝰ:quã Corinthii & Corcyrei ędificauere ſuper Aoum fluuium ſita: quem Eantem Ecateus uocat:diſtãs ab eo ſtadiis.x.A ſinu uero Rhiꝫonico.lx.Dyrrachium Macedonię & ipſa libera ciuitas:quam Corcyrei condidere:ſic uocata a Cherſoneſſo in quo ſita eſt:ante Epidamnus dicta.auctor Strabo.Appianus a Dyrracho Epidamni filio tradit appellatam:libro ſecũdo de bellis ciuilibus:Hortẽſio q ꝑerat Macedonię. Certißimo mõ:finibꝰ idubitatis. Illi⁹:Hortẽſii cert⁹ erat exercit⁹:nec ad eũ Gabinii & Vatinii ptiebãt copię. Ac ne cũ

tendit dexteram Italiæ:ſuumqꝫ ei præſidiuꝫ pollicetur.Quod qui ab illo abducit:exercituꝫ pulcherrimũ & præſidiũ firmißimuꝫ adimit.R.P. Equidem cupio hæc quamprimũ Antoniuꝫ audire:ut intelligat nõ.D.Brutuꝫ quem uallo circunſedeat:ſed ſe ipſum obſideri. Tria tenet oppida toto in orbe terraꝝ:Habet inimicißimam Galliam:eos etiaꝫ qbus cõfidebat: alienißimos Tranſpadanos. Italia omnis ĩfeſta ẽ: exteræ nationes a pría ora Græciæ uſqꝫ ad ægyptũ optimoꝝ & fortißimoꝝ ciuiũ ĩpiis & præſidiis teneréť.Erat.n. ſpes una ĩ Antõio q duoꝝ fratrũ ætatibꝰ medius ĩteriect⁹ uitiis cũ utroqꝫ certabat:q tanq̃ extruderet a Senatu ĩ Macedoniaꝫ.& non cõtra ꝓhibereť ꝓficiſci:ita cucurrit.Quæ tẽpeſtas dii ĩmortales quæ flãma:quæ uaſtitas: quæ peſtis græciæ fuiſſet:niſi ĩcredibilis uis ac diuĩa uirt⁹ Cæſaris furẽtis hoĩs conatũ atqꝫ audatiam cõpræßiſſet.Quæ celeritas illa Bruti:quæ cura:quæ uirtus:& ſi ne illa qdẽ Antõii celeritas cõtẽnenda ẽ: quẽ niſi in uia caducæ hæreditates retardaſſent:uolaſſe euꝫ: nõ iter feciſſe diceres: alios ad negociũ publicuꝫ ire cũ cupim⁹:ui ſolem⁹ extrudere:hũc retinentes excluſim⁹.At qd ei cum Apollonia: qd cum Dirrhachio!qd cuꝫ Illyrico:q̃d cum.P. Vatinii Impatoris exercitu:Succedebat: ut ipſe dicebat: Hortẽſio:certi fine Macedõiæ: certa cõditio:certißimo mõ erat:etiaꝫ illi⁹ exercit⁹:cũ Illyrico uero cuꝫ Vatinii legiõib⁹ qd erat Antõio:ac ne cum Bruto quidẽ: id enim fortaſſe quiſpiam ĩprob⁹ dixerit:oẽs legiões: oẽs copiæ quæ ubiqꝫ ſũt.P.

UVA. BHSC. IyR_187

Bruto quidem:dicet quiſpiam:nam occurrit queſtioni:ne cum Bruto qdē aliqd erat Gabi
nii:Vatinii:& Hortenſii copiis:& tñ eas Brut⁹ accepit. Oēs legiones:rñdet ſi reſpu.ipa
adiudicaret hoc eſt attribueret & aſſignaret has copias q̄ ſuę ſūt:Bruto aſſignaret:ñ āto/
nio.nā Antonius ad pnitiē Brut⁹ad defenſionē uteref. Ipſi milites:q ſe Bruto adiūxerāt
Scribit:Brutus. Captus eſt:id quod accidit diuinat Cicero:nā re uera captus fuit.

R.ſūt:neq₃.n.legiões quæ Antoniū reliquerūt:
Antonii potiu: q̄.R.P.fuiſſe dicūf:oēs.n.exer/
citus & īperii ius amittit is q eo īperio & exercitu
R.P.oppugnat: Quod ſi ipſa .R.P. iudicaret:
aut ſi omne ius decretis ei⁹ ſtatueref:Antonio ne
an Bruto legiões.P.R.adiudicaret:alter aduola
ret ſubito ad direptionē peſtemq₃ ſocioꝝ:& qua
cunq₃ iret oīa uaſtaret:diriperet: & auferret ex/
ercitu.P.R.cōtra ipſu₃.P.R.uteref: alter uero
eam ſibi legē ſtatueret:ut quocūq₃ ueniſſ₃:Lux
ueniſſe quæda₃ & ſpes ſalutis uideref:dēiq₃ alter
ad uertēda₃.R.P.præſidia quærebat:alter ad cō/
ſeruandam. Nec uero hoc nos magis uidebam⁹
q̄₃ ipſi milites:a qb⁹ tanta ī iudicando prudentia
nō erat poſtulanda:cū.vii.cohortib⁹ Apollina₃
iſſe ſcribit Antoniū:q iam aut capt⁹ ē: quod dii
dēt:aut certe hō uerecūdus ī Macedōia₃ nō acce
dit:ne cōtra Senatū feciſſe uideaf.Delect⁹ habit⁹
ī Macedōia ē ſūmo Hortēſii ſtudio & īduſtria.
Cuius animū egregiū dignūq₃ & ipſo & maiori
b⁹ ei⁹ ex Bruti lr̄is pſpicer potuiſtis.Legio q₃.L
Piſo ducebat legat⁹ Antōii Cicerōi ſe filio meo
tradidit.Eqtat⁹ q ī Syria₃ ducebaf: bipartito:al/
ter eū a quo ducebaf reliqt ī Theſſalia:ſeſeq₃ ad
Brutum cōtulit.alteru₃ in Macedonia. Cn.Do
mitius adoleſcens ſumma uirtute & cōſtantia:
ab legato Syriaco abduxit.P. autem Vatinius

Aut certe hō uerecūdus:iro
nice. Legatus Antonii:C.An
tonii. Eqtatus q in Syriā du
cebaf:ii qngēti fuere quos Au.
Cinnę abſtulit q eos in Syria₃
ad Dolobellā ducebaf. Al/
teꝝ:qngentos eqtes prędictos.
CN.Domitius: is Domitii il/
lius filius fuit:quem pharſalica
pugna Antonius occidit:d' hoc
Brutus in epiſtola ad Ciceronē
de Domitio & Apuleio qd atti/
net me ſcribere? Ab legato
Syriaco:A.Cinna. P.Vatini
us q decimo āno ꝛc: cū gallias
Cęſar teneret: & Lucā ꝑuintię
ſuę urbē Hybernatū ueniſſet:
Pōpeius & Craſſus ad eū ꝓfe/
cti ſūt.Facta ē inter eos cōcilia
tio & cōcordia:ſic ut oīs reſpu.
eoꝝ arbitrio admiſtraref.Con
uenerūt aūt ut Cęſari in aliud
qnquēniū Gallię ꝓrogarētur:
Craſſus & Pōpeius in ſequentē
annū ꝯſulatū peterēt. Rediere
cādidati in cāpū deſcēdere.Ca/
to.L.Domitiū ſororiū ſuu₃ ad
petitionē cōpulit:ut cū utrouis
crearef:ei⁹ libidini repugnaret
Sed armis acta res ē & multi oc
ciſi: Cato uulnerat⁹: demumq₃
Pōpei⁹ & Craſſus renūciati cō
ſules:Cato cū Domitium oppo
ſuiſſe paꝝ ꝓfuiſſet:& aīaduerte/
ret initā triū principū ꝯcordiā ī
ꝑrnū & maximū ciuile malū eē:
ꝑturā ipſe ſtatuit petere. Cęſar
uero & Pōpei⁹ ꝑturā ī Catōe ꝯſulatui parē fore uidētes:ſenatū multis ignorātib₃ hūere:de
creuerūtq₃ ut q ꝑtores crearēt:ꝯfeſti mgr̄atū inirēt:neq₃ ꝯſuetū tp̄s expectarēt. & ne frau
di eēt:ſiqs eū mgr̄atū p ābitū obtineret:ac ſimul aīcos ad petitionē ipſi īpulere:pecuniā q̄
ſuffragaturos corrūꝑent ſubminiſtrātes.Cūq₃ nihilomin⁹ Catōis uirtus ſuparet: & ꝑma
trib₃ quę ꝓrogatiuā hēbat:eū renūciaſſet:tonitrua Pōpei⁹ mētitus ē:Vetabāt aūt auſpicia
agi cum populo Ioue tonante. Pulſis inde e campo optimatibus:magnis largitionibus fa
ctum eſt ut Vatinius pro Catone prętor renunciaretur:qui anno ſequenti ambitus reus
factus eſt:& a Cicerone defenſus ac laudatus:quod quamobrem fecerit ipſe docet Cicero
in epiſtola ad Lentulum:quę eſt libro primo familiarium.Hunc Vatinium oderat pri⁹ Ci
cero:quoniam Tri.ple.Clodio fauerat:extatq₃ oratio contra Vatiniū teſtem qua eum pro
ſcindit & lacerat. Decimo āno:totidē exierāt ex quo Vatiniū Cicero defendit & laudauit

UVA. BHSC. IyR_187

Paterni: Brutorũ. Mater ni: Seruilioꝝ. Quo minus: nam Decimus pręcipue a cęsa re diligebatur: plurimiqꝫ fiebat & ſecundus ab eo inſtitutus hę res fuerat. Acrius credo acta ſua defenderet: quaſi dicat mi nime. Quem filius: Octaui⁹

Alter: Brutus. Quorũ uo tis populi: ut eſt dictum in pri ma philippica. Alter: Octaui⁹

qũi decimo anno iure laudatus a nobis: & hoc tẽ
pore merito laudandus eſt: aperuit Dirrhachii
portas Bruto: & exercitũ tradidit. Tenet igitur
P.R. Macedoniam: tenet Illyricũ. tuetur Greci
am: noſtræ ſunt legiones: noſtra leuis armatura:
noſtri equitatus: maximeqꝫ noſtræ eſt Brutus:
ſemperqꝫ noſter: cũ ſua excellentiſſima uirtute
R.P. natus: tum fato quodaꝫ paterni materniqꝫ
generis & nominis. Ab hoc igit̃ quiſquam bellũ
timet? q anteq̃ nos id coacti ſuſcepimus? ĩ pace ia-
cere: q̃ in bello uigere maluit: quanq̃ ille quidem
nunq̃ iacuit: nec hoc cadere uerbũ in tantam uir
tutis præſtantiam põt. Erat.n. in deſiderio Ciui
tatis: in ore in ſmone omniũ tantum aũt aberat a
bello ut cũ cupiditate libertatis Italia arderet: de-
fuerit ciuiũ ſtudiis potius q̃ eos in armoꝝ diſcri
men adduceret. Itaqꝫ illi ipſi ſiqui ſunt: qui tar-
ditatem Bruti repræhendant: tamen eiuſdẽ mode
rationem patientiamqꝫ mirent̃. Sed iam uideo:
quid loquant̃: neqꝫ.n. id occulte faciũt: timere ſe
dicunt quomodo ferant Veterani exercitũ Bru-
tum habere: quaſi uero qcq̃ interſit ĩter. A. Hir-
tii. C. Panſæ. D. Bruti. C. Cæſaris: Et hũc exer-
citum. M. Bruti. Nam ſi q̃ttuor exercitus ii de q
bus dixi: ꝑpterea laudant̃ ꝙ pro. P.R. libertate
arma ceperunt: quid eſt cur. M. Bruti exercitus
non in eadem cauſa reponat̃? At.n. Veteranis ſu
ſpectũ eſt nomen. M. Bruti magis q̃. D? Equi-
dem nõ arbitror: & ſi eſt.n. Brutoꝝ commune fa
ctum & laudis ſotietas æquius. D. tñ Bruto ira-
ti ſunt omnes ii: qui id factũ dolebant quo min⁹
ab illo reꝫ illaꝫ dicebant fieri decuiſſe. Quid ergo
nunc agunt tot exercitus niſi ut obſidione Bru-
tus liberetur: qui autẽ hos exercitus ducunt? ii
credo qui. Cæſ. res actas euerti: qui cauſam uete
ranoꝝ prodi nolunt. Si ipſe uiueret Cæſar acri⁹
credo acta ſua defenderet: quam uir fortiſſimus
defendit Hircius: aut amitior cauſæ põt ĩueniri:
q̃ꝫ filius? At eoꝝ alter non dum ex longinqtate
grauiſſimi morbi recreatus quicquid habuit ui-
rium id in eoꝝ libertatem contulit: quoꝝ uotis
iudicauit ſe a morte reuocatum. Alter uirtutis

UVA. BHSC. IyR_187

robore firmior: q̄ ætatis cum iſtis ipſis ueteranis
ad. D. Brutuꝫ liberandum profectus eſt. Igitur
certiſſimi iidemqꝫ Cæſaris actoꝝ patroni pro. D
Bruti ſalute bellum gerūt: quos ueterani ſequū
tur. De libertate enim. P. R. non de ſuis commo
dis armis decernendū uident: quid eſt igitur cur
iis qui. D. Brutū omnibus copiis cōſeruatuꝫ ue
lint. M. Bruti ſit ſuſpectꝰ exercitus? An uero ſi
quid eſſꝫ quod a. M. Bruto timendū uideretur:
Panſa id non uideret? Aut ſi uideret non labora
ret? quis aut ſapientior ad cōiecturaꝫ reꝝ futura
rum? aut ad propulſandū metū diligentior? Atq
huius animū erga. M. Brutū ſtudiūqꝫ uidiſtis:
præcepit oratiōe ſua qd decernere nos de Bruto:
qd ſentire oporteret: tantūqꝫ abſuit ut periculo
ſum. R. P. M. Bruti putaret exercitū: ut ī eo fir
miſſimū. R. P. præſidium & grauiſſimum pone
ret. Scilicet hæc Panſa aut non uidet: Hebeti enī
ingenio eſt: aut negligit quæ enī Cæſar egit ea ra
ta eſſe non curat: de quibus cōfirmandis & ſanciē
dis legem comitiis Centuriatis ex auctoritate no
ſtra laturus eſt. Deſinant igitur: aut ii qui nō ti
mēt: ſimulare ſe timere: ſed ꝓſpicere Rei pu. aut
ii qui omnia uerentur: nimium eſſe timidi: ne il
loꝝ ſimulatio hoꝝ ſit ignauia. Quæ malum eſt
iſta ratio: ſemꝑ optimis cauſis ueteranoꝝ nomē
opponere? quoꝝ etiaꝫ ſi amplecterer uirtutes: ut
facio: tamen ſi eſſent arrogantes: non poſſem fere
faſtidiū. At nos conantes ſeruitutis uincula rū
pere impediet: ſiquis ueteranos id nolle dixerit:
non ſunt enī credo īnumerabiles qui ꝓ cōmuni
libertate arma capiant: Nemo eſt præter uetera
nos milites uir qui ad ſeruitutem ꝓpulſandam ī
genuo dolore excitetur: Poteſt igitur ſtare. R. P
freta ueteranis ſine magno ſubſidio iuuentutis:
quos quidem libertatis adiutores cōplecti debe
tis: ſeruitutis auctores ſequi non debetis. Poſtre
mo. n. erūpat aliquando uera & me digna uox:
ſi ueteranoꝝ nutu mentes huius ordinis guber
nantur: omiaqꝫ ad eoꝝ uoluntatē dicta factaqꝫ
noſtra referuntur: optanda mors eſt: quæ ciuibꝰ
R. ſemper fuit ſuitute potior. Omnis eſt miſera

Scilicet: cū deriſu hoc & ſto
macho. Comitiis cēturiatis:
Comitia cēturiatā quid ſint ꝑuſ
eſt dictum: Conſtāt enim ex cē
ſu & ętate: fieri uero ītra pome
rium nefas erat. Sed proſpi
cere reipublicę: quia ſimulāt ſe
timere & proſpicere ne qd reſ
pu. detrimenti capiat. Illoꝝ:
ſimulatio qui non timent. Sit
ignauia: ut credat eos tiere qui
re uera non timent: ſed timere
ſe ſimulant: ipſi qui timēt: uehe
mentius timent. Malum: iter
iectio eſt. Faſtidium: ſuperbi
am a faſtu. Non ſunt credo
innumerabiles: q. d. ſunt innu
merabiles ut nō ſint timendi ue
terani. Ingenuo dolore: non
ſeruili: ſed qui ingenuos decet.
Poteſt igitur ſtare: q. d. mini
me poteſt. Quos: ueteranos.

k

UVA. BHSC. IyR_187

Fatalem caſum:quo uict⁹ eſt Pompeius & Cęſar rerum potitus. Hunc ueſtitum:ſaga.

Nõ.n.i ſpiritu uita eſt:hoc ẽ in uiuendo & ſpiritū ducẽdo: ſꝫ in actiõib⁹ & rebus geſtis ac uirtute. Sed ea nulla eſt omnino ſeruienti: nã qui ſeruit uerius mortu⁹ ẽ:q̃ uiuit. Quod ſi ꝛc:etiam ſi imortales euadere mus pręſens periculum effugientes:tamen tanto magis fugerẽ imortalitatem deberemus:quãto ſeruitus futura eẽt diuturnior ipſa imortalitate. Quem naturę quis debeat:omnino.n. morituri ſumus. Chariſſimũ reipu.ciuem:ironice. Tabulis nouis:quę ne fierẽt interceſſit Antonio:nũc uero ut faciat auctor eſt.

ſeruitus:ſed fuerit quædam neceſſaria: & quod nam principiũ putatis libertatis capeſcẽdæ!an cũ illum neceſſarium & fatalem pene Caſum nõ tulerimus: hunc feremus uoluntariũ! tota Italia deſiderio libertatis exarſit: ſeruire diuti⁹ non poteſt Ciuitas.Serius.P.R.hũc ueſtitũ atqꝫ arma dedimus:q̃ ab eo flagitati ſumus: Magna nos quideꝫ ſpe & prope explorata libertatis cauſaꝫ ſuſcepimus. Sed ut concedaꝫ ĩcertos exitus eſſe belli: Martemqꝫ cõmunem:tamẽ pro libertate uitæ pĩculo decernendũ eſt. Non.n. in ſpiritu uita eſt: ſed ea nulla eſt omnino ſeruiẽti. Omnes.n.nationes ſeruitutem ferre poſſunt:noſtra ciuitas non poteſt. Nec ullam aliam ob cauſam niſi ꝙ illæ laborẽ doloremqꝫ fugiũt!quibus ut careant:oĩa pꝑeti poſſunt:nos ita a maiorib⁹ inſtituti atqꝫ imbuti ſumus: ut omnia conſilia atqꝫ facta ad uirtutem atqꝫ dignitatem referamus. Ita præclara ẽ recuperatio libertatis: ut ne mors quidẽ ſit in repetẽda libertate fugiẽda. Quod ſi imortalitas cõſequeretur præſentis periculi fuga:tamen ea magis fugiẽda eſſe uiderẽt:quo diuturnior eſſet ſeruitus. Cũ uero dies & noctes omnia nos undiqꝫ fata circunſtent:non ẽ ueſtri: nominiſqꝫ Romani dubitare eum ſpiritum quẽ naturæ qs debeat: patriæ reddere. Concurritur undiqꝫ ad cõmune incendium reſtinguendũ: ueteraniqꝫ primi Cæſaris auctoritatem ſecuti: conatũ Antonii repulerunt: Poſt eiuſdeꝫ furorẽ Martia legio fregit: quarta afflixit: ſic a ſuis legionib⁹ condẽnatus irrupit in Galliam: quam ſibi armis animiſqꝫ infeſtam inimicamqꝫ cognouit. Hunc.A.Hircii.C. Cæſaris exercitus inſecuti ſunt. Poſt Panſæ delectus urbem totamqꝫ Italiam erexit. Vnus ẽ omnium hoſtis:quanq̃ habet ſecum.L. fratrem cariſſimum.R.P.ciuem: Cuius deſideriũ Ciuitas ferre diuitius non poteſt. Quid illa tetrius belua quid ĩmanius! qui ob eam cauſam nat⁹ uidetur: ne omniũ mortalium turpiſſimus eſſet Antonius. Eſt una trebellius: qui iam cũ tabulis nouis redit in gratiam. T. Plancus cæteri pares qui id pugnant: id agunt: ut contra .R.P. reſtituti eſſe

UVA. BHSC. IyR_187

uideantur: ſollicitant homines imperitos. Saxas & Caphones ipſi ruſtici atq; agreſtes! qui hanc R.P. nec uiderunt unq̄: nec uidere conſtitutam uolunt! qui non Cæſaris: ſed Antonii acta defendunt! quos auertit agri Campani infinita poſſeſſio. Cuius eos non puderet miror cū uideant ſe mimos & mimas habere uicinos. Ad has peſtes opprimendas quid eſt: cur moleſte feramus qđ M. Bruti acceſſit exercitus! īmoderati credo hominis & turbulenti uide ne nimiū pene patientis & ſi in illius uiri conſiliis atq; factis nec nimiu;: nec paꝝ unq̄ fuit. Omnis uolūtas. M. Bruti. P. C. omnis cogitatio: tota mens auctoritatē Senatus libertatē. P. R. intuetur. Hæc habet propoſita. Hæc tueri uult: tentauit quid patientia proficere poſſet: nihil cū proficeret: contra uim experiendum putauit. Cui quidē. P. C. uos idem tribuere hoc tempore debetis: quod ad. xiii. Kl. Ia. D. Bruto & . C. Cæſari me auctore tribuiſtis: quoꝝ priuatū de. R. P. conſiliū & factu; auctoritate ueſtra eſt comprobatū atq; laudatū: quod idem in. M. Bruto facere debetis: a quo inſperatum & repentinū. R. P. præſidiū legionu;: equitatus auxilioꝝ magnæ & firmæ copiæ cōparatæ ſunt: adiungenduſq; eſt. Q. Hortenſius: q cu; Macedoniam obtineat: adiutore; ſe Bruto ad cōparandū exercitum fideliſſimum & conſtantiſſimum præbuit. Na; de Apuleio ſeperatim cenſeo referendū cui teſtis eſt per litteras Brutus: eum principem fuiſſe ad conatū exercitus cōparandi. Quæ cū ita ſint: quod. C. Panſa Conſ. uerba fecit de litteris: quæ a. Q. Cepione Bruto Procōſ. allatæ: & huic ordini recitatæ ſunt: de ea re ita cenſeo: Cum. Q. Cepionis bruti Proconſ. opera: conſilio: induſtria: & uirtute difficillimo R.P. tempore prouinciam Macedoniam: Illyricum: Cunctam Græciam: & legiones: exercit⁹: equitatus in Cōſ. Senatus. P. q;. R. poteſtate ſūt id. Q. Cepionem Brutū Procōſ. bene & e. R. P & ſua maiorūq; ſuoꝝ dignitate conſuetudineq; R. P. bene gerendæ feciſſe eamq; rē ſenatui. P. q; R. gratam eſſe & fore: utq;. Q. Cepio Brutus.

Ipſi ruſtici: homines ruſtici erant ſaxa & capho. Auertit: abduxit a republica & ad Antonium traduxit. Cuius: agri. Mimos & mimas: quibus & ipſis ager campanus fuerat diuiſus. De Apuleio: đ quo Brutus ad Ciceronem ſcribit in epiſtola. A. Qu. Cepiōe: M. Brutus proprio & uero nomine dictus eſt. Qu. Cepio Brut⁹: & tamen. M. brutis appellatus: Senatus conſultis uerū exprimebatur nomen.



UVA. BHSC. IyR_187

Vm Brutꝰ & Caſſius Antoniū & amicos Cȩſaris occiſi formidātes urbe exceſſiſſet
aucta ilico ātōii ptās ē:itaq; ad ꝓuincias occupandas:& exercitus q uſq̄ eſſent ſibi
uēdicandos:aīum adiecit.Cūq; in primis Syriā cupet iam Caſſio decretā: & ſuſpe
ctū ſe aīaduerteret:foreq; colligeret ut maiorē de ſe ſuſpicionē excitaret:ſi illā peteret: Do
lobellā iuuenē & ambitioſū:quē clā ſibi adiūgebat ſenatꝰ:quoniā Antonio aſſidue priꝰ fu
iſſet aduerſatꝰ:ad Syriā petēdā
& paratū in Parthos exercituꝫ
īpulit.Cūq; īpetrari res ꝑ ſena-
tū nō poſſet: lege lata ad popu
lū:magnis tñ ꝯtētiōībus: Syria
& Parthicū belluꝫ Dolobellȩ
decreta ꝓuincia ē.Erat tūc Aſiȩ
p̄fectus. C.Trebonius unus ex
Cȩſaris ꝑcuſſoribꝰ q Antoniū
extra curiā detinuerat:dū cȩſar
ꝯfoderet:Is ciuitates muro ſe-
piebat:pecunias cōgerebat: ex-
ercitū ꝑabat:bruto Caſſioq; ut
id faceret ī primis adhortātibꝰ:
uenientē ad ſe Dolobellā ꝑga-
mo & ſmyrna n̄ admiſit:& quo
niā ꝯſul erat:extra muros com
meatū pari iuſſit.Cūq; urbes il
le īuaderet:neq; tñ ꝓficeret qcq̄
ut epheſi recipet Treboniꝰ mā-
dauit:Illuc uero tendētē ex in-
teruallo quoſdā ſubſeq iuſſit:ii
recedentē Dolobellā nocte ſup
ueniēte intuētes:nec ulteriꝰ ſuſ
picati qcq̄:paucis relictis q ꝑſe
querēt adhuc:Smyrnā ſe rece-
pere.Sed ꝯuerſus Dolobella &
eos q relicti fuerāt adeptꝰ:occi
dit oēs:ſmyrnā ꝯtēdit:ī cuſtodi
tā offēdit: admotis muro ſcalis
occupat Trebōiꝰ ī lecto dep̄hēſꝰ
ſic occidit ut ip̄e narrat Ci.& ſi Appianꝰ refert:Trebōiū ſupplicaſſe militibꝰ ut ad Dolobel
lā duceret:ſpōteq; ſecutuꝝ ſe dixiſſe:Ducē uero turmȩ ītuentē:eia ſequere poſt tu rn̄diſſe:
caput īterim nobis p̄be.nā ut hoc afferamꝰ nobis mandatū:& hoc dicto caput abſcidiſſe:
Dolobellā arte luca ꝓ tribunali ubi iudicās ſedere ſolebat Trebonius:poni iuſſiſſe:exerci
tui q; ex cȩſaris fuiſſꝫ ꝑcuſſoribꝰ:& caput & reliquū corpus ludibrio extitiſſe .Allato Ro
mā de Trebonio Dolobella hoſtis iudicatus ē:de quo ꝑſequēdo cū ī ſenatu relatū fuiſſꝫ:&
alii p̄uato cuiuis optīo & īnocētiſſimo īpiū deferendū:alii alteꝝ ꝯſulē mittēdū cēſerēt:neu
trā ſniam ꝓbat Ci.dicēs p̄ter maioꝝ morē faciēdū:ſi p̄uato ī piū deferat:& īutile atq; inho
neſtū tū ipſis ꝯſulibꝰ:tū reipu.ſi alter ꝯſulū mittat.Negotiū bruto & caſſio qui in uicinis
erāt locis dandū ſuadet.Nā brutus in Macedonia uerſabat & Grȩcia:Caſſius eo ꝯſilio ex
Italia ꝓfectus fuerat:ut Dolobellā Syria ꝓhiberet:Exordit aūt Ci.ꝑ cōmodū qđ ex ip̄o na
ſci uidet īcōmodo:quo effecta erat reſpu.miſābili Trebōii morte ut aīaduertētes tā atrox
Dolobellȩ facinus ab ātōio q lōge crudelior ē & ſceleratior diligētius uigilātiuſq; caueāt
& hoc ī hac philippica Cicerōis fuit ꝯſiliū:ꝑ hāc ex Dolobellȩ ſcelere occaſionem magis
magiſq; in ātoniū ſenatores accēdere in quē īuehit:eius ſceleſtiſſimos cōmemorās & auda
ciſſimos comites:ac nihil n̄ auſuros dicēs niſi q̄primū opprimāt. Vel mœrore potius:
nā dolor ē qddā generalius:mœror ꝑticularius:utrūq; ſic diffinit Cicero.Dolor ē ȩgritu
do crucians:mœror ȩgritudo flebilis. Crudeli:quoniā abſciſſū caput. Miſābili:q etiam

Procōſ.ꝓuinciam Macedoniam:Illyricū:totam
q; Græciam tueat defendat cuſtodiat īcolumēq;
ſeruet:eiq; exercitui:quem ipſe conſtituit: com
parauit:præſit:pecuniaq; ad rem militarem:ſi q̄
opus ſit quæ publica ſit:& exigi poſſit utat: exi-
gat:pecuniaſq; a quibus uidetur ad rem milita-
rem mutuas ſumat:frumentū imperet: operam
q; det ut cum ſuis copiis q̄proxime Italiam ſit.
Cumq; litteris.Q.Cepionis Bruti . Proconſ.
intellectuꝫ ſit.Q. Hortenſii Proconſ. opera &
uirtute uehementer.R.P.adiutam:omniaq; eiꝰ
conſilia cum conſiliis Q. Cepionis Bruti Pro
conſ. coniuncta fuiſſe:eamq; rem magno uſui
R.P.fuiſſe.Q.Hortenſium Proconſ.recte &
ordine exq;.R.P.feciſſe:Senatuiq; placere.Q.
Hortenſium Procōſ.cum.Q.Cepiōe Procōſ.
& legatis ſuis Macedoniam prouinciam obtineꝛ
quo ad ex.C.S.ſucceſum ſit.

.M.T.C.ī.M.Antoniū Philippica Vndecīa.

m Agno in dolore ſum.P.C.uel mœrore
potius: quem ex crudeli & miſerabili
morte.C.Trebonii optimi ciuis:mode
ratiſſimiq; hominis accepimꝰ.Ineſt tamē aliqd:

UVA. BHSC. IyR_187

quod.R.P. profuturum putem. Perſpeximus enī quanta in iis qui contra patriam ſcelerata arma cœperunt ineſſet īmanitas. Naꝫ duo hæc capita nata ſunt poſt homīes natos teterrima: & ſpurciſſima: Dolobella: & Antonius: quoꝝ alter effecit: quod optabat: de altero patefactū ē: quid cogitaret. L. Cinna crudelis. C. Marius in iracundia perſeuerans. L. Sylla uehemēs: neqꝫ ulli⁹ horum in ulciſcendo acerbitas ꝓgreſſa ultra mortē eſt: quæ tñ pœna ī ciues nimis crudelis putabať. Ecce tibi geminū ī ſcelere par: īuſitatū: īauditū: ferū: barbaꝝ. Itaqꝫ quoꝝ ſūmū quoddā īter ipſos odiū bellūqꝫ meminiſtis: eoſdē poſtea ſingulari īter ſe cōſenſu & amore deuinxit īpuriſſimæ naturæ & turpiſſīæ uitæ ſimilitudo. Ergo id qđ fecit Dolobella in quo potuit: multis idē minať Antonius: ille cuꝫ ꝓcul abeſſet a Cōſſ. exercitibuſqꝫ noſtris: nec dū Senatuꝫ cū. P. R. cōſpiraſſe ſenſiſſet: fretus Antonii copiis ea ſcelera ſuſcepit: quæ iam Romæ ſuſcepta arbitrabať a ſotio furoris. Quid ergo hūc aliud moliri? qd optare cenſetis? aut quam oīno cauſam eē belli? oēs qui libere de R. P. ſenſim⁹: qui dignas nobis ſentētias dixim⁹: qui. P. R. libeꝝ eſſe uoluimus: ſtatuit ille qdē ñ inimicos: ſꝫ hoſtes: maiora in nos q̄ in hoſtē ſupplicia meditatur: mortē naturæ pœnaꝫ putat eē: iracūdiæ tormentū atqꝫ cruciatū. Qualis igitur hoſtis habendus eſt is: a quo uictore ſi cruciat⁹ abſit: mors in beneficii partē numereť? Quamobrem. P. C. quanq̄ hortatore nō egetis: ipſi enim ueſtra ſpōte exarſiſtis ad libertatis recuperandæ cupiditatē: tamē eo maiore ſtudio libertatē defēdite: quo maiora ꝓpoſita uictis ſupplicia fututis uidetis. In Galliam inuaſit Antoni⁹: in Aſiaꝫ Dolobella: in alienam uterqꝫ ꝓuinciam. Alteri ſe Brutus obiecit: īpetūqꝫ furentis atqꝫ oīa diuexare & diripere cupiētis uitæ ſuæ periculo colligauit: a progreſſu arcuit: a reditu refrenauit: obſideri ſe paſſus: ex utraqꝫ parte conſtrinxit Antoniū. Alter in Aſiam irrupit curſuꝫ: ut ī Syriam patebat uia certa: neqꝫ longa. Quid opus fuit cū legiōe præmiſſo Marſo neſcio quo octauio ſcele

poſt mortem ludibrio fuit militibus. Immanitas: qualis ferarum omnem egreſſa humanitatem. Alter: Dolobella Treboniū occidit: & Syriam ꝓuinciā occupauit. De altero: Antōio patefecit enim quid cogitaret ꝓuinciam Galliam occupare: ut inde armatus urbem & impiuꝫ inuaderet. Vltra mortem: ſicuti in Trebonio Dolobella.

Ecce tibi: ſuperabundat tibi: ut ſępe apud Virgiliū: & ſermo eſt iratis congruēs. Quoꝝ: Dolobellę & Antonii: de quoꝝ inimicitiis ſatis multa dicta ſūt prius. In quo potuit: in Trebonio. Conſſ. Panſa & Hirtio. A ſotio fu. Antōio. Mortem: ſi eni occidat: exiſtimat naturam pœna affici: quia diſſoluitur anima a corpore: ſi etiam torqueat & cruciet: iracūdię ſatiſfieri. Ex utraqꝫ parte: reditu & progreſſu. Marſo octauio: hic legatus cū Dolobella ē profectus. Qui popularetur agros: aſiaticos. Quam: rem familiarē. Tenere: tueri & ſeruare. his. n. erat morib⁹: eaqꝫ ꝓdigalitate ut tueri parta neqret



UVA. BHSC. IyR_187

Hic ſeator: hoc cũ ſtomacho
ait. Ad pręſenté paſtũ: quę
pręſenté paſcerẽt ędacitaté cuʒ
in dies uiuerét: & pręſentis tan
tũ diei haberent rõné. Nulla
ſuſpicione belli: cũ nihil belli/
cũ metuerẽt ii populi ꝑ quorũ
agros iter hẽbat. Secutę col/
locutiones: ná & ſi intra urbes
nõ recipiebat: cũ eo tñ colloq
baẽ: & cõmeatus extra urbẽ p̃/
bebat. Fidei: cui Numa Pom
pilius dextrã cõſecrauit: ut ait
Liuius: quã etiã P linių in fide i/
quit appeti. Nocturnis: ſcaliſ
admotis muro. Smyrná: poſt
clizomenas in Ionia Smyrna ẽ
a qua ſinꝰ ſmyrneoꝝ Lydi euer
tere. Antigonus prius: deiñ Ly
ſimachus ſuſcitauit: pars i mon
te ſita ẽ: pars maxima in campo
iacet: Melas amnis pręterfluit.
De Homeri origine cum aliis
qbuſdã certãt Smyrnei: auctor
Strabo: qui hoc in loco obſidio
ne a Dolobella Trebonium ca
ptum dicit: & dirutas cõplures
urbis ꝑtes. Qui apte hoſtis
eſſet: ſed hoſtis apte nõ erat: ná
ſi hoſtis fuiſſet: incautus eẽt ha
bẽdus Trebonius qui ſic ſe op
primi ſiuiſſet. Qui ciuis etiã
tũ ſpeciem haberet: non hoſtis
eẽt patrię ſicut poſtea iudicatuſ
eſt. Miſeꝝ: nam occidi a ciue
miſeꝝ eſt. Quid eẽt uictis ex
timeſcendũ: cum hęc ſiũt: neq;
uictis neq; ab hoſtibus: ſʒ a ci/
uibus. Conſularem: Trebõ/
niũ. Samario: is ad Trebõio
caput amputandũ miſſus eſt.

Interſicere ſtatiʒ: aliter tamẽ
Appianus. Inceſto: turpi: im
puro. Queſtionem habuit:
quęſiuit per tormẽta ubi eſſet
pecunia publica ex uectigalibꝰ
& tributis. Hoc iugum: hác
ſeruitutem quam nobis ueluti
iugum uolunt imponere.

rato latrone atq; egente: q popularef agros: ue/
xaret urbes: nõ ad ſpem conſtituendæ rei familia
ris: quam tenere eum poſſe negant qui norunt:
mihi. n. hic Senator ignotus eſt: ſʒ ad præſentem
paſtum mendicitatis ſuæ: conſecutus eſt Dolo/
bella nulla ſuſpicione belli. Quis. n. id putaret!
Secutæ collocutiones familiariſſimæ cuʒ Trebo
nio: complexuſq; ſũmæ beniuolentiæ: falſi indi/
ces extiterunt in amore ſimulato: dexteræ quæ fi
dei teſtes eſſe ſolebant: ꝑfidia ſunt & ſcelere uio/
latæ. Qui nocturnus introitus in Smyrnam: q̃ſi
in hoſtium urbem! quæ eſt fideliſſimoꝝ antiquiſ
ſimorũq; ſocioꝝ. Oppræſſus Trebõius ſi ut ab
eo q apte hoſtis eſſet: incautus. ſi ut ab eo qui ci/
uis & tum ſpeciem haberet: miſer. Exquo nimi/
rum documentuʒ nos capere fortuna uoluit: qd
eſſet uictis extimeſcenduʒ. Cõſularem homineʒ
conſulari impio ꝓuinciam Aſiam obtinenteʒ Sa
mario exuli tradidit: interficere ſtatim captuʒ no
luit: ne nimis credo in uictoriis liberalis uidereẽ:
cum uerboꝝ contumeliis optimum uiꝝ inceſto
ore laceraſſet: tum uerberibus ac tormentis quæ/
ſtionem habuit pecuniæ publicæ: idq; ꝑ biduũ:
poſt autem ceruicibus caput abſcidit: idq; fixuʒ
geſtari iuſſit in pilo. Reliquum corpus tractum
atq; laceratum abiecit in mare. Cum hoſte hoc
bellandum eſt: cuiꝰ deterrima crudelitate homi/
nis barbaria ſuperata eſt. Quid loquar de cæde ci
uium. R! de direptiõe fanoꝝ! quis eſt qui pro re/
ruʒ atrocitate deploraẽ tantas calamitates queat!
& nunc tota Aſia uagaẽ: uolitat ut Rex: nos alio
bello detineri putat: quaſi uero non unũ idemq;
bellũ ſit contra hoc iugũ ĩpioꝝ nefariũ. Imagi/
nem Antonii crudelitatis in Dolobella cernitis:
ex hoc illa effecta eſt: ab hoc illa Dolobellæ ſce/
lerum præcepta ſunt tradita Hunc leniorem q̃ in
Aſia Dolobella fuit in Italia: ſi liceat: fore puta/
tis Antonium! Mihi quidem & ille ꝑueniſſe uide
tur: quoad ꝓgredi potuerit feri hominis amen/
tia. Neq; Antonius ullius ſupplicii adhibendi! ſi
poteſtatem habeat: ullam partem eſt relicturus.
Ponite igitur ante oculos. P. C. miſeram quideʒ

UVA. BHSC. IyR_187

illam & flebilẽ ſpecie3: ſed ad incitandos animos ueſtros neceſſariam: nocturnũ impetu3 in urbe3 Aſiæ clariſſimã: irruptionẽ armatoꝝ ĩ Trebonii domũ: cum ille miſer prius latronũ gladios uideret: q̃ quærẽs quæ res eẽt: audiſſet furentis introitum: Dolobellæ uocem ĩpuram: atq3 os illud infame: uincula: uerbera: eculeũ: carnificem: tortorẽq3 Samariũ: quæ tuliſſe illũ fortiter & patiẽter ferũt. Magna laus meoq3 iudicio omnium maxima. Eſt. n. ſapiẽtis qcq̃d homini accidere poſſit: id præmeditari ferendum modice ſi aduenerit eẽ: maioris eſt omnino cõſilii prouidere: nequid tale accidat. Sed animi non minoris: fortiter ferre: ſi euenerit. At Dolobella qdẽ tam fuit ĩmemor humanitatis: q̃q̃ ei⁹ nunq̃ particeps fuerit: ut ſuam inſatiabilem crudelitatẽ exercuerit: nõ ſolu3 in uiuo: ſed etiam ĩ mortuo. At in ei⁹ corpore lacerando atq3 uexando cũ animũ ſatiare nõ poſſ3: oculos pauit ſuos. O multo miſerior Dolobella q̃ ille quem tu miſerrimũ eſſe uoluiſti. Dolores Trebonius ꝑtulit magnos: multi ex morbi grauitate maiores: quos tñ non miſeros: ſed laborioſos ſolemus dicer̃. Lõgus fuit dolor bidui: at cõ plurib⁹ hominibus annoꝝ ſæpe multorum: nec grauiora uere ſunt carnificum tormenta: q̃ interdum cruciamẽta morboꝝ: alia ſunt alia unq̃: o ꝑditiſſimi homines & amentiſſimi multo miſeriora: nam quo maior uis eſt animi: q̃ corporis: hoc ſunt grauiora ea quæ concipiunt animo: q̃3 illa quæ corpore: miſerior igit̃ qui ſuſcipit in ſe ſcelus: q̃ is qui alterius facinus ſubire cogitur: Cruciatus eſt a Dolobella Treboni⁹. Et quidẽ a Carthaginenſibus Regulus: in q̃re cu3 crudeliſſimi Pœni iudicati ſint in hoſte: quid in ciue de Dolobella iudicandũ eſt? an uero hoc cõferendum eſt? an dubitandu3 uter miſerior is ne cuius mortem S. P. q3. R. ulciſcitur: an is qui cuncti Senat⁹ ſententia hoſtis eſt iudicatus? Na3 cæteris quidẽ uitæ partibus quis eſt: qui poſſit ſine Trebonii maxima contumelia conferre uitam Trebonii cum Dolobella? Alterius cõſilium: ingeniũ: humanitatem: ĩnocẽtiam: magnitudine3 animi in patria

Eculeum: tormenti genus. ẽ equuleus ab equo diminutiuũ dicitur & equulus & equula. f. g. Modice: moderate. Cruciamenta morboꝝ: ut claui: podagrę Torminũ. Miſerior q̃ ſuſcipit ĩ ſe ſcel⁹: qui peccat cõcipit enim qua pœna ob cõmiſſum peccatum dignus ſit: & torquetur aſſidue. Hinc Iuuenalis ait. Cur tamen hos tu Euaſiſſe putes: quos diri ꝯſcia facti Mẽs habet attonitos: & ſurdo uerbere cędit Occultũ quatiẽte animo tortore flagellũ: Pœna aũt uehemẽs: & multo ſeuior illis Quas & cędicius grauis ĩuenit & Rhadamantus: Nocte: dieq3 ſuũ geſtare in pectore teſtem. Subire: pati. Regulus: de quo notiſſima hiſtoria. eſt autẽ locus comparationis a minori ad maius: ſi crudeles in hoſte iudicati ſunt pœni: quanto crudelior in ciue Dolobella eſt habendus. Alterius: Trebonii.



UVA. BHSC. IyR_187

Alteri:Dolobellę. Re certe noluit:qa ad prędas & rapinas Antoniũ ſequi maluerat.
Quid beſtiã:is ẽ.L.Beſtia q in pręturę petitione repulſã paſſus ẽ:& ambit⁹ dãnat⁹:& ſi
Cicero eũ defendit.Ipſe in epiſtola ad Quintũ fratrẽ.Ad.iiii.idus februarias dixi p Beſtia
de ambitu ap̃ prętorẽ CN.Domitiũ in foro medio maxio ꝯuẽtu:incidiq; in eũ locũ in dicẽ
do:Cũ Sextius multis in tẽplo Caſtoris uulneribꝫ acceptis p̃ſidio Beſtię ſeruat⁹ eẽt. Dã
nationẽ:qa ñ pretor renũciat⁹
ẽ:ſed ãbit⁹ paulo poſt dãnatus
fruſtra defendẽte Cicerõe. Al
ter Cęſar Vopiſc⁹:& hic cũ ãto
nio erat hõ ędiliti⁹:& tñ ꝯſula-
tũ petebat:cũ lex eẽt ut fieri cõ
ſul nõ poſſet q p̃tor nõ fuiſſet.
erat p̃terea adoleſcẽs ut p ętatẽ
adipiſci mgr̃atũ neqret. Hõ
ſũmo igenio:ironice oĩa memi-
nit hui⁹ Vopiſci Ci.in epiſtolis
ad Atticũ ſępe.Vopiſcum uoca
bãt ueteres unũ e geminis q re
cẽti utero naſceret̃:altero inter
empto abortu:ut tradit Plini⁹.
Sexta palma:ſi accuſaret̃ iterũ
difficile eẽt defẽdere:& uictoriã
defendẽdo ꝯſeq cũ ad ãtonium
trãſierit:& gladiator factus ſit.
Sed hęc iudicũ culpa ñ mea
ẽ:quo min⁹ abſolueret̃: nã defẽ
di qdẽ ego:ut alias. ſed iudices
dãnauerũt & extruſerũt:oĩa tñ
ironice. Quid tñ nihil aliud
nũc agere uidet̃:ãtonio hęrẽs:
& oĩa ꝯtra patriã faciẽs. Illos
iudices: q dãnauerũt ſententiis
ſuis. Quoꝝ res iudicatas irri
tas fecim⁹:defendẽdo Vopiſcũ:
& irritũ iudiciũ faciẽdo:illũ ab
ſoluẽdo & reſtituendo. Neq;
hoc i hoc uno ẽ:hoc ẽ ñ in uno
ſolo irritas fecim⁹ res iudicataſ.
In eiſdẽ caſtris:ãtonii. Cę
ſar:Iuli⁹. Neſcio q ſ:p ꝯtẽptũ
ſic ait. Ex ultĩa Celtiberia: q̃
ps ẽ hiſpanię:p quam Tagus &
Anas flumina decurrũt. Ca-
ſtrorũ metator:q loc⁹ pabat &
purgabat metãdis hoc ẽ ponen
dis caſtris. Nũc urbis: meta-
tor hoc ẽ diuiſor.metari.n.diui
dere ẽ & partiri.Horati⁹:Nulla
decẽpedis metata priuatis por
ticus. A qua:urbe. Alien⁹:
qa ex Celtiberia. Suo capiti
dñet̃ ſaluis nobis:q.d.minime
decet etiã ſibi ipſi dñari ſaxam

liberanda:qs ignorat! Alteri a puero pro deliciis
crudelitas fuit.Deĩde ea libidinũ turpitudo:ut ĩ
hoc ſit ſemp ipſe lætat⁹ ꝙ ea faceret:quæ ſibi obii
ci ne ab inimico qdẽ poſſẽt uerecũdo. Et hic dii
ĩmortales aliqñ fuit meus amic⁹:occulta.n.erãt
uitia nõ ĩqrenti: neq; nũc fortaſſe alien⁹ ab eo eſ-
ſem:niſi ille uobis:niſi mœnib⁹ patriæ & humani
tati ĩuent⁹ eẽt inimic⁹: a quo admoniti diligẽti⁹
& uigilanti⁹ caueramus Antõiu;: eteñ Dolobel
la nõ ita multos ſecum habuit notos ac inſignes
latrones.At uidetis quot & q̃ multos habeat An
toni⁹.Primũ.L.fratrẽ: qua; facẽ dii ĩmortales:
qd̃ facinus:qd̃ ſcelus:quẽ gurgitẽ:quam uora
ginẽ:qd eũ nõ ſorbere aĩo: qd nõ haurire cogita-
tiõe:cuius ſanguinẽ nõ biber̃ cẽſetis:ĩ cuius poſ-
ſeſſiões atq; fortunas ñ ĩpudẽtiſſimos oculos ſpe
& mente defiger̃.Quid cenſoniũ: q ſe uerbo Præ
tore; ẽe Vrbanũ cupere dicebat: re certe noluit:
qd Beſtia:q ſe cõſulatũ ĩ Bruti locũ petere ꝓfite
tur: Atq; hoc qde; deteſtabile omen auertat Iup
piter q̃ abſurdũ aũt q prætor fieri ñ potuerit: pe
tere eũ cõſulatu;:Niſi forte damnatiõe; p Prætu
ra putat.Alter Cæſ.Vopiſcus ille hõ ſũmo ĩge-
nio:ſũma potentia q ex ædilitate cõſulatũ petit:
ſoluat̃ legibus:quanq̃ leges eũ non tenent:credo
dignitate.At hic me defendẽte qnqes abſolut⁹ ẽ:
ſexta palma urbana eẽt ĩ gladiator̃ difficilis: ſed
hæc Iudicũ culpa:nõ mea ẽ.Ego defendi fide op
tima:illi debuerũt clariſſimũ & præſtantiſſimu;
Senatorem ĩ ciuitate retinere q tñ nũc nihil aliud
agere uidet̃:niſi ut ĩtelligam⁹ illos iudices quoꝝ
res iudicatas irritas fecimus:bene:& e.R.P.iudi
caſſe:neq; hoc ĩ hoc uno ẽ.Sũt alii ĩ eiſdẽ caſtris
honeſte cõdẽnati:turpiter reſtituti: Quod hoꝝ
cõſiliu; q oĩb⁹ bonis hoſtes ſũt niſi crudeliſſimũ
putatis fore: Accedit Saxa neſcio qs:quem nobis
Cæſar ex ultĩa celtiberia.Tr.Pl.dedit. Caſtroꝝ

UVA. BHSC. IyR_187

& ſuo capiti liberũq; eẽ:dũ ſalui & icolumes nos ſumus. His:ſaxę & caphoni. Dotẽ: ingentes diuitias a Cęſare ueluti dotẽ quandam prębitas. Nutriculas:ueluti nutriculas hoc ẽ fructus prędiorum qbus nutrirentur. Lumina:ironice. Lege:agraria quã per ui3 tulit Antoni⁹. Cõmentat⁹:effinxit comœdiã. Proſcripta:uenalia ꝑpoſita: ſicut ꝑſcri bi dicit̃ dom⁹:cũ uenalis fit. Tanta ꝑ curatorum negligẽtia:q obſiſtere neqbãt quo min⁹

antea metator nunc ſpat urbis:a qua cũ ſit alien⁹ ſuo capiti ſaluis nobis dñet. Cũ hoc ueteran⁹ Capho quo nemine3 ueterani peius oderunt. His q̃ ſi præter dotẽ qua3 ĩ ciuilib⁹ malis acceperant:agrum Campanũ ẽ largitus antõius: ut hñent aliquorum nutriculas prædiorum. Quib⁹ utina3 cõtenti eſſent: ferremus & ſi tolerabile nõ erat. Sed quid uis patiendum fuit: ut hoc deterrimum bellum nõ haberemus: Quid illa caſtroru3. M. Antonii lumina non ne ante oculos proponitis? primum duos Collegas Antoniorum & Dolobellæ Nuculam & Lentonem Italiæ diuiſores lege ea quam Senatus per uim latam iudicauit: quorum alter commentat⁹ eſt mimos: Alter egit Tragœdia3. Quid dicam de Apulo Domitio? Cuius bona modo ꝑſcripta uidimus: tanta procuratorum negligentia. At hic nuper ſororis filio infudit uenenum: non dedit. Sed non poſſunt non prodige uiuere: qui noſtra bona ſperant cum effundunt ſua. Videte etiam. P. Decii cautionem clariſſimi uiri: q maiorum ſuorum exempla perſequens: pro alieno ſe ære deuouit: emptor tamen in ea auctione inuentus eſt nemo. O hominem ridiculum qui ſe exire ære alieno putaret poſſe: cum uenderet aliena. Nam quid dicam de Trebellio? quid dicam q̃multæ uidentur furiæ debitorum? uindicem enim tabularum nouarum: nouam tabula3 uidimus. Quid de Planco qui præſtantiſſimos ciues aqla Polleritia expulit? & qde3 crure fracto: qđ utina3 añ illi accidiſſ3: ne huc redir̃ potuiſſ3. Lumen & decus exercitus illius pene præterii: Caninium cimbrum Lyſidici filium: Lyſidicu3 ipſum: in Græco uerbo q omnia iura diſſoluit.

ꝑſcriberet̃. Infudit uenenũ: nõ dedit: copiã ſignificat prębiti ueneni: quo piret citi⁹: nã maiorẽ quantitatẽ infũdimus: minorem damus. Sed nõ poſſũ: iõ eni effũdũt q̃ recepturos ſpãt. Ouidi⁹. Quęrere ut abſumat: abſũpta reqrere certãt: Atq; ipſę uitiis ſũt alimẽta uices. Videte Pu. Decii: iocatur cũ amaritudine Cicero: Pu. Decius & ipe morib⁹ corruptiſſimis ſectabatur Antonium: is cum multis deberet: & ſoluendo non eſſet: ut caueret creditoribus: ſeipſũ uenalem fecit & quaſi deuouit. Sed qui eum in auctione ſeipſũ uendentem emeret: nullus reꝑtus eſt. Cautionem: quia ſuo capite cauere: & ſatiſfacere uolebat. Clariſſimi uiri: ironice

Maiorum ſuorum: qui uariis temporibus: belliſq; diuerſis ſe deuouerunt: hoc eſt mori ultro pro ſalute exercitus: & rei publicę uoluerunt. In ea auctione: cum ſe ipſum ſub haſta uenderet. Iuuenalis de perditiſſimis loquens ſui temporis hominibus inquit. Quis facile eſt ędem conducere flumina: portus: Siccandam eluuiem: portãdum ad buſta cadauer. Et prębere caput domina uenale ſub haſta. Exire ęre alieno: liberari debitis: quę conflauerat.

Cum uẽderet aliena: ꝑmittebat. n. aliena uenditurum bona: & hoc pacto ſe ipm redẽpturum.

Quid dicã q̃ multę uidentur furię debitorum: ſic. n. ꝯſcia ſtimulabat ut tot uexẽt furię quot ei⁹ ſũt debita. Vindicẽ: ultorẽ: & ꝓhibitorẽ: nã aduerſat⁹ ẽ ãtõio cũ legẽ de nouis tabulis ferr̃ uell3: ut dictũ ẽ ꝑus philippica. vi. poſtea ad id ĩpulit & ueluti noua tabula ipe fuit: nã ſine nouis tabulis ſalu⁹ eẽ ñpot at. De Plãco: đ hoc ut de Trebellio ꝑ⁹ dictũ. Aqla polleritia: caſtellũ arbitror fuit ubi nũc igẽs ciuitas Aqla & Polleritiã a Polo ꝯditor̃ uel poſſeſſor̃ ꝯgnoiatã. Lumẽ & dec⁹: irõice. In gręco uerbo: λύλυσησ Τησ Δίκησ

UVA. BHSC. IyR_187

Niſi forte iure:qđ fieri nõ põt:ut iure fratrẽ occiderit. Copiã:multitudinẽ & exercitũ.
Cũ Dolobella:plurimos occidit Dolobellã:& tñ tantá latronũ manũ nõ hẽt. Cũ cã:
de q̃ agiť:ut ſit opinionũ:nõ aioꝝ diſſenſio. In eã ſe ituꝝ:eã cõprobatuꝝ. Confidẽs:au
dax:iprobꝰ:temerariꝰ. Impotẽs:arrogãs:ſupbus. Addictus:uiolẽtę deſtinatꝰ morti:q̃lẽ
obeũt gladiatores. Quã ob rẽ:cũ hoſtis patrię occiſo Trebonio iudicatꝰ eẽt Dolobella
reſtabat ut bello eẽt pſequẽdꝰ:
relatũ in ſẽatu de eo ẽ cui talis
ꝓuincia demãdareť: alii ꝑuatũ
extra ordinẽ deligenduꝫ: alii al
teꝝ ex ꝯſulibꝰ mittendũ cenſue
rãt:neutrã ſniam ꝓbat Cicero.
Alteram: de extraordinario
ĩpio. Periculoſũ:ſeqť eni.nã
extraordiariũ ſemp ipiũ popu/
lare atq; uẽtoſũ: ut nõ idoneus
deligať: ſed quẽ populi libido
noluerit. Populus aũt leuis: ac
uẽto ſimilis minꝰ recte iudicare
de hõibꝰ nouit: & dignis p̃fert
plerũq; indignos. Alterá:de
ꝯſulibꝰ mittẽdis. Alienum:a
ꝯſulũ abhorrẽs dignitate & tẽ/
poꝝ grauitate:ut mox dicturus
eſt. Populare:populi iudicio
delatũ:& populo fuiẽs. Vẽ/
toſũ:leue. Bello Antiochi:qđ
primũ bellũ macedonicũ ſtatiꝫ
ſecutũ ẽ. Antiochus aũt rex Sy
rię Thoante ętolię principe: &
Annibale pœno:q uictus & ex
ul ad eũ fugerat: adhortantibꝰ
ſub p̃textu Lyſimachię repetẽ/
dę:quã i littore Thracio ſui ma
iores poſuerãt:romanis belluꝫ
intulit. Mouẽs ex Aſia ilico inſu
las:& gręcię littora occupauit
Sed in Euboea elanguit. unde
aduẽtu tãtũ nũciato Acilii Gla
brionis fugit: nec multo poſt i
Syriã ſe recepit:nauali p̃lio cui
Annibalẽ p̃fecerat: duce Aemy
lio regillo ſupatꝰ ad Męoneſtũ
adiuuãtibꝰ rhodiis:cũ ꝓuicias
ꝯſules ſortireť & Syria bellũq;
ꝯtra Antiochũ. L.Cor.Scipiõi
obuẽiſſet:ſenatuſq; quoniã ille
ĩfirmo corpe:& moribꝰ minꝰ ꝓ
batis erat:ad.C.Lęliũ ſenatꝰ tũc principem inclinaret:eiq; ꝓuinciam illam decreturus ui
deretur:Pu.Scipio Africanus ſuperior.L.frater:ut hãc fratris dep̃careť ignominiã & lau
dauit:& ſe illi legatũ ituꝝ ultro ẽ pollicitus:quod gratis a ſenatu animis eſt exceptũ. L.ue
ro Cor.aſiatici cognomen reportauit.nã fratris uſus ꝯſiliis apud Sypilũ montẽ Antiochũ
ſupauit:tunc cũ illo cõgreſſus:cũ pluuia hoſtiũ arcus hebetati eẽnt. Ipſe Antiochus ultra
tauꝝ religatꝰ ẽ:& poſtea a ſodalibꝰ quos ebriꝰ i ꝯuiuio pulſauerat occiſus. Huiꝰ ſapiẽtis:

niſi forte iure germanũ cimber occidit. Cũ hanc
& huius generis copiam tantaꝫ habeat Antoniꝰ:
qđ ſcelus omittet? cũ Dolobella tantis ſe obſtrin
xerit parricidiis:nequaq̃ pari latronũ manu & co
pia: Quapropter ut ĩuitꝰ ſæpe diſſẽſi. Q. Fuſio
ita ſuꝫ eiꝰ ſnĩæ libenter aſſenſus: ex quo iudicare
debetis me nõ cuꝫ hõie ſolere: ſꝫ cũ cauſa diſſide/
re. Itaqꝫ ñ aſſentior ſolũ: ſꝫ & gr̃as ago. Q. Fu/
ſio. Dixit.n.ſeueram grauẽ.R.P.dignam ſnĩaꝫ:
iudicauit hoſtẽ Dolobellam: bõa eiꝰ cenſuit pu/
blice poſſidẽda. Quo cũ addi nihil poſſet: qd.n.
atrociꝰ potuit? qd ſeuerius decernere? Dixit tñ ſi
quis eoꝝ q poſt ſe rogati eſſent grauioreꝫ ſnĩam
dixiſſet: ĩ eam ſe ituꝝ: quam ſeueritatẽ qs põt nõ
laudare. Nũc quoniam iudicatꝰ ẽ hoſtis Dolo/
bella: bello ẽ pſequẽdus: neqꝫ.n. q̃eſcet: habet le/
gionẽ: habet fugitiuos: habet ſceleratam ĩpiorũ
manum. Eſt ipſe cõfidens: impotẽs: gladiatorio
generi mortis additꝰ. Quamobrẽ quoniam cum
Dolobella heſterno die hoſte decreto belluꝫ gerẽ
dum ẽ: Impator eſt deligẽdus: duæ dictæ ſũt ſen/
tentiæ: quaꝝ neutram ꝓbo. Alteram qa ſemp: ni/
ſi cũ ẽ neceſſe: periculoſam arbitror. Alteram qa
alienam his tẽporibꝰ exiſtimo. Nam extraordĩa
rium ſemp Imperiũ populaŕ atqꝫ uentoſum eſt
minime ueſtræ grauitatis: minime huiꝰ ordinis.
Bello Antiochi magno & graui cum.L.Scipiõi
Publii fratri obueniſſꝫ Aſia: parũqꝫ ĩ eo putareť
eẽ animi: paꝝ roboris: Senatuſqꝫ ad collegaꝫ eius
.C.Læliũ huiꝰ ſapiẽtis patrẽ negotium deferret:
ſurrexit. P. Africanꝰ frater maior.L.Scipiõis &

UVA. BHSC. IyR_187

de quo ſupius dictum. Deprecatus:depulit. Duobus:primo & ſecundo:& primo quidem imperatores fuere:CN.Duilius:Attilius Calatinus: Attilius Regulus : Cecilius Metellus.C.Luctatius.Secũdo uero.C.Flaminius. Qu Fabius maximus:Paulus & Varro. Qu.Fuluius:Appius Claudius.T.Sẽpronius.Clau.Marcellus:P.Scipio:Pu.filius. M.Liuius:Claudius Nero:oẽs ꝯſules. Dictatoribus:ut ab Attilio Calatino: q primo punico bello extra Italiã exercitũ ꝑm⁹ dictator duxit. Pyrrhi:q rex epyrotarũ materno genere ab Achille:pr̃no ab Hercule oriũdus:accerſit⁹ a tarẽtinis añ ꝑmũ bellũ punicũ ĩ italiã traiecit: & uaria fortũa cũ romanis ꝯflixit uicto ap̃ Heracleũ Valerio Leuino:territis elephãtoꝝ iuſitata facie militibꝫ:ipſe poſtea a Curio dẽtato italia pulſus ẽ.Duxere exercitũ ꝯſules bello pyrrhi Valeri⁹ Leuin⁹:C.Fabriti⁹.M.Curi⁹ dẽtat⁹. Quã philippi: tria bella macedõica geſſere romani: & primũ qdẽ ꝯtra philippũ:cauſe belli a fœdere cepere quo rex dñantẽ ĩ italia Annibalẽ ſibi ſociauerat:aucte ĩñ ſũt ĩplorãtibꝫ aduerſus regis ĩiuriã auxiliũ atheniẽſibꝫ:Leuino ꝯſule Attalo rege ꝑgameoꝝ & rhodiis adiuuãtibꝫ:bis uict⁹:bis exut⁹ caſtris:bis fugat⁹ ẽ.Mox flaminio rege oppreſſus ad tumulos quos Cynocephalas uocãt pace tamen ĩpetrata & regno.

illã ignomĩiã familiæ d̃precat⁹ ẽ:dixitq; & ĩ fratre ſuo ſũmã uirtutẽ eẽ:ſũmumq; cõſiliũ:neq; ſe ei legatũ id ætatis hiiſq; reb⁹ geſtis defuturꝝ: qđ cũ ab eo eẽt dictũ nihil ẽ de Scipiõis ꝓuintia cõmutatũ:nec plus extraordĩariũ ĩpiũ ad idẽ bellũ quæſitũ : q̃ duob⁹ antea maximis punicis bellis quæ a.Cõſſ. aut a dictatorib⁹ geſta & cõſũmata ſũt:aut q̃ Pyrrhi:q̃ Philippi:q̃ poſt Achaico bello:q̃ Pũico tertio:ad qđ.P.R. ita ipſe ſibi delegit idoneũ ducẽ.P.Scipionẽ ut eũ tñ bellũ gerer̃ cõſulẽ uellet.Cũ Ariſtõico bellũ gerendũ fuit.L.Valerio.P.licinio Craſſo cõſſ.rogat⁹ popul⁹ quẽ id bellũ gerer̃ placeret Craſſus Cõſ. P õtifex maxim⁹ Flacco collegæ Flamini Martiali mulctã dixit:ſi a ſacris diſceſſiſſ; quã mulctã Po.Ro.remiſit.põtifici tñ flaminẽ parere iuſſit. S; ne tũ qdẽ.P.R.ad priuatũ detulit bellum:q̃q̃ erat African⁹:q anno antea:de numantinis triumphauerat:q cũ lõge oẽs belli gloria & uirtute ſuperaret duas tantũ trib⁹ tulit.Itaq;.P.R. cõſuli poti⁹ craſſo:q̃ priuato afriãco bellũ gerẽdũ đdit. de.CN.põpeii ĩpiis ſũmi uiri atq; oĩum prĩcipis

Quã poſt achaico bello:qđ poſt tertiũ punicũ bellũ & dirutã Carthaginẽ geſtũ ẽ : cõtra corĩthios & critolaũ q libertãte a rõanis data ꝯtra ĩpos uſus ẽ.Legatos.n.rõanos dubiũ an & manu:certe orõne uiolauit.Metell⁹macedonic⁹ ꝯſul exercitũ Critolai:& ĩpm Critolaũ cecidit.L.Muni⁹ uictoriã alieno labore q̃ſitã ĩtercepit.Miſſus.n.Metello ſucceſſor cũ littoribꝫ & paucis eqtibꝫ in Metelli caſtra ꝑpauit.Dineũ alteꝝ ducẽ ſub ĩpis iſthmi faucibus ſupauit:deſertamq; ab ĩcolis ciuitatem diripuit:de Acheis triũphauit:ſigna ꝯrea marmoreaq;:& tabulas pictas ĩ triũpho tulit:Achaic⁹q; cognoĩat⁹ ẽ. Quã punico tertio:quo deleta ẽ Carthago:fuere ĩpatores eo bello.L.marti⁹:M.manli⁹:a qbꝫ obſideri oppugnariq; cepta ẽ Carthago.P.Scipio Aemylianus cũ ędilitatẽ peteret:ꝯſul a populo dictus ẽ:& quoniã ꝑ ãnos ꝯſulẽ fieri mĩme licebat:legibꝫ ſolutus ẽ:eiq; Africa ꝓuĩcia extra ſortẽ data. Cũ ariſtonico:poſt deletã Numantiã cũ Ariſtonico regis Eumenis filio:bellũ geſtũ ẽ cũ ille Aſiã q̃ teſtamẽto regis Attali libera eẽ debebat occupaſſet:cõſules erãt.L.Valerius Flaccus:&.P.Licinius Craſſus:ideq; ponti.max.ſẽatus populũ rogauit:quẽ id bellũ gerere placeret:populus Flaccũ rñdit:cũ uero.L.Valerius flamẽ Martialis eſſet & ſacerdotii rõne Craſſo pont.maxĩo ſubeẽt:uetitus ab eo ẽ ĩdicta mulcta hoc ẽ pecũiaria pœna a ſacriſ diſcedere:quã pœnã etſi ſtatĩ populus illi remiſit:noluit tñ põtifici pere:ĩpe Craſſus miſſuſ ẽ:& qđ nũq̃ añã acciderat pont.maxi.extra italiã ꝓfectus:ꝑlio aũt uictus & ĩtereptus eſt. Sed marcus ꝑpenna uictum Ariſtonicum in deditionem accepit. Duas tantũ tribus tulit:duaꝝ tribuũ hũit ſuffragia:& duas ꝑ ſe adduxit tribꝫ dũtaxat. Locus aũt ſupior ubi ẽ L.Valerio Pu. Scipione ꝯſulibꝫ manifeſte corruptus ẽ.nã.P.licinio Craſſo legendũ eſt.

UVA. BHSC. IyR_187

Tribuni pl. turbulẽti: q̃ turbulẽti tũ ſolẽt eẽ: & oĩa ĩpedire. Sabini rogatiõe piraticum bellũ: Manlii Mithridaticũ Põpeio ẽ demandatũ. Nã ſertorianũ: cũ multos ĩ Hiſpania duces ſupaſſet Sertoriꝰ: nõ ꝯtẽtus ſenatus. P. Metello Pio Numidici filio uiro claro ac bellicoſo: ſed ſene admodũ: & ueritꝰ ne in Italiã ille traduceret bellũ: Põpeiũ illi addidit: ꝯſulibꝫ. Qu. Catulo & L. Philippo ꝓficiſci recuſantibꝫ: Cũq; inter pr̃es admirareť qſpiã: rogaretq; philippũ idoneũ ne exiſtiaret Põpeiũ q ꝓconſul ĩ Hiſpaniã mittereť: nõ ꝓconſulẽ reſpondit: ſed ꝓ ꝯſulibꝫ mittẽdũ. Plutarchꝰ ẽt auctor. Quę igiť hęc comitia: L. Cęſar hãc dixerat ſniam: ut. P. Seruilio Iſaurico ꝑuato Dolobellę ꝓſequẽdi ꝓuicia decerneret: q̃ ſnia ĩduci dicit Ci. ãbitionẽ in curiã piculoſam: ut uel uir ꝑſtãtiſſimꝰ ferat repulſã: ſi ſuffragia ĩ eũ non ꝯcurrãt: aut cęteri tali hõre uideanť ĩdigni: cũ tñ ſint pari dignitate: ſẽatores. ſ. & ꝯſulares. Aſſenſero: ſi aſſenſero: hoc ẽ ſi aſſenſus fuerit qſpiã dabiť ãbitiõi aditꝰ ĩ curiã: ut ſpẽt ſe hoĩes ãbiẽdo q̃uis dignitatẽ poſſe ꝯſequi. Negauero: ſi negauero. Suffragio: uoce mea: ac ueluti ſuffragio. Tanq̃ comitiis: aut curiatis aut cẽturiatis. Quod ſi comitia ꝛc: ironica ẽ cõceſſio. Petamꝰ: q̃uis dignitatẽ. Ambiamus: pr̃ẽſantes & largiẽtes. Tabula noua deť nobis: ĩ qua ſuffragia nr̃a deſignemꝰ aut deſcribamꝰ. Vt data ẽ populo: nã. L. Caſſiꝰ lõginꝰ. L. F. tr. pl. C. Mario. C. Flacco ꝯſulibꝫ legẽ tulit ut populꝰ ꝑ tabellã ſuffragiũ ferret: q̃ lege ut ait Cic. ĩ or̃one ꝓ Cornelio: de maieſtate ſuffragioꝝ uis ptãſq; ꝯualuit. Cur comitiis cęſarť nã hoc ẽ cõitia q̃ſi hr̃e & ꝑ ſuffragia deligere: qđ neq; utile ẽ in ſenatu: neq; oĩno decet. Prę ſtantiſſimꝰ uir: P. Seruilius. Si tibi ñ ſit aſſenſũ: cũ de eo retuleris. Pręterritꝰ: cũ de uno tantũ referať: & de reliq̃s ſileať. At enĩ: obiectio de. C. Octauio. Ille: rñſio. A quo: Octauio. Aut exercitꝰ ãdimẽdꝰ: quẽ ipſe ſua ſpõte coegerat. Eripuiſſetiſ: quoniã hẽbat re uera. Cũ patiſſio: tecũ q ad dicẽdũ es ꝓmptiſſimꝰ. Hõi aĩciſſio: P. ſuilio

Tr. Pl. turbulẽti tulerũt. Nam ſertorianũ bellũ a ſenatu priuato datũ ẽ: qa cõſſ. r̃cuſabãt: cũ. L. Philippꝰ Procõſulibꝰ ſe eũ mittere dixit: ñ ꝓ ꝯſule. Quæ igiť hæc cõitia aut quaꝫ ambitiõꝫ cõſtantiſſimꝰ & grauiſſimꝰ ciuis. L. Cæſar ĩ Sẽatũ ĩtroduxit? clariſſimo uiro atqꝫ ĩnocẽtiſſimo decreuit ĩpiũ: priuato tñ: ĩ quo maximũ nobis onꝰ ĩpoſuit: Aſſenſero? Ambitionẽ induxero in curiam: negauero? ſuffragio meo tanq̃ comitiis hõi honorẽ amiciſſimo denegauero? Quod ſi comitia placet ĩ Senatu habere: petamꝰ: ambiamꝰ: tabula modo noua deť nobis: ſicut populo data ẽ: Cur Comitiis Cæſar? ita ut aut præſtantiſſimꝰ uir: ſi tibi ñ ſit aſſenſuꝫ: repulſaꝫ tuliſſe uideať: aut unuſqſqꝫ noſtrũ præteritus: ſi: cum pari dignitate ſimus: eodẽ honoř digni ñ putemur. At. n. nam id exaudio: Cæſari adoleſcentulo ĩpiũ extraordinarium mea ſnĩa dedi. Ille. n. mihi præſidiũ extraordinarium dederat. Cum dico mihi: Senatui dico. Po. qꝫ. R. a quo. R. P. præſidiũ ne cogitatũ qdẽ tantũ hr̃et: ut ſine eo ſalua eẽ ñ poſſet: huic extraordiariũ ĩpiũ ñ darẽ? aut exercitꝰ adimẽdꝰ: aut ĩpiũ dandũ fuit. Quæ ẽ. n. rõ? aut q põt fieri ut ſine ĩpio tẽeať exercitꝰ? ñ igiť ꝗ ereptũ ñ ẽ: ẽ id eſtimãdũ eẽ datũ. Eripuiſſetis. C. cæſari. P. C. ĩpiũ: niſi dediſſetis. Milites ueterani q illiꝰ auctoritatẽ: ĩpiũ: nomen: ſecuti ꝓ. R. P. arma cœperant: uolebant ſibi ab illo impari. Legio Martia: & quarta ita ſe cõtulerat ad auctoritatẽ Senatus. P. qꝫ. R. dignitatẽ: ut eũ depoſcerẽt Impatorem & duceꝫ. Impiũ Cæſari belli neceſſitas: faſces Sẽatꝰ dedit: ocioſo uero: nihil agẽti: priuato: obſecro te. L. cæſar: cũ patiſſio hoĩe mihi res ẽ: qñ ĩpiũ Senatꝰ dedit? ſꝫ đ hoc qdẽ hactenꝰ? ne r̃fragari hõi aĩciſſio ac de me optĩe merito uiđar. & ſi q̃s põt refragari

UVA. BHSC. IyR_187

non modo non petenti: uerum etiam recuſanti: Illa uero. P. C. aliena conſulum dignitate: aliẽa temporum grauitate ſententia eſt: ut conſ. Dolobellæ perſequẽdi cauſa Aſiam & Syriam ſortiantur. Dicam cur ĩutile. R. P. ſed prius q̃ turpe cõſulibus ſit uidete. Cuꝫ conſ. deſignatus obſideatur: in eoqꝫ liberando ſalus ſit poſita. R. P. cũqꝫ a. R. P. peſtiferi ciues: parricidæqꝫ deſciuerint: Cumqꝫ id belluꝫ geramus: quo bello de dignitate: libertate: de uita decernamus: & ſi in poteſtatẽ quis Antonii uenerit: ꝓpoſita ſint tormenta atqꝫ cruciatus: cũqꝫ earũ reruꝫ oĩuꝫ decertatio Cõſſ. optimis & fortiſſimis commiſſa & commendata ſit: Aſiæ & Syriæ mentio fiet: ut aut ſuſpiciõi crimen: aut inuidiæ materiaꝫ dediſſe uideamur: At uero ita decernunt: ut liberato Bruto: id. n. reſtabat: ut relicto omnino deſerto ꝑdito. Ego uero mentionem prouinciarum factam dico alieniſſimo tempore: q̃uis enim intentus animus tuus ſit. C. Panſa. ſicut eſt: ad fortiſſimum uirum & omnium clariſſimum liberanduꝫ: tamen rerum natura coegit te neceſſario referre animum aliq̃n ad Dolebellam perſequendum: & partẽ aliquam in Aſiam & Syriam deriuare curæ & cogitatiõis tuæ. Si auteꝫ fieri poſſet: uel plures te animos habere uellem: quos omnes ad Mutinam intenderes: quod quoniam fieri non poteſt: iſtoc animo quem habes: præſtantiſſimum atqꝫ optimum: nihil uolumus niſi de Bruto cogitare. Facis tu id quidem: & eo maxime incumbis: duas tamẽ res: magnas præſertim: non modo agere uno tempore: ſed ne cogitando quidem explicare quiſq̃ poteſt. Incitare & inflammare tuum iſtud præſtantiſſimum ſtudium: non ad aliam ullam ex parte curam transferre debemus. Adde iſtuc ſermones hoĩuꝫ. Adde ſuſpitiones: Adde inuidiaꝫ: Imitare me quem tu ſemper laudaſti: qui ĩnſtructaꝫ ornatamqꝫ a Senatu prouinciam depoſui Vt incendium patriæ omiſſa omni cogitatione reſtinguerem. Nemo erit: præter unum me: qui cuꝫ profecto: ſi quid intereſſe tua putaſſes: pro ſumma familiaritate noſtra communicauiſſes:

Illa uero: ſecũdę reſpondet ſententię. Quis: aut Decius: aut quis alius qui ab eo oppugnatur. Vt aut ſuſpicioni crimenut oriatur ſuſpicio ne ꝓdere uelimus Decimũ brutũ: miſſis in Aſiam & Syriam conſulibus. Inuidię: ęmulatiõis materiam conſulibus prębeamus ex prouinciis: id quod ſolet accidere in ſortiendo. Ita decernũt: ſic de ꝓuinciis deliberãt q̃ſi liberatus brutus ſit. Rerũ natura: conditio & qualitas rerum. Deriuare: deducere & diuertere. Sermones hominũ: q̃ de te ſũt futuri: cupiditate ꝓuincię Decimũ brutũ deſeruiſſe. Inuidiam: ex prouincia.

UVA. BHSC. IyR_187

Prouinciā:Ciliciam.poterat eni Cicero eam obtinere diutius. Nihil autē magis timuit q̄ ne ānuus tempus ꝓuincię progaretur. Ea enim lege accepat:ut poſt annū ſtatim ſucce/deretur. Reprime famā:cupiditatis. Collega:Panſa. Ei rei:decernendę prouincię. Delectus neceſſitate:quod accidit:cum dare nomina iuuentus a conſulibus cogitur. Ne id ſignū:palladiū Mineruę ſimulachꝝ:quod Ilo regnante de cœlo cecidit:Romam tranſlatū ē poſtea:& in Veſtę tē plo reconditū. Reſponſū.n.ab Apolline fuerat cū cecidit:Aetheream ſeruate deā:ſeruabitis urbē: Impiū ſecum trāſferet illa loci. Plura de hoc palladio Ouidi⁹ lib.vi.feſtoꝝ:& Seruius i ſecū/dū libꝝ ęneidos. Quādo ueniet ꝯſul:ſi ꝯſul mittat̄:quādo i Aſiā perueniet? Ne ueſtigiū qdē:qa oīa Dolobella delebat. At mittent:obiectio:dicet qſpiā mittent aliquē cōſules legatū aut quęſtorē de ſuo numero Valde mihi probare pōt:ac ſi dicat mime illū ꝓbabo: q.P. Seruiliū non ꝓbaui:quē mittendū cēſebat.L.Cęſar. Quod ergo ipſe nemini putas dandū: ad illū loqt̄ q ſecūdę ſentētię auctor fuerat:eſſe.ſ.mittendū. Legitimū:iuſtū:& q mgr̄at⁹ nō priuatus exiſtat. Quis igitur ē? facit ſibiipſi interrogationem.& quis inqt is ē q hęc habeat quę tu habendi ab illo cē/ſes:q mittat̄.M.Brutus reſpondet:aut Caſſius:aut uterq;. Decernerē:ego inquit libenter cōſules:aut ipoꝝ alteꝝ decernerē ſi fieri poſſꝫ Neq;.n.brut⁹ reuocād⁹ ē:aut ei adimēd⁹ exercitus quē nos i Gręcia ex utilitate rei pu.colligauim⁹& obſtrinxim⁹ ut diſcedere illinc non debeat: quo magis italię auxilio poſſit eſſe q̄ Aſię. Vergere:iclinare & reſpicere. Nō ut ex ipa acie ſubſidiū haberem⁹: nō ut bruti exercitus traiiceret in Italiam & pręſenti auxilio eſſet: ſed ut illic ꝯſiſteret ubi ē: ſciretq; hr̄e ſe patū trāſmarinū ſubſidium: qd̄ ſuccedere ſi forte ſuccūbe/ret:ſignificat ergo magis dādū q̄ adimēdū bruto auxiliū. Pręterea: alia rō cur remoueri ex Gręcia Brutus non poſſit: nec

q credat te inuito prouinciam tibi eſſe decretam. Hanc quæſo pro tua ſingulari ſapiētia reprime famam:atq; effice ne id qd̄ n̄ curas:cupere uidea re. Quod qdē uehemētius eo tibi laborandū eſt: qa i eā dē cader ſuſpitionē Collega uir clariſſim⁹ nō pōt.nihil hoꝝ ſcit:nihil ſuſpicat̄:bellū gerit: i acie ſtat:de ſanguie & de ſpiritu decertat:ante ꝓuinciaꝫ ſibi decretaꝫ audiet q̄ potuerit tēp⁹ ei rei datū ſuſpicari: uereor ne exercit⁹ quoq; noſtri qui non delectus neceſſitate:ſed uoluntariis ſtudiis ſe ad.R.P.contulerunt:tardentur animis:ſi quicq̄ aliud nobis:niſi de inſtanti bello cogitatū putabunt. Quod ſi prouinciæ Coſ. expetendæ uidentur: ſicut ſæpe multis clariſſimis uiris ex/petitæ: Reddite prius nobis Brutum lumem & decus Ciuitatis:qui ita conſeruandus eſt: ut id ſignum: quod cælo delapſum ueſtæ cuſtodiis continetur:quo ſaluo ſalui ſum⁹ futuri. Hunc uel i cælū: ſi fieri poterit: noſtris humeris tolle/mus: ꝓuincias certe digniſſimas uobis deligem⁹ Nūc quod agit̄ agam⁹. Agit̄ autē liberi ne uiua/mus:an mortē obeam⁹?quæ certe ſuituti antepo nēda ē. Quid ſi & affert tarditatē iſta ſnīa ad do/lobellaꝫ pſequēdū?qñ.n. ueniet Cōſul? an id expectam⁹ quo ne ueſtigiū qdē Aſiæ Ciuitatum: atq; urbiū reliquat̄? At mittēt aliquē de ſuo nu/mero: ualde mihi ꝓbari pōt: q paulo an̄ clariſſimo uiro priuato Imperium extra ordinem non dedi. At hominem dignum mittent:num.P.Seruilio digniorem. At quidem Ciuitas non habet: quod ergo ipſe nemini putat dandū ne a Senatu tu q̄dē id ego uni⁹ iudicio delatū cōprobē? Expedito nobis hoīe & parato.P.C.op⁹ ē:& eo q ipiū legitimū habeat: qui præterea auctoritatem:nomē:exercitū:perſpectū aīū in.R.P. liberanda: Quis igit̄ is ē?aut.M.Brutus: aut.C. Caſſius: aut uterq;. Decernerē plane ſicut multa Cōſulē

UVA. BHSC. IyR_187

alterum ambos ue ni Brutum colligaſſemus in
Græcia:& ei⁹ auxiliū ad Italiaꝫ uergerẽ q̄ ad aſiaꝫ
maluiſſem⁹: nō ut ex ea acie auxiliū hrēm⁹: ſed
ut ipſa acies ſubſidium haberet & tranſmarinū.
Præterea.P.C.M. Brutū retinet etiam nunc.C
Antonius:qui tenet Apolloniam magnam urbē
& grauem tenet opinor Bellidem:tenet Amanti-
am:inſtat Epiro:urget Oricum: habet aliquot
cohortes:habet equitatum:hinc ſi brut⁹ erit tra
ductus ad aliud bellum græciaꝫ certe amiſerim⁹.
Eſt autē etiam de Brunduſio atqꝫ illa ora Italiæ
prouidendum: q̄q̄ miror tam diu morari Anto-
nium:ſolet.n.accipere ipſe manicas: nec diuiti⁹
obſidionis metum ſuſtinere: quod ſi confecerit
Brutus:& intellexerit plus ſe Rei P. ꝓfuturuꝫ:
ſi Dollobellaꝫ pſequatur:q̄ ſi in græcia maneat:
aget ipſe per ſe:ut adhuc quoqꝫ fecit:neqꝫ in tot
incendiis cum confeſtim ſuccurrendū eſt: expe-
ctabit Senatum. Nam & Brutus & Caſſius mul
tis iam in rebus ipſe ſibi Senatus fuit. Neceſſe eſt
enim in tanta cōcurſatione pturbationuꝫ reꝝ: tē
poribus potius parere:q̄ moribus. Nec enī nunc
primum aut Brut⁹ aut Caſſius Salutem liberta-
temqꝫ patriæ legem ſanctiſſimam & morem opti
mum iudicauit. Itaqꝫ ſi ad nos nihil referrẽ de
Dolobella perſequendo tamen ego pro decreto
putarem:cum eſſent tales uirtute: auctoritate:
nobilitate ſummi uiri:quorum alterius iam no
tus nobis eſt exercitus:alterius auditus:Non igi
tur Brutus expectauit decreta noſtra: cū ſtudia
noſcet:Neqꝫ enim eſt in prouinciam ſuam cretaꝫ
profectus. In Macedoniam alienam aduolauit:
omnia ſua putauit: quæ uos ueſtra eſſe uelletis.
Legiōes conſcripſit nouas:excepit ueteres:equi-
tatum ad ſe adduxit Dollobellæ: atqꝫ eum non
dum parricidio oblitum: hoſtem ſua ſentētia iu
dicauit. Nam ni ita eſſet: quo iure equitatum a
Conſule abduceret? Quid .C. Caſſius pari ma-
gnitudine animi & conſilii præditus:nō ne eo ex
Italia cōſilio ꝓfect⁹ eſt:ut ꝓhiberẽ Syria Dolobel
laꝫ:q̄ lege:quo iure:eo qd' Iuppiter ipſe ſanxit:ut
oia q̄.R.P. ſalutaria eēnt: legitia & iuſta hrẽnt.

ab eo exercit⁹ abduci. C.An
toni⁹:M.Antonii frater. Bel
lidē:poſt Apolloniā Macedōię
belliaca ē:ſiue bellis: ei uicina
ē Amantia.Plini⁹ Nympheū lo
cū in apolloniataꝝ finibꝫ inco
lerẽ dicit amātes & belliōes.Idē
ī ora maritima dicit eē oppidū
oricū a Colchis ꝯditū: ubi ini-
tiū Epiri abeē a Salētino Italię
ꝓmontorio.lxxxv.m.p.Orcū
uocat Strabo:& deprauat⁹ cre-
do loc⁹ ē.Epir⁹ aūt regio ē Ma
cedonię finitima. Etiā de Brū
duſio:ut redeat Cai⁹ & occupet
Quāq̄ miror:miror inqt ſu-
ſtinere.C.Antoniū ſe taꝫ diu a
Bruto obſideri:& n̄ ultro illi ſe
dedere:ac uicula & manicas ac
cipe ut ꝯſueuit. Quod ſi ꝯfe
cerit Brut⁹:ſi cōpręhēderit Ca
iū:& in uicula ꝯiecerit. Per ſe:
ſua ſpōte:ut alias ipſe Brutus &
Caſſi⁹ fecere. Ipſe ſibi ſenatus
fuit:uterqꝫ fuit ſibi ꝓ ſēatu:quo
niā ea egit ſpōte q̄ ſenat⁹ ipaſſꝫ
agēda:n̄ expectata ſēat⁹ auctori
tate. Tꝑibꝫ:opportūitatibus.
Quē moribꝫ:maioꝝ īſtitutis.
Nec enī:diu an̄ inqt iudicarūt
Brut⁹ & Caſſius legē ſciſſimā &
optimū morē eſſe:ſaluti pr̄ię &
libertati ſtudere. Itaqꝫ:ēt ſi de
dolobella hoſte pſeq̄ndo nihil
diceret:iterēē ego putarē ſūmo
rū uiroꝝ q̄les ſūt Brut⁹ & Caſſi⁹
ſua auctoritate ſine decreto ali
quo publico illū pſeq. Quoꝝ
alteri⁹:Bruti. Alteri⁹: Caſſii.
Studia:uolūtates. Alienā:de-
cretā.M.ātōio. Eqtatū:d' quo
prius dixit. Oblitū:pfuſū ab
oblino. Oui.Oblit⁹ a dn̄ę.cę
de libell⁹ erit. Sua ſn̄ia:eqtatū
auferēdo. Qua lege:obiectio ē
cui rn̄dꝫ:Iouis:q oia ſāxit iuſta
& hōeſta q̄ ꝓ pr̄ię fierēt ſalute:
& ſapit hoc Cicerōis dictū illd'
Hectoris ad Polydamātē frem:
cū augurē ſuaderet de rebꝫ ge-
rēdis ꝯſulēdū:libro.xii.Iliados
εἶσ οἰωνὸσ ἄριστοσ ἀμύ
νεσθαι περὶ πάτρασ

UVA. BHSC. IyR_187

Eſt enim lex: libro de legib⁹ quoq; ſic diffinit. Lex eſt ratio ſūma inſita i natura: quę iubet ea quę facienda ſūt: prohibetq; ꝯtraria: nec multo poſt ratione & lege cū diis hoīes coniūctos eſſe ſic colligit: Hō ſolus ex tot aīantiū generibus atq; naturis ꝑticeps eſt rōnis & cogitatiōis cū cętera ſint expꝑtia. Quid eſt aūt nō dicā in hoīe: ſed in oī cę lo atq; terra rōne diuini⁹ ? quę cū adoleuit & ꝑfecta ē: noīatur rite ſapiētia. Eſt igiꝛ q̄n nihil ē rōne meli⁹: eaq; & in hoīe & in deo: prima hōi cū deo rōnis ſo tietas: inter quos aūt rō īter eoſ dem recta rō & cōmunis ē: quę cū ſit lex: lege quoq; conciliati cū diis hoīes putandi ſunt.

Alienū: Dolobellę. His ue ro: legibus ſcriptis. Oppreſ ſis: ab Antonio & Dolobella.

Suā: ipius Caſſii. Lege na turę: quam diffiniuit. Sed ut ex: ſuam nūc dicit ſententiā Ci cero poſtq̄ alioꝝ impugnauit.

Senatui placere: ſupple cēſeo.

Eū: Caſſiū. Qu. Martio: is & L. Scaur⁹ ꝓcōſules fuerāt i Sy ria cū Dolobellę decreta eſt.

Perſeq: cēſeo placere ſenatui.

Aſia: n̄ eā dicit q̄ i tertia orbiſ ꝑte terminos h; amnes ab ęgy ptio mari Nilū: a Meoti lacu Ta naī: ſed eā quā ab oriēte Lycia icludit: & phrygia: ab occidēte Aegea littora: a meridie mare ęgyptium: paphlagonia a ſeptē triōe: Bythinia quę olim Bebry cia & Mygdonia dicta eſt: dein de a Bythino rege ſic uocata. ē autem in exordio ponti: ad ꝑtē ſolis orientis aduerſa Thracię: opulenta ac diues urbiū: a fon te Sangarii fluminis primos fi nes habet. Ponto: pōticis gē tibus ad pontū Euxinū habitā tibus. Tetrarchię: quę partē obtinēt: de q̄bo ꝑus ē dictum. Dynaſtę: potētes & optiateſ un̄ Δυναστεία potētat⁹. Vtq; Panſa: cenſeo ſenatui placere.

Eſt eni lex nihil aliud: niſi recta & a numie deo rū tracta ratio īperans honeſta: ꝓhibēs cōtraria. Huic igiꝛ legi paruit Caſſius: Cū eſt in Syriam ꝓfectus: alienā prouinciā: ſi homines legibus ſcriptis uterentur. His uero oppreſſis: ſuā lege naturæ. S; ut ex ueſtra quoq; auctoritate firme tur: cēſeo. Cū. P. Dolobella quiq; eius crudeliſ ſimi & teterrimi faciōris miniſtri ſotii adiutores fuerūt hoſtes. P. R. a Senatu iudicati ſint. Cūq; Senatus. P. Dolobellā bello perſequendū cēſue rit: ut is qui oīa deoꝝ hoīumq; iura nouo inau dito & inexpiabili ſcelere polluerit: nefarioq; pa triæ ſe parricidio obſtrinxerit: pœnas diis hōini buſq; meritas debitaſq; perſoluat: Senatui place re. C. Caſſiū Procōſ: prouinciā Syriam obtine re: utq; qui eam optimo iure ꝓuinciam obtinue rit eū a. Q. Martio Criſpo Procōſ. L. Scauro. Procōſ. A. Proleono Legato exercitus accipere: eoſq; ei tradeꝛ. Cūq; his copiis: etſi q̄s præterea paruerit: bello. P. Dolobellam terra: mariq; ꝑſe qui. Eius belli gerendi cauſa quib⁹ ei uideaꝛ na ues nautas pecunias: cæteraq; quæ ad bellū gerē dū ꝑtieant: ut impandi ī Syria: Aſia: Bithynia: Ponto ius poteſtatēq; habeat: utq; quancūq; in ꝓuīciam ei⁹ belli gerendi cauſa aduenerit: ibi ma ius īpiū. C. Caſſii. Procōſ. ſit: q̄ eius erit: qui eā ꝓuinciam obtinebit. cum. C. Caſſius. Procōſ: in eam ꝓuinciam uenerit: Regē Deiotaꝝ patrem & Regem Deiotaꝝ filiū: ſi ut multis bellis ſæpenu mero impiū. P. R. iuuerint: Itē. C. Caſſiū Pro conſulem copiis ſuis operibuſq; iuuiſſent: Sena tui. P. q; R gratum eſſe facturos. Item ſi cæteri Reges: Tetrarchæ: Dynaſtæq; feciſſent Senatū Populumq; Romanum eoꝝ officii non īmemo rem futurum: utq;. C. Panſa. A. Hircius conſu les: Alter ambo ue ſi eis uidereꝛ. R. P. recuperata de ꝓuintiis Conſularibus Prætoriis ad hunc or dinem primo quoq; tempore ferant. Interea pro uinciæ ab iis quibus obtinenꝛ obtineanꝛ: quoad cuiq; ex. S. C. ſucceſſum ſit. Hoc. S. C. ardētem inſlammabitis: & armatum armabitis Caſſium. Nec. n. animū ei⁹ poteſtis ignorare: nec copias.

UVA. BHSC. IyR_187

Animus ipſe quem uidetis: copiæ quas uidiſtis: fortes & conſtantes uiri: qui ne uiuo qdem Tre/bonio Dolobellæ latrociniũ penetrare ſiuiſſent. Halienus familiaris & neceſſarius meus poſt interitum Trebonii profectus: ne dici qdeꝫ ſe legatũ Dolobellæ uolet. Eſtqꝫ Cæcilii Baſſi priuati illius qdeꝫ: ſed fortis & præclari uiri robuſtus & uictor exercitus. Deiotari Regis & patris & filii & magnus & noſtro more ĩſtitutus exercitus: ſumma ĩ filio ſpes: ſũma ingenii indoles: ſũmaqꝫ uirtus. Quid dicam de patre: cuius beniuolentia in P.R. eſt ipſius æqualis ætati: qui nõ ſolum ſotius Imperatoꝝ noſtroꝝ fuit ĩ bellis: ſed etiaꝫ dux copiaꝝ ſuaꝝ. Quæ de illo uiro Sylla: quæ Murena: quæ Seruili⁹: quæ Lucull⁹ q̃ honorate q̃ honorifice q̃ grauiter ſæpe ĩ Senatu prædicauerũt? Quid de. Cn. Pompeio loquar? q unum deiotaꝝ in toto orbe terraꝝ ex animo amicũ uereqꝫ beni/uolum unũ fideleꝫ. P.R. iudicauit: Fuim⁹ nup ego &. M. Bibulus in ꝓpinquis finitimiſqꝫ ꝓuinciis: ab eodẽ Rege adiuti ſumus & equitatu & pedeſtribus copiis: ſecutũ eſt hoc acerbiſſimũ & calamitoſiſſimum ciuile bellũ: in quo qd faciendũ Deiotaro. Quid omnino recti⁹ fuerit: dicere non eſt neceſſe: præſertim cũ contra ac Deiotarus ſenſit: Victoria belli iudicauerit: quo ĩ bello ſi fuit error: cõmunis ei fuit cum Senatu. In recta ſentẽtia ne uicta qdem cauſa uituperanda eſt. Ad has copias accedẽt alii Reges: etiam delectus accedẽt. Neqꝫ uero claſſes deerũt tanti Tyrii Caſſium fa/ciunt: tanti ei⁹ in Syria nomen atqꝫ Phœnicia ẽ: Paratũ habet nuper. C. Caſſium. P.C.R.P. cõ/tra Dolobellam: nec paratũ ſolum: ſed peritum atqꝫ fortẽ: magnas ille res geſſit ante Bibuli ſummi uiri aduentum: Cum Parthoꝝ nobiliſſimos Duces: magnas copias fudit: Syriamqꝫ immani Parthorum impetu liberauit: maximam eius & ſingularem laudẽ prætermitto: cui⁹.n. prædica/tio nõ dum omnib⁹ grata eſt: hanc memoriæ potius q̃ uocis teſtimonio cõſeruem⁹. Animaduer/ti. P.C. exornari etiam nimiũ: a me Brutum nimium Caſſium ornari: Caſſio uero ſentẽtia mea

Halienus: hic legatus Dolobellę erat profectus. C. Baſſi: huius in epiſtolis crebra fit mẽtio. Ipſius ęqualis ętati: ac ſi diceret: ab incunabulis ami/cum fuiſſe. P. Bibulus: is prę erat Syrię ut in epiſtolis ad Cęlium: quę ſunt libro ſecundo familiarium: quo tẽpore Cicero pręerat Cilicię. C. thermus bythinię. Quid faciendum: id autem fuit faciendum: quod fe/cit: ut rempub. ſequeretur & arma Pompeii. Inde recta ſen/tentia: & profecto uoluntas & cauſa omnibus in reb⁹ nõ euẽ/tus ſpectandus iureqꝫ ait apud Ouidiũ phyllis. Careat ſucceſ/ſibus opto: Quiſquis ab euẽtu facta notãda putat. Tyrii: maxima & antiquiſſima phœnicũ ciuitas fuit Tyrus ab omni oliꝫ continẽti diuiſa: poſtea ab Ale/xandro molibus ut aggere con iũcta: calamitates quas paſſa eſt ab Alexandro capta: oẽs euicit: & ſe ipſaꝫ nauigando inſtaurauit: qua una re phœnices omnibus ſemper pręſtitere. Syria & Phœnicia: uicinę regiones.

C. Caſſium: nam pręfuit Sy/rię: de quo Cicero in epiſtolis ad Cęlium: Caſſius quod mihi magnę uoluptati fuit: ab Antiochia hoſtem reiecerat: Bibulus prouinciã accęperat. Memorię teſtimonio: ut recordatione potius q̃ uoce teſtes ſimus.



UVA. BHSC. IyR_187

Cenſorinũ: de quo prius di/
ctum. Sectorem: uenditorem
bonoꝝ alienoꝝ ſub haſta. La
trocinio: latronũ cœtu: ut ſerui
tium eſt ſeruoꝝ multitudo & fa
mulitium. Naufragia: uel qa
ipſi tanquã facto naufragio ad
Antoniu ſe receperant: uel quia
cauſa ſunt ut multi periclitenť
& naufragiũ faciãt. Vide in/
quit: occurrit cuipiam ſic dicen
ti Si Caſſius perſequẽdo Dolo
bellę pręficitur: ueterani offen
dentur: qui eũ ꝙ Iuliuȝ ꝑcuſſit
oderũt. probat nõ ita fore: quo
niam tria genera ſunt ueterano
rum. Vnũ eoꝝ qui Octauiũ ſe/
quuntur: & Decimũ Brutũ libe
rare obſidione ſtudent. Alterũ
eoꝝ qui neutrę parti ſeſe adiũ/
gunt. Tertium impioꝝ: qui ſũt
cum Antonio q boni ſunt non
pñt inqt offendi: nã ſi ſaluũ uo
lunt eſſe Decimũ: cur eſt credi/
bile Caſſium odiſſe. Contra il
los malos ſumpta ſũt arma: me
dii illi non ſũt timendi. ergo ne
ueterani offendantur uerendũ
nõ ẽ. Qui qeſcũt: neqȝ Octa
uium neqȝ Antonium ſecuti.

dominatũm & principatũ dari. Quos ego orno?
nempe eos: q ipſi ſunt ornamẽta. R. P. Quid. D.
Brutũ? non ne omnibꝰ ſententiis ſemper ornaui?
num igitur repræhenditis? An Antonios potius
ornarem nõ modo ſuarũ familiarum: ſed. P. R.
nominis probra atqȝ dedecora? An Cenſorinũ or
nem in bello hoſtem? ĩ pace ſectorem? an cætera
ex eodẽ latrocinio naufragia colligam? Ego ue/
ro iſtos ocii: cõcordiæ: legũ: iudicioꝝ: libertatis
inimicos tantũ abeſt ut ornem: ut effici ñ poſſit
quin eos tam oderiȝ: q̃. R. P. diligo. Vide inquit
ne ueteranos offendas: hoc. n. uel maxime exau/
dio. Ego autẽ ueteranos tueri debeo: ſed hos qbꝰ
ſanitas eſt: certe timere nõ debeo. Eos uero uete/
ranos q pro. R. P. arma cœperũt: ſecutiqȝ ſunt.
C. Cæſarem auctoritate benefitioꝝ paternoꝝ ho
dieqȝ. R. P. defendunt cum magno periculo: non
tueri ſolum: ſed etiam augere commodis debeo.
Qui aũt quieſcunt ut. vii. &. viii. legio ĩ magna
gloria & laude ponẽdos puto. Comites uero An
tonii q poſtq̃ beneficia Cæſaris comederũt: Con
ſulẽ deſignatuȝ obſederũt: Huic urbi ferro igni/
qȝ minitantur: Saxæ ſe & Caphoni tradiderũt ad
facinus prædamqȝ natis. Num quis eſt q tuendos
putet? Ergo aut boni ſunt: quos etiaȝ ornare: aut
qeti: quos cõſeruare debemus: aut impii quoqȝ
cõtra furorẽ quoꝝ & belluȝ iuſta arma ſuſcepi/
mus. quoꝝ igitur ueteranoꝝ animos ne offenda
mus: ueremur? eoꝝ ne qui Brutũ obſidione cu/
piunt liberare? Quibus cuȝ Bruti ſalus cara ſit:
qui poſſũt Caſſii nomẽ odiſſe? An eoꝝ qui utriſ/
qȝ armis uacant? non uereor ne acerbus Ciuis qſ
quam iſtoꝝ ſit: qui ocio delectantur. Tertio ue/
ro generi non militũ ueteranoꝝ: ſed ĩportuniſſi/
moꝝ hoſtiũ cupio q̃ acerbiſſimuȝ dolorẽ inure/
re: quanq̃. P. C. quouſqȝ dicemus ſententias ue/
teranoꝝ arbitratu? quod eoꝝ tantũ faſtidiũ eſt:
quæ tanta arrogantia? ut ad arbitriuȝ eoꝝ Impe/
ratorem & deligamus? Ego autẽ: dicenduȝ eſt. n.
P. C. quod ſentio: non tam ueteranos intuendos
nobis arbitror: q̃ qd tyrones milites flos italiæ: qd
nouæ legiões ad liberanduȝ patriam paratiſſimæ

UVA. BHSC. IyR_187

Cęſaris:Iulii. Qui:quomodo. Fruantur illis:ueterani pmiis pſolutis. Vel:etiā. Spero:credo. Aequiſſimū:dari quę ſpopondimus.

Egati qui ab initio poſtq̄ obſideri Decimus Brutus cępit:miſſi ſūt:redierāt re infe
l cta:& Antonius urgere obſidionē deſtiterat nūq̄. Amici tñ & fautores ei⁹. L. Piſo & . Qu. Fuſius Calenus in pmis rurſus honeſtę pacis ſpem faciebāt:& in eā ſn̄iam etiā ꝯſulē Hirciū adduxerāt:ut pacē uelle Antonium crederēt oēs:idq; ut crederēt multis etiā ĩpellebant argumētis & ſignis ex quo actū in ſenatu fuerat de legatis iterū mittēdis:delecti. P. Seruilius:& . M. Cicero. Cōptū inde ē falſa fuiſſe quę dr̄ ātonio ab amicis pmiſſa fuerāt: nec ad pacē ullā niſi qua dignitatē ſuā retinent:ſenatus minuat:deſcendere uelle. Ergo Cicero deceptos dicit & pditos:ac cām Antonii ab iis q huiuſmōi de pace diſſipauerint ſermōes actā: publicā eſſe neglectā. Hortat̄ cōſiliū cōmutent:nec legatos mittant:idq; ſi fiat & inutile & turpe reipu. fore:pluribꝰ pbat rōnibꝰ. Multa in Calenū dicit:armis pſequendū ſuadet Antōiuȝ & in icœpto pmanendū:nec deeſſe uiȝ & facultatē ad illū actutū opprimenduȝ:quod imineat piculū:ſi pax ꝯcedat oñdit: & ne cōcedi quidē honeſte poſſe. In ſe uero deligēdo maxime erratū pbat:eāq; legatioȝ & piculoſam ſibi futurā & reip. min⁹ utilē & tñ totū piculū magis ex reipu. cōmodo:q̄ ex ſuo metiri uelle. i deliberatiuo genere poſita ē hęc philippica ut cęterę. Exordit̄ p locū ꝯſolatiōis a ſocietate in errore. Nā cuȝ alios & eoſdē ſapiētes i eadē re uidem⁹ errare i q̄ erratū a nobis ē: Leui⁹ errore noſtro dolem⁹. Errauerat qdē Ci. q ātōii aīcis pacī ſpeȝ afferentibꝰ crediderat. Sȝ i eodem errore reliqui ſenatores & ipſe cōſul fuerat: exquo erroris ſui dedecus modeſtius ferebat. Falli:apte. Decipi:occulte & p fraudē. Errare:p ſe & ſua opīone labi. Duo ꝯſulares:Piſo & Calen⁹. Aliqd uuln⁹:aliqd qd̄ eū ueluti uuln⁹ cruciaret:& tñ lateret. Ap̄ alterū:Piſonē. Vxor:Fuluia. Alter:Calen⁹. Lr̄as mittere:qd̄ ſupius ē dictū. Deditiōis:ātonii. ſic. n. ſpondebāt eius amici fore ut ſe dederet. De iponēdis:hoc. n. futurū uobis pſuadebatis ut leges & ꝯditiōes

quid cūcta Italia de ueſtra grauitate ſētiat:nihil enim ſemp floret: ætas ſuccedet ætati:diu legiōes Cæſaris uiguerunt: nunc uigent Panſæ: uigent Hircii:uigent Cæſaris filii:uigēt Planci:uicunt numero:uincunt ætatib⁹:nimirū etiam auctoritate uincunt. Id. n. bellum gerūt:quod gentib⁹ ab oībus pbat̄. Itaq; iis præmia promiſſa ſunt: illis pſoluta:fruant̄ illis: uel pſoluant̄ his:quæ ſpopondimus. Id enim deos īmortales ſpero æquiſſimum iudicare:quæ cum ita ſint:eam quam dixi ſententiam uobis. P. C. cenſeo comprobandam.

## .M.T.C.i.M.Antōiū Philippica Duodecia.

e Tſi minime decere uidet̄. P. C. falli:decipi: errare eū cui uos maximis ſæpe de rebus aſſentiamini:cōſolor me tñ:quoniam uobiſcum pariter & una cum ſapiētiſſimo Conſ. erraui:nam cum duo Cōſulares ſpem honeſtæ pacis nobis attuliſſent: q erant familiares M. Antonii:q domeſtici: noſſe aliquod ei⁹ uulnus:qd̄ nobis ignotū eſſet:uidebant̄. Apud alterū uxor:liberi. alter quottidie lr̄as mittere: accipere:apte fauere Antōio. Hi ſubito hortari ad pacē:quod iam diu nō feciſſent:nō ſine cauſa uidebant̄. Acceſſit cōſ. hortator. At qs Cōſ. ſi prudētiaȝ quærim⁹:qui minime falli poſſȝ: ſi uirtutē: q nullam pacē pbaret:niſi Antonio cedente atq; uicto:ſi magnitudineȝ animi:q præferret morteȝ ſuituti. Vos autē. P. C. ñ tam īmēores ueſtrorū grauiſſimorū decretorū uidebamini: q̄ ſpe allatæ deditionis: quam amici pacem appellarent. C. Haleni de imponendis: non de accipiendis legib⁹



UVA. BHSC. IyR_187

Antonio ĩponeretis:nõ re uera accipetis ab eo:quoniã dare nõ accipe uolebat. Quoꝝ in uultu habitant oculi mei:a quoꝝ uultu oculos nũq̃ remoueo. Quod ſi ita nõ eſt: ſi hęc uera nõ erãt:cur a Piſone & Caleno mẽtio pacis facta ẽ tã ĩportune:neq̨.n.ſine cauſa credibile erat fieri:& ſi negabat uterq̨ rẽ ullã nouã ab Antonio allatam:& ſe qcqd faceret:ſpõte ſua dicebãt facere. Exiſtimabãt.n.nõ eẽ ĩtegꝝ a legatis mittẽdis abſtinere: p⁹q̃ delecti ſemel fuerãt & id agebãt ut e ſenatu amouerẽt duos acerrimos ãtonii inimicos Ciceronem & Seruiliũ:ac ꝑiculo obiicerẽt. Pacificatoria:pacis ut dicebãt cauſa decreta. Nouo ꝯſilio:mittẽdi legatos. Si ĩ re nihil ẽ noui: ſi nihil ab Antõio nouũ allatũ ẽ:& ꝑmanet ĩ ſnĩa in qua fuerat prius. Pręſtrixerat:clauſerat & obcęcauerat.

Vicarii:q loco alteri⁹ ponũt ut illi⁹ uicẽ gerãt:& ꝓ illo ſint uel in magr̃atu: uel in q̃uis alia re. Capti:decepti. Ne ſi a Mutina qdem:uerba hęc Fuſii fuerãt:q in hãc ſnĩam locut⁹ erat: nõ eẽ audiẽdũ ãtoniũ ẽt ſi a Mutina recederet:niſi ĩ ſenat⁹ ꝑtãte futuꝝ ſe pollicereť. Veꝝ duꝝ uidebiť: ſinere ĩpune abire ãtoniũ:ſi a Mutina recederet: & ſe in ſenat⁹ diceret potãte futuꝝ:& tũ fracti ſum⁹nos & ceſſim⁹ an tõio.Sed dic mihi Calene:recedit ne ĩpe a Mutina. Valde uobis ꝫc:irõice ac ſi dicat minime cõmittẽdũ ẽ:ut uos legatos mittẽdo & cedendo ãtonio: ꝑdatis auctoritatẽ. neq̨.n.ſine ueſtro dedecore facere poteſtis:& illi⁹ dignitatis quę nulla ẽ:rõnẽ habeatis. Per ſe:ſuo nõ fortũę uitio. Si iacẽs:ſeſe añ nos proſternẽs & ſupplicãs. Nobiſcũ ageret:ſi poſtularet ne ſuã amitteret dignitatẽ. Quãq̃: uoluit dicere q̃q̃ oĩno ñ audirẽ. Statim:nũc & nihil ẽ differenduꝫ.

Cõcedẽda libertas:ut nos ipſos illi tradam⁹ & noſtrã libertatẽ:ac ꝑdam⁹. At nõ ẽ integrũ:rurſus occurrit obiectioni caleni. Quid aũt:reſponſio. tritũ ẽ ꝓuerbiũ:ſapientis eẽ cũ licet mutare propoſituꝫ. Reſtitui:reuocari in integꝝ. Poſteriores cogitatões:ſed in ꝓuerbio ẽ poſterioris cogitatiõis & ſapiẽtię plẽas domos eſſe.

cogitare.Auxerat autem meam quidẽ ſpem credo itẽ ueſtram:q̨ domũ Antonii afflictaꝫ mœſticia audiebam:lamentari uxorẽ:hinc etiaꝫ fautores Antonii quorũ in uultu habitant oculi mei: triſtiores uidebam:quod ſi nõ ita eſt:cur a Piſone & a Caleno potiſſimũ? cur hoc tempore? cũr tam ĩprouiſo? cur tam repente pacis eſt facta mẽtio? Negat Piſo ſe ſcire: negat audire quicq̃: negat Calenus rem ullam nouaꝫ allatam eſſe: atqꝫ id nũc negant: poſteaq̃ nos pacificatoria legatione implicatos putant. Quid ergo opus eſt nouo conſilio:ſi in re nihil oĩno noui eſt? Decepti inq̃ ſum⁹.P.C. Antonii eſt acta cauſa ab amicis ei⁹: non publica:quod uidebam equidẽ: ſed quaſi ꝑ caliginem præſtrinxerat acieꝫ animi Bruti ſalus. Quod ſi in bello dari uicarii ſolerẽt:libenter me ut.D.Brutus emitteretur:pro illo includi paterer: atqꝫ ac uoce .Q. Fuſii capti ſumus:ne ſi a Mutina quidem receſſerit:audiemus Antoniuꝫ: niſi in Senatus quidem poteſtate futurum ſe dixerit:uerũ durum uidebatur:itaqꝫ fracti ſum⁹. Ceſſimms: recedit igitur a Mutina? neſcio paret Senatui? Credo inquit Calenus:ſed ita ut teneat dignitatem. Valde Hercules uobis laborandum eſt.P.C.ut ueſtram dignitatem amittatis: quæ maxima eſt:Antonii quæ neqꝫ eſt ulla:neqꝫ eſſe poteſt: retineatis: ut eam per uos recuperet: quam per ſe perdidit.Si iacens id nobiſcuꝫ ageret audirem fortaſſe.quanq̃:ſed hoc malo dicere audirem:ſtatim reſiſtendũ eſt:aut concedenda una cum dignitate libertas.At non eſt integruꝫ:conſtituta legatio eſt. Quid autẽ integrum non eſt ſapienti: qđ reſtitui poteſt? Cuiuſuis eſt hominis errare: nullius niſi inſipientis perſeuerare in errore.poſteriores eniꝫ cogitationes: ut aiunt ſa

UVA. BHSC. IyR_187

pientiores ſolent eſſe. Diſcuſſa ē illa caligo: quaꝫ paulo ante dixi: diluxit: patet: uidemus omnia neqꝫ per nos ſolum: ſed admonemur a noſtris: attendiſtis paulo ante præſtantiſſimi uiri: quæ eēt oratio: mœſtam inquit domũ offendi: coniugē: liberos: admirabanť boni uiri: accuſabant amici: ꝙ ſpe pacis legationē ſuſcepiſſeꝫ. Nec mirum. P. Seruili: tuis enim ueriſſimis grauiſſimiſqꝫ ſententiis omni ē non dico dignitate: ſed etiam ſpe ſalutis ſpoliatus Antoniꝰ. Ad eũ ire te legatũ quis ñ miraretť? de me experior: Cuius idē conſiliũ: qđ tuum ſentio ꝗ repræhēdať: nos repræhendimur ſoli. Quid uir fortiſſimꝰ Panſa ſine cauſa paulo ante: tamen accurate locutus eſt tamdiu: Quid egit: niſi uti falſam ꝓditiōis a ſe ſuſpicionē depelleret: Vnde autē eſt iſta ſuſpicio: ex pacis patrocinio repentino: quod ſubito ſuſcepit eodē captus errore quo uos. Quod ſi ē erratũ. P. C. ſpe falſa atqꝫ fallaci: redeamꝰ in uiam. Optimus ē portus pœnitēti mutatio cõſilii. Quid. n. per deos īmortales poteſt. R. P. ꝓdeſſe noſtra legatio? prodeſſe dico: quid ſi etiam obfutura ē: offutura: qđ ſi ēt nocuit: An uos acerrimam illam & fortiſſimam P. R. libertatis recuperandæ cupiditatē: non īminutam ac debilitatam putatis legatiōe pacis audita? Quid municipia cenſetis: qđ colonias: qđ cunctam italiam futuram eodem ſtudio quo contra cõmune incendiũ exarſerat? An nõ putamus fore ut eos pœniteat ꝓfeſſos eſſe & præ ſe tuliſe odiũ in Antōiũ: qui pecunias polliciti ſũt: qui arma: qui ſe totos & animis & corporibꝰ in ſalutem. R. P. contulerũt: Quēadmodũ ueſtrum conſilium hoc Capua probabit: quæ tēporibus his Roma altera eſt: Illa impios ciues iudicauit: eiecit: excluſit: illi inquaꝫ Vrbi fortiſſimæ conati e manibus eſt ereptus Antonius: quid legionũ noſtrarum neruos non ne his cõſiliis incidimus? Quis eſt. n. qui ad bellũ inflammato animo futurꝰ ſit ſpe pacis oblata? Ipſa illa Martia cæleſtis & diuīa legio: hoc nuncio langueſcet & molieť: atqꝫ illud pulcherrimũ nomen Martium amittet: excident gladii: fluent arma de manibꝰ. Senatum enim ſecuta

Illa caligo: qua occęcati errauimus. A noſtris: a Pu. Seruilio: quod ſequentia mox indicant. Inquit: Pu. Seruilius.

Nec mirum: hęc quę dixiſti cõtigiſſe Seruili. Proditiōis: ne nos uideretur & rempub. ꝓdere: ꝙ tam repente mutata ſententia de pace loqueretť. Profeſſos eſſe: aperte oſtendiſſe.



UVA. BHSC. IyR_187

Ex duobus:exercitibus Hir
cii cõſulis & Octauii. Luſtra
tus:ꝑ more romano:cõſtitutꝰ
eni in campo Martio luſtraba/
tur:expiabaturq;: id quod Ser/
uius Tulliꝰ rex inſtituit. Vt:
q̃uis. Inſiſtet:conſiſtet:nõ di
micabit. Patauini:Venetię ci
uitas Patauium:cũctas olim eiꝰ
regionis urbes excelluit. Stra/
bonis ętate:cenſi in ea ſũt quin
genti equeſtris ordinis uiri. Idẽ
ait Priſcus:annis centũ etiã ui/
ginti militum milia miſiſſe con/
ſtat. Cõmunicata repu.dona
ti enim ciuitate fuerant Pataui/
ni:& reliqui eiuſdẽ regionis in/
ſigniores populi. Eiꝰ:reipu.

nõ arbitrabitũr ſe grauiori odio debere eẽ in An/
tonium: q̃ Senatum:pudet huiꝰ legionis:pudet
Quartæ: quæ pari uirtute noſtram auctoritatez
probans non ut Conſ. & nuper ſuum:ſed hoſtẽ
& oppugnatorem patriæ reliquit Antoniuz:pu/
det optimi exercitus: qui coniunctus eſt ex duo
bus:qui iam luſtratus: qui profectus ad Muti/
nam eſt: qui ſi pacis ideſt timoris noſtri nomen
audiuerit: ut non referat pedem: inſiſtet certe.
Quis enim reuocante & receptui canente Sena/
tu properet dimicare? Quid autemhoc iniuſti
us:q̃ nos inſcientibus iis qui bellum gerũt de pa
ce decernere? nec ſoluz inſcientibus: ſed etiam in/
uitis:An uos.A. Hircium præclariſſimũ conſu
lem.C. Cæſarem deoꝶ beneficio natum ad hæc
tempora:quoꝶ epiſtolas ſpez uictoriæ declaran
tes in manu teneo:pacez uelle cenſetis? Vincere il
li expetunt:paciſq; dulciſſimuz & pulcherrimũ
nomen:non pactione: ſed uictoria concupierũt.
Quid Galliam? quo tandez animo hanc rez audi/
turam putatis? illa enim huius belli ꝓpulſandi:
adminiſtrandi:ſuſtinendi:principatũ tenet. Gal/
lia.D.Bruti nutum ipſum:ne dicam Imperiũ ſe
cuta:armis:uiris:pecunia: belli principia firma/
uit:eadem crudelitati.M.Antonii ſuum totum
corpus obiecit:exhauritur:uaſtatur:uritur om
nis:æquo animo belli patitur iniuriam:dũmodo
repellat periculum ſeruitutis. Et ut omittam re
liquas partes Galliæ:nam ſunt omnes pares: Pa/
tauini alios excluſerunt:alios eiecerũt miſſos ab
Antonio:pecunia:militibus & quod maxime de
erat: armis noſtros duces adiuuerunt: fecerunt
idem reliqui:qui quondam in eadem cauſa erant
& propter multorum annorum iniurias alienati
a Senatu putabantur: quos minime miruz eſt cõ
municata cum his.R.P.fideles eſſe:qui etiam ex
pertes eius fidem ſuam ſemper præſtiterunt. His
igitur omnibus uictoriam ſperantibus pacis no/
men afferemꝰ:ideſt deſperationẽ uictoriæ? Quid
ſi non poteſt quidem ulla eſſe pax? quæ enim eſt
conditio pacis: in qua ei cum quo pacem facias:
nihil cõcedi poteſt? Multis rebꝰ a nobis eſt ĩuitatꝰ

UVA. BHSC. IyR_187

ad pacem Antonius: bellum tamen maluit: Miſſi legati repugnante me: ſed tamen miſſi: delata mandata: non paruit: denunciatum eſt ne Brutũ obſideret: a Mutina diſcederet: oppugnauit etiaꝫ uehementius: & ad euꝫ legatos de pace mittemꝰ: qui pacis nuncios repudiauit? uerecundiorem ne coram putamus in poſtulando fore: q̃ fuerit tuꝫ cum miſit mandata ad Senatum? atqꝫ cum ea petebat: quæ uidebantur improba omnino: ſed tamen aliquo modo poſſe concedi? non dum erat ueſtris tᵃ grauiſſimis tanqꝫ multis iudiciis: ignominiiſqꝫ conciſus. Nunc ea petit: quæ dare nullo modo poſſumus: niſi prius uolumus nos bello uictos confiteri. S.C. falſo delata ab eo iudicauimus. Num ea uera poſſumus iudicare? leges ſtatuimus per uim & contra auſpicia latas: hiſqꝫ nec populum: nec plebem teneri: Num eas reſtitui poſſe cenſetis? Seſtertium ſepties milies auertiſſe Antoniũ pecuniæ publicæ iudicauiſtis: Nũ fraude poterit carere peculatus? immunitates ab eo: ciuitates: ſacerdotia: regna: uenierunt. Num figentur rurſus hæ tabulæ: quas uos decretis ueſtris refixiſtis? Quod ſi ea: quæ decreuimus: obruere uolumꝰ: num etiam memoriam rerum delere poſſumus? Quando eiꝰ obliuiſcetur ulla poſteritas: cuius ſcelere in hac ueſtitus fœditate fuerimus? ut Centurionum legionis Martiæ Brunduſii profuſus ſanguis eluatur: Num elui prædicatio crudelitatis poterit? Vt media prætercam: quæ uetuſtas tollet operum circa Mutinam tetra monumẽta? ſceleris indicia? latrociniiqꝫ ueſtigia. Huic igitur importuno atqꝫ impuro parricidiæ: quid habemus per deos immortales quod remittamus? An Galliam ultimam & exercitum: quid eſt aliud q̃ non paceꝫ facere: ſed differre bellum: nec ſolum prorogare bellum: ſed conceder etiam uictoriam. At ille non uicerit: ſi quacũqꝫ conditione in hanc urbem cum ſuis armis uenerit. Nunc omnia tenemus: auctoritate ualemus: plurimum abſunt tot perditi ciues nefarium ſecuti ducem: tamen eorũ ora ſermones q in Vrbe

Conciſus: laceratus ſuperius Philippica quinta: decretis ueſtris eum cõcidiſtis. Delata: cõceſſa & tradita: niſi forte corruptus locus eſt: & relata legẽdum. nam philippica quinta inquit: Senatus etiam conſulta pecunia accepta falſa referebat. Peculatus: furti publici. Venierunt: uendita ſunt. Hę tabulę: immunitatum & priuilegiorum. Veſtitus fœditate: i ſagis: militari ueſte: toga depõita.



UVA. BHSC. IyR_187

Neq; noſtri ordinis: ſẽatorii ſed externos. Sotios: eorũ Tyrõis: Numiſii: Muſtelę. In quo ne ſi pacẽ: ſenſus ẽ & ordo neq; in hac legatione eſſe me conuenit neq; ad conſilium deliberationemq; de tali negotio accerſiri: in quo ſi non ad pacem accipienda; ab Antonio corrogamur: & ego a cęteris nõ diſſenſero: ita fiet hoc eſt id accidet ut populus romanus mihi imputaturus ſit ſi qd peccauerit Antonius: cum aliquid ei remiſſũ condonatumq; de erroribus & peccatis fuerit: aut uobis libere conceſſum. dicet enim mea culpa fieri q cõſenſerim: & non ut iſtituerã ppetuo repugnauerĩ.

ex eo numero relicti ſunt: ferre non poſſumus. Quid cenſetis cum tot uno tempore irruperint? nos arma poſuerimus? illi non depoſuerint? non ne uos ueſtris conſiliis uictos in perpetuum fore? Ponite ante oculos. M. Antonium Conſularem ſperantem Conſulatũ: Lucium adiungite: ſupplete cæteros: neq; noſtri ordinis ſolum honores & ĩperia meditantes: nolite ne Tyrones qdẽ Nummiſios & Muſtelas ſotios ue contemnere: Cum his facta pax: non erit pax: ſed pactio ſeruitutis. L. Piſonis ampliſſimi uiri præclara uox: a te non ſolum in hoc ordine Panſa: ſed etia; in cõtione iure laudata eſt: exceſſurum ſe ex Italia dixit: deos penates & ſedes patrias relicturum: ſi quod dii omen auerterent. R. P. oppreſſiſſet Antonius. Quæro igitur a te Piſo: non ne oppreſſa; R. P. putes: ſi tot: tam impii: tam audaces: tam facinoroſi: recepti ſint? quos non dum tantis parricidiis contaminatos uix ferebamus: hos nunc omni ſcelere coopertos tolerabiles cenſes Ciuitati fore? Aut iſto tuo mihi crede conſilio erit utendum: ut cedamus: abeamus: uitam inopem & uagam proſequamur: aut ceruices latronibus dandæ: atq; in patria cadendu; eſt. Vbi ſunt. C. Panſa illæ cohortationes pulcherrimæ tuæ: quibus a te excitatus Senatus inflammatus. P. R. non ſolum audiuit: ſed etiam didicit: nihil eſſe homini Romano fœdius ſeruitute. Iccirco ne ſaga ſumpſimus? arma cœpimus? iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus? ut de exercitu florentiſſimo & maximo legati ad pacem mitterentur? ſi accipiendam: cur non rogamur? ſi poſtulanda;: qd timemus? in hac ego legatione ſim: aut ad id conſilium admiſcear? in quo ne ſi pacem ad accipiendam corrogamur: diſſenſero quidem a cæteris: ſi ſciturus. P. R. ſit ita: fiet: ut ſi quid remiſſu; aut conceſſum ſit: meo ſemper periculo peccet Antonius: cum ei peccandi poteſtas a me conceſſa ui/

UVA. BHSC. IyR_187

deatur. Quod ſi habenda cum Antõii latrocinio pacis ratio fuit: mea tamen perſona ad iſtam pacem conciliandam minime fuit deligenda. Ego nunq̃ legatos mittendos cenſui. Ego ante legatorum reditum auſus ſum dicere: pacem ipſam ſi afferrent: quoniam ſub nomine pacis bellum lateret: repudiandam: Ego princeps ſagorum: ego ſemper illum hoſtem appellaui: cum alii aduerſarium: ſemper hoc bellum: cum alii tumultuȝ: nec hæc in Senatu ſolum: eadeȝ ad populum ſemper egi: nec ſolum in ipſum: ſed in eius ſotios facinorum miniſtros & præſentes & eos q una ſunt in totam deniqȝ. M. Antonii domum ſum ſemp inuectus: Itaqȝ ut alacres & læti ſpe pacis oblata inter ſe impii Ciues quaſi uiciſſent: gratulabantur: Sic me iniquum eiurabant: de me querebantur. Diffidebant etiam ſeruilio: meminerant eius ſententiis confixum Antoniuȝ. L. Cæſarem fortem quidem illum & conſtantem Senatorẽ auunculum tamen: Calenum procuratorem: Piſoneȝ familiarem: te ipſum Panſa uehementiſſimum & fortiſſimum Conſ. factum iam putant leniorem: non quo ita ſit aut eſſe poſſit: ſed mentio facta ante pacis ſuſpicionem multis attulit immũtatæ uoluntatis. Inter has perſonas me interiectũ amici Antonii moleſte ferunt: quibus gerendus mos eſt: quoniam liberales eſſe cœpimus: proficiſcantur legati optimis omnibꝰ: ſed ii proficiſcantur: in quibus non offendatur Antonius. Quod ſi de Antonio non laboratis: mihi certe. P. C. cõſulere debetis. Parcite oculis ſaltem meis: & aliquam ueniam iuſto dolori date. Quo enim aſpectu uidere potero: mitto hoſtem patriæ: ex quo mihi odium in illum commune uobiſcum eſt: Quomodo aſpiciam mihi uni crudeliſſimuȝ hoſtem: ut declarant de me eius acerbiſſimæ contiones: adeo ne me ferreum putatis: ut cum eo congredi aut illum aſpicere poſſim: qui nuper cum

Princeps ſagoꝝ: auctor ſaga ſumendi. Eiurabũt: ualde iurabunt. Confixuȝ: quaſi uulneratum. De Antonio nõ laboratis: nõ curatis quo animo laturus me ſit.

UVA. BHSC. IyR_187

Petiſſio urbinati: ex urbino Vmbriȩ ciuitate nūc inſigni. Ex naufragio: loqtur per trāſlationem ab iis qui periclitātur in mari: & naui fracta enatant. Luculenti: ampli. Municipii mei: mei arpinatis. Aqle: apud Aquilam Poleritiā. Vel Aquilȩ: primipili hoc eſt uexillo centurionis: & militibus qui ſub ea aquila erant. Vel aquila proprium nomen eſt: primipilus autem Centurionem ſignificat. Duoſ prȩtores: erāt enī cum Antonio prȩtores duo: & infra inquit philippica tertiadecima: Duo prȩtores ſine cauſa diffiſi ſe aliquid habituros. hoꝝ alter Caius fuit: alter Ceſorinꝰ. Non Tr. pl. ſaxam decidiuȝ. Duos deſignatos: T. Hoſtilium & Viſenium: de iis omnibꝫ ſuperiꝰ multa dixit: & plura dicet in ſequentibus. Non potero frangere: ſi non licebit frangere & depellere: occultabo tamen. Vt optanda mors eēt: quicunq; enim eos reputat animo cruciatus: quibus & uiuum & mortuum affecit Trebonium Dolobella: is mori mauult quaa ea experiri: quȩ uictori collibuerint: ſi in eius ueniendū ſit poteſtatem. Ad eum exitū: queȝ mihi propoſuerā: ut pro re publica perirem.

in contione donaret eos: qui ei de parricidis audaciſſimi uidebantur: mea bona donare ſe dixit Petiſſio Vrbinati qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hæc Antoniana ſaxa proiectus eſt: An. L. Antoniuȝ aſpicere potero: cuius ego crudelitatem effugere non potuiſſem: niſi me mœnibus & portis & ſtudio municipii mei defendiſſeȝ! Atqȝ ideȝ hic Myrmillo Aſiaticus: latro Italiæ: Collega Lentonis & Nuculæ cuȝ Aquilæ primipili nummos aureos daret: de meis bonis ſe dare dixit. Si enim de ſuis dixiſſet: nec aquilam quidē credituram putauit. Non ferent inquam oculi Saxam: Caphonem: non duos Pr. non Tr. Pl. nō duos deſignatos Tribunos: nō Beſtiam: nō Trebellium: non Plancum: non poſſuȝ animo æquo uidere tot tam importūos taȝ ſceleratos hoſtes: nec id fit faſtidio meo: ſȝ charitate. R. P. Sed uincam animum: mihiqȝ imperabo: dolorem iuſtiſſimum non potero frangere: occultabo. Quid uitæ: cenſetis ne. P. C. habendam mihi aliquam eē rationem! quæ mihi quideȝ minime cara eſt: Præſertim cum Dolobella fecerit: ut optanda mors eſſet: modo ſine cruciatu atqȝ tormentis: uobis tamen & populo uilis eſſe ſpiritus meus non debet. Is enim ſum: niſi forte me fallo: qui uigiliis! curis: ſententiis: periculis etiam quæ pluria adii: propter acerbiſſimum omnium in me odium impiorum perfecerim: ut nō obſtarent. R. P. ne qd arrogantius uidear dicere. Quod cum ita ſit: nihil ne mihi de periculo meo cogitanduȝ putatis! hic cum in Vrbe eſſem ac domi: tamen multa ſæpe temptata ſunt: ubi non ſolum amicorum fidelitas: ſed etiam uniuerſæ Ciuitatis oculi cuſtodiunt. Quid cenſetis cum iter ingreſſus ero: longū præſertim: nullas ne inſidias pertimeſcendas! tres uiæ ſunt ad Mutinam: quo feſtinat animus: ut ꝙprimum illud pignus libertatis. P. R. D. Brutum aſpicere poſſim. Cuius in complexu libenter extremum uitæ ſpiritum æddiderim: cum omnes actiones horum menſium: omnes ſententiæ meæ ꝑuenerint ad eū exercitū: qui mihi fuit pro

poſit⁹: Tres ergo ut dixi uiæ: a ſupero mari Flaminia: ab īfero Aurelia: media Caſſia. Nūc quæſo attendite: Num aberret a coniectura ſuſpicio periculi mei. Hætruriā diſcriminat Caſſia. Scimus ne igitur Panſa quibus nunc in locis ſit Lētonis Ceſennii Septenuiralis auctoritas? uobiſcum nec animo certe eſt: nec corpore: ſi autē aut domi eſt aut non longe a domo: certe ī Hætruria eſt: ideſt in uia. Quis igitur mihi præſtat Lentonem uno capite eſſe contentum? Dic mihi præterea Panſa Ventidius ubi ſit? cui fui ſemper amicus: anteq̄ ille. R. P: boniſq; omnibus tam aperte eſt factus inimicus: Poſſum Caſſiam uitare: tenere flaminiam? Quid ſi Anconam: ut dicitur: Ventidius uenerit? Potero ne Ariminū tuto accedere? Reſtat Aurelia. Hic quidem etiam præſidia habeo: poſſeſſiones enim ſunt. P. Clodii. tota familia occurret: hoſpitio inuitabit propter familiaritatem notiſſimam. Hiſce ergo me uiis cōmittā: qui Terminalibus nuper in ſuburbium ut eodē die reuerterer: ire nō ſum auſus. Domeſticis me parietib⁹ uix tueor ſine amicoꝝ cuſtodiis. Itaq; in Vrbe maneo: ſi ſic licebit: manebo. Hæc mea ſedes eſt: hæc uigilia: hæc cuſtodia: hoc præſidiū ſtatiuum. Teneant alii caſtra: regna: res bellicas: oderint hoſtem. Nos ut dicimus ſemperq; fecimus: Vrbem & res urbanas uobiſcū pariter tuebimur. Neq; uero recuſo munus hoc: quanq̄. P. R. uideo pro me recuſar̄. Nemo minus timidus: nemo cautior: res declarat. Vigeſimus annus eſt cum omnes ſcelerati me unum petunt. Itaq; me ipſum ne dicam mihi. R. P. conſeruauit ſibi. Timide hoc dicam: ſcio enī quiduis homini accidere poſſe. Veruntamen ſemel circunſeſſus lectis ualentiſſimoꝝ hominum uiribus cecidi ſciens: ut honeſtiſſime ſurgere poſſem. Poſſum ne igit̄ ſatis uideri cautus: ſatis prouidus: ſi me huic itineri: tam infeſto tamq; periculoſo cōmiſero? gloriam in morte debent ii: qui in. R. P. uerſantur: non culpæ repræhenſionem & ſtultitiæ uituperationē reliquere. Quis bon⁹ n̄ luget mortē Trebonii? Quis non dolet īteritum talis & ciuis & uiri?

A ſupero mari: adriatico.
Ab infero: Tirrheno. Media caſſia: quę uehios ducit: & Narniā: ac Peruſiā. Diſcriminat: diuidit fere per medium.
Lentonis Cęſennii ſeptenuiralis: hic unus erat ex Antonii ſoediſſimo comitatu hętruſcus: cuius etiā prius meminit. Pāſa: uocatiuus eſt. Ventidius: & hic Antonianus erat: cognomento Baſſus: fuit autem Picēs loco humili. Mater eius a Pompeio Strabōe magni Pōpeii patre ſotiali bello quo Aſculanos ſubegit: capta eſt: dꝫ parthis primus omnium triumphauit: publico funere elatus ē. Plura de eo. A. Geli⁹ libro. xiiii. Hic q̄dem etiā pręſidia habeo: ironice & in contrariū uertenda omnia. Terminalibus: die feſto termini: cui poſſeſſores agroꝝ ū uicini ſacrificabant. xi. calēdas Martias. Ouidius faſtorum libro ſecūdo. Termine ſiue lapis ſiue es defixus in agris Stipes ab antiquis tu quoq; numē habes. Pręſidium ſtatiuum: firmum & permanēs ut ſtatiua caſtra in quibus diutiſſime conſiſtit exercit⁹. Semel cecidi ſciens: quando in exilium abiit & tempori maluit cedere: q̄ ferro: cum poſſet depugnare: ut bem media nocte egreſſus. Lectis uiribus: operaꝝ clodianarum.

UVA. BHSC. IyR_187

Cum ſeptus ſis:obiectio'eſt:
cui reſpōdet. Militari uia:ui/
as publicas inquit Vulpianus
prętorias dicimus: uel conſula
res:uel militares : qua publice
iretur:& cōmearetur. Vicinaleſ
uero quę in uicis ſūt: aut i uias
ducūt. Vię priuatę quę i agris
quibus impoſita eſt ſeru tus: &
ad alterius agrum ducūt. Nū
idem:quod nūc facio. Trami
tibus:uiis anguſtioribus. Sꝫ
effugi: eſto hęc omnia euentu
ra ſint. CN. Pompeius: fuere
eodem tēpore Pōpeii illuſtres
tres. is qui Pōpeius Strabo co/
gnoiatus ē:CN. Pōpeii magni
pater. Qu. Pōpeius. L. q cū ſyl
la conſul fuit & orator illo tē/
pore haud contemnendus: ſcri
pta quędam reliquit: quod Ci/
cero tradit in claris oratoribꝰ.
& CN. Pompeius ſexti ſiliꝰ ſub
quo adoleſcētulꝰ militauit Cice
ro. Is picētes ꝑlio fudit:& obſe
dit: ꝓpter quam uictoriam Ro/
mę prętextę: aliaqꝫ magiſtra/
tuum inſignia ſumpta fuere: cō
ſul Marſos acie uicit. auctor Li
uius libro. lxxiiii. ab urb. cōdi.
Bina: Romana & Marſoꝝ.
Sylla cum Scipione: cum ro
gatiōe Sulpitii: Mithridatica ꝓ/
uincia adēpta Syllę: Mario eēt
adiecta.

At ſunt qui dicant: dure illi quidem: ſed tamen
dicunt minus dolendum : ꝙ ab homine impuro
nefarioqꝫ non cauerit. Etenim qui multorum
cuſtodem ſe profiteatur': eum ſapientes ſui pri
mum capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere. Cuꝫ
ſeptus ſis legibus & iudiciorum metu: non ſunt
omnis timenda : neqꝫ ad omnes inſidias præſidia
quærēda. Quis enim audeat luci? quis in militari
uia? quis bene comitatum? quis illuſtrē aggredi?
Hæc neqꝫ hoc tempore: neqꝫ in me ualent: nō mo
do enim pœnam non extimeſcit: qui mihi uim at
tulerit: ſed etiam gloriam ſperabit a latronū gre/
gibus & præmia. Hæc ego in Vrbe præuideo: fa/
cilis eſt circūſpectus unde exeaꝫ : quo ꝓgrediar.
quid ad dextram? qd ad ſiniſtram ſit. Num idē in
Appennini tramitibus potero facere: ī qbus etiaꝫ
ſi nō erunt inſidiæ: quæ facillime eſſe poterūt: ani
mus tamen erit ſollicitus: ut nihil poſſit de offici
is legationis attendere: ſed effugi inſidias: perru/
pi Appenninuꝫ: Nempe in Antonii cōgreſſuꝫ col
loquiumqꝫ ueniendū eſt: qui nam locus capiet?
ſi extra caſtra: cæteri uiderint: ego mortem actu/
tum futuram puto. Noui hominis furorem: no
ui effrenatam uiolentiam: cuius accerbitas moꝝ
immanitaſqꝫ naturæ ne uino qdeꝫ permixta tem/
perari ſolet: hic ira dementiaqꝫ inflammatus: ad/
hibito fratre Lucio teterrima belua nunq̄ profe/
cto a me ſacrilegas manus atqꝫ impias abſtinebit
Memini colloquia: & cum acerrimis hoſtibus &
cum grauiſſime diſſentientibus ciuibꝰ. Cn. Pom
peius Sexti filius Conſ. me præſente: cum eſſem
Tyro in eius exercitu cū. P. Vectio Scatone du
ce Marſorum inter bina caſtra collocutus eſt.
Quod quidem memini. Sex. Pompeium fratrem
Conſulis ad colloquium Roma uenire doctum
uirum atqꝫ ſapientem: quem Scato cum ſalutaſ
ſet: quem te appellem inquit? At ille uoluntate
hoſpitem: neceſſitate hoſtem. Erat in illo collo/
quio æquitas: nullus timor: nulla ſuberat ſuſpi/
tio: mediocre etiam odium. Non enim ut eripe/
rēt nobis ſotii Ciuitatē: ſꝫ ut ī eaꝫ reciperēt: pete
bāt. Sylla cū Scipiōe īter cales & Teanū: cū alter

UVA. BHSC. IyR_187

nobilitatis florem:alter belli ſotios adhibuiſſet: de auctoritate Senatus:de ſuffragiis populi & de iure ciuitatis:legis īter ſe cōditiões cōtulerūt:nō tenuit oīo colloquꝫ illud fidem:a ui tñ piculoqꝫ abfuit. Poſſum⁹ ne igiť ī Antōii latrocinio æque eſſe:& ſi hic nō poſſum⁹:aut ſi cæteri poſſūt: me poſſe diffido:ꝙ ſi non extra caſtra cōgrediemur: quæ ad colloqū caſtra ſumēť! ī noſtra ille nunq̄ uēiet:multo min⁹ nos ī illi⁹. Reliquū ē:ut & accipianť & remittāť poſtulata p lr̄as. Ergo erim⁹ ī caſtris:mea ad oīa poſtulata una ſnīa:quaꝫ cuꝫ hic uobis audiētib⁹ dixero:iſſe & rediſſe me putate. Legationē cōfecero .oīa ad Senatū mea ſnīa reiiciaꝫ quæcūqꝫ poſtulauit Antōius. Neqꝫ.n.licet aliter:neqꝫ pmiſſuꝫ ē nobis ab hoc ordine: ut bellis cōfectis decē legatis pmitti ſolet more maioꝝ. Neqꝫ ūlla oīo a Senatu mandata accepim⁹: quæ cū agam ī cōſilio nō nullis repugnantib⁹ ut arbitror:nō ne metuēdū eſt: ne īpita militū multitudo p me pacē diſtineri putet! Facite hoc meū cōſiliū legiōes nouas nō īprobare:naꝫ Martiaꝫ & Quartam nihil cogitetis: præter dignitatē & decus cōprobaturas eē. Certe ſcio ꝙ Veteranos nō ueremur:naꝫ timeri ſe ne ipſi qdē uolūt:ſed quo nam mō accipiēt ſeueritatē meam multaꝫ! Multa enī falſa de me audierūt: multa ad eos īprobi detulerunt:quoꝝ commoda : ut uos optimi teſtes eſtis:ſemp ſnīa auctoritate orone firmaui:ſꝫ credūt improbis:credunt turbulētis: credunt ſuis:

Sylla hoſtiliter cū.Qu.Pompeio ꝯſule urbē ingreſſus Mariū & ſotios urbe expulit:ad mithridaticū bellū ꝓfect⁹ ē. Octauius interim Cinnā pellit: is ꝯfugit ad ptes:redit Mari⁹ plures cędūť ſyllanoꝝ:& nobilitatis cędes:fit exul & hoſtis Sylla:ſed tandē uictor reuertīť ex Aſia:undiqꝫ ei occurriť ab īpatoribꝫ.xv.ut ipſe dicebat inimiciſſimis q̄dringentas & .L.cohortes hn̄tibꝫ.iter hos.C.Norban⁹&.L.Scipio erāt ꝯſules.ſꝫ.C.Norban⁹uict⁹ilico ē & ītra capuā clauſuſ:alteꝝ cōſulē.L.Scipionē Sylla īquanto eēt piculo ūdiqꝫ hoſtibꝫ circūclauſus aīo reputās:ad pacē eſt hortat⁹ad quā cū īclinaret ille: hita ſūt plura colloqa. Tantiſp aūt a Syllāis cū cōmeare militi ī utriuſqꝫ īpatoris caſtra libere liceret:& colloq: Scipiōis argēto corrupt⁹ ē exercit⁹& pſuaſ⁹ ut relicto duce ſuo ad Syllā trāſiret:factūqꝫ ē ut ſol⁹pene relinq̄ret Scipio. Cūqꝫ īterimi poſſꝫ dimiſſus ē. Auctores Liui⁹ lib. 85.& Plutar.ī Sylla. Inter Cales & Theanū:Cales ď quo fabuloſa quędā tradit Silli⁹:& Theanū cognomento Sidicinū oſcę gētis ī cāpania īſignia fuere oppida. Alter:ſylla: cū quo oīs erat nobilitas:nā optimatū partes fouebat. Alter:ſcipio. Sotios belli:cōmilitōes & populares. De auctoritate ſenatus: p Mariū:Sulpitiū:Norbanū:Carbonē:ac alios cōplures diminuta:& pene abolita: id.n.ꝯq̄ſt⁹ ē ſylla. De ſuffragiis:ď ſublato iure ſuffragioꝝ:cīa.n.ꝓlibidie agebāť paucoꝝ. Iure ciuitatis: q̄ āplius ius ſuū & decus ñ obtineret. Legis ꝯditiōe:de fœderibꝫ qbus ſe obligarēt. Nō tenuit fidē: ſollicitato clā muneribꝫ p emiſſos a ſylla Scipiōis exercitu:& traducto. A ui:eſt enī a cęde tpatū: & ſcipio dimiſſus: cū iterfici poſſet. Aeque: ita eē ut ſcipio fuit ꝓcul a ui & piculo. Et ſi hic ñ poſſumus:Romę ubi tuti ab ātonio ñ ſumus. Me:quē ille odit uehemētiſſime. Vna ſnia:ut oia ad ſenatū reiiciēda dicā. Vt bellis ꝯfectis: mos fuit romanis quotiēs aut populos ſubegerāt:aut regionē aliquā ī formā redegerant ꝓuīcię:ut decē aut plures mitterēt legatos q populoꝝ illoꝝ aut ꝓuīcię ſtatū ordīarēt:poſtulata publice ꝓuatiqꝫ audirēt:& q̄ ꝯcedēda eē iudicarēt:ea ꝯcederēt:rata ea hituꝝ ſenatus ſe recipiebat:ꝗnūc ſibi & collegis hoc ñ licere:aut pmiſſū eē dicit Ci.ſꝫ ut audiant dūtaxat antōii poſtulata:& ad ſenatū reiiciant. Quę cū agā ī ꝯcilio:cū antonii poſtulata ad Antoniū reiiciam. Diſtineri:differri. Hoc meū conſiliū:oia ad ſenatū reiiciendi. Certe ſcio ⁊c:occurrit obiectioni. Sed quo nam modo:etſi non timemus eos quoniam ne ipſi qdē timeri uolunt.

UVA. BHSC. IyR_187

Ad ſuã uim:uolẽtes ut ꝑ eoꝝ potẽtia oia decernam⁹ & ut ipſis libet. Hęc quoq;: eſto
tutus futurus ſit acceſſus:non erit reditus tu⁹. Vel dignitas:qua amiſſa haud magnope
in uita ſupereſſe optaſſet Cicero.

m Arci Antonii amici & fautores id egerãt in ſenatu:ut iteꝝ de ꝑace acturi ad Anto/
nium legati mitterent.
Sed quoniam commen
ticia quędam dixiſſe: & inſidio
ſe extrahere ipſam rem uoluiſ
ſe:Senatumq; in apparatu bel/
lico tardiorem reddere:comp/
ti ſuot:obtineri res non potuit.
Cicerone in primis diſſuadente
& non modo inhoneſtum:ſed
inutile: uel potius periculoſuꝫ
fore:ſi rurſus legati mittantur
proclamante. Et quoniam.M.
Lepidus ad pacem hortatur &
Antonium cũ ſuis recõciliãdũ
reſtituendũq; patrię ſuadebat:
ei⁹.Ci.frãgit auctoritatẽ:& ſen
tentiã ipugnat:Sextũ Pompeiũ
CN.filium magni ſenatus con/
ſulto laudandũ cẽſet: quoniam
ſuã reipu.opam polliceatur: &
Mutinã ꝑficiſci patiſſimũ oſtẽ/
dat:Antoniũ lacerat: eius quaſ/
daꝫ recitat lr̃as:ad ſe ab Hircio
conſule miſſas:& nefarios quoſ
dã qui ſectabantur: enumerat.
Multa diluit in ſe ab Antonio
dicta:eſt in genere deliberatiuo
oratio.Suadet enim.M.Lepido
non eſſe aſſentiendum de Anto
nio reſtituendo: exorditur autẽ
per timorem ſimulatę pacis in
quo fuit Cicero:paceꝫ ipſã lau
dat.Sed illud intuendum dicit:
poſſit ne cum omnibus pax eẽ
& ſit ne aliquod bellum: qđ ex
piandi purgandiq; gratia gera
tur:i quo bello ipſa pax niſi ex
piatum id fuerit cuius geritur
gratia:ſeruitus ſit. Inſidioſa:
fraude iniecta & agitata ab An/
tonii fautoribus: ſub prętextu
enim pacis dolus latebat ut tan
tiſper ſenat⁹ donec de pace age
retur:omnia pararet remiſſius.
Antonius uero urgeret obſidi
onem. Sylla.L.Sylla dicta/
tor. Mari⁹:C.Mari⁹ arpinas ſe
pties ꝯſul. Octaui⁹.is q ꝯſul

Sunt auteꝫ fortes illi quidem:ſed propter memo
riam reruꝫ q̃s geſſerunt pro.P.R.libertate: & di
gnitate.R.P.nimis feroces: & ad ſuam uim om/
nia noſtra conſilia reuocantes: horum ego cogi/
tationes non uereor:impetum pertimeſco. Hæc
quoqꝫ pericula tanta ſi effugero: ſatis ne tutum
reditum putatis fore? Cum.n.& ueſtra auctori/
tate & meo me more defendero?& meam fideꝫ.R.
P.conſtantiamqꝫ præſtitero:tum erunt mihi nõ
ii ſolum qui me oderunt:Sed illi etiam qui inui/
dent:extimeſcendi.Cuſtodiatur igitur mea uita
.R.P.eaqꝫ quoad uel dignitas uel natura patiet
patriæ reſeruetur:mors autem neceſſitatem habe
at:aut ſi oppetenda mors eſt:oppetatur cum glo
ria.Hæc cum ita ſint & ſi hanc legationem.R.P
ut leuiſſime dicam: non deſiderat: tamen ſi tuto
licebit ire:proficiſcar omnino.P.C.totuꝫ huiu
ſce rei conſilium non periculo meo: ſed utilitate
R.P.metiar: de qua mihi: quoniam liberum eſt
ſpatium: multum etiam atqꝫ etiam conſideran
dum puto. Idqꝫ potiſſimum faciendum: quod
maxime intereſſe.R.P.iudicauero.

## .M.T.C.i.M.Antoniuꝫ Philippica .XIII.

N principio huius belli.P.C.qđ cum
i impiis Ciuibus:ſceleratiſqꝫ ſuſcepim⁹:
Timui ne conditio inſidioſa pacis liber
tatis recuperandæ ſtudia reſtingueret.
Dulce enim nomen eſt pacis: res uero ipſa cum
iucunda:tum ſalutaris.Naꝫ nec priuatos focos:
nec publicas leges: nec libertatis iura cara habere
poteſt: quem diſcordiæ: quem cædes Ciuium:
quem bellum Ciuile delectat:eumqꝫ ex numero
hominum eiiciendum:ex finibus humanæ natu
ræ extermĩandũ puto. Itaqꝫ ſiue Sylla: ſiue Ma/
ri⁹: ſiue uterqꝫ: ſiue Octauius: ſiue Cinna: ſiue

UVA. BHSC. IyR_187

collegã expulit Cinnã de reuocãdis ferre uolentẽ exulib9:& poſtea Ipſe Mariano & Cinnano furore piit:capite a Ceſorino abſciſſo. Iteꝝ:ſecũda clade poſtq̃ ex Aſia uictor redi it. Alter Mari9:iunior q.27.ãnoꝝ ꝯſulatũ iuaſit:& pri ſęuitia ſimilis armat9 obſedit curiã:& inimicos trucidauit.Sed Preneſte a Lucretio offella obſeſſus: Põtio Teleſino iugulandũ ſe ꝓbuit: qđ Appian9 tradit plurib9. Carbo:q̃ cinanas & mariãas ptes ſecut9 eſt: uictus aũt cũ i Libyã atq; inde in Siciliã:& mox in Corſicũ fugeret:ꝯphenſus & ad Põpeium tract9:ãn ei9pedes ꝑcuſſorẽ ſenſit:caput ad Syllã miſſũ ẽ. De ꝓximo:bello ciuili Põpeiano.

iteꝝ Sylla:ſiue alter Mari9 & Carbo:ſiue qs ali9 ciuile bellũ optauit: eũ deteſtabilẽ Ciuẽ.R.P. natũ iudico.nã qd ego de ꝓxio dicã cui9acta đ ſẽdim9:cũ auctorẽ ipſiũ iuſ cæſũ fateamur! Nihil igit hoc ciue hoc hõine tetri9:ſi aut ciuis aut hõ habẽdus ẽ:q Ciuile bellũ cõcupiſcit. Sʒ hoc primũ uidẽdũ ẽ.P.C. cuʒ oib9 ne pax eẽ poſſit! an ſit aliqđ bellũ expiabile ĩ quo pactio pacis lex ſit ſuitutis. Pacẽ cum Scipiõe Sylla faciebat:non erat deſpanduʒ ſi cõueniſſẽt:fore aliquẽ tolerabilẽ ſtatũ ciuitatis.Cĩna ſi cõcordiam cũ Octauio cõfirmare uoluiſſet:hõiũʒ ĩ.R.P.ſanitas ſmanere potuiſſʒ. Proxĩo bello ſi aliqd de ſũma grauitate Põpei9:multuʒ de cupiditate Cæſar dimiſiſſet:& pacẽ ſtabilẽ & aliquaʒ.R.P.nobis hr̃e licuiſſet.Hoc uero qd ẽ!cuʒ Antõiis pax eẽ:cuʒ cẽſorino:Vẽtidio:Trebellio:Beſtia:Nucula:Munatio:Lẽtõe:Saxa! Exẽpli cauſa paucos nominaui genus ĩfinitũʒ:ĩmanitatẽqʒ ipſi cernitis ſliquoꝝ! addite illa naufragia Cæſaris amicoruʒ:Barbas: Caſſios:Barbatios:Pолliões. Addite Antõii colluſors & ſodales Eutrapelũ Melã.Celiũ.Põtiũ Craſſicũ.Tyronẽ.Muſtelã.Petuſiũ.Comitatũ reliquo: duces noĩo:huc accedunt Alaudæ: cæteriqʒ ueterani! ſeminariũ iudicũ tertiæ decuriæ: q ſuis reb9 ex hauſtis bñficiis Cæſaris đuoratis: fortũas nr̃as cõcupierũt. O fidaʒ dexterã Antõii q̃ ille plurimos ciues trucidauit. O Ratuʒ ligio ſumqʒ fœd9 qđ cũ Antõio fecerimus: hoc ſi Antõi9 uiolaſ cõnabiſ. Lucii eũ ſanctitatis a ſcelere reuocabit.Illis loc9 ſi ĩ hac urbe fuerit: Vrbi ipſi loc9 nõ erit.Ora uobis eoꝝ põite.P.C.ante oculos & maxĩe Antonioꝝ inceſſum:aſpectũ uultũ ſpirituʒ:latera tegẽtes alios:ſequẽtes alios:alios

Victorẽ:Iuliũ. Videndũ: ꝯſiderãdũ:quoniã cũ oib9 pax eẽ nõ põt:& bellũ aliqđ expiabile geriſ:qđ neceſſariũ ẽ & q̃ ſi expiãdi gr̃a:tollẽdiq; illos cũ qb9 pacẽ agere nõ poſſumus! In quo pacto pacis:ſi đ pace agamus & paciſcamur: ut pñti bello ãtonião cũ quo pax oino hr̃i nõ põt. Lex ſuitutis:iugũ ſibi ſuitutis iponere. Cũ Scipiõe:đ quo in ꝑcedẽti philippica dictũ. Cinna:L.Cor.Cina ꝯſul cũ ꝑnitioſas leges ferret & de nouis ciuib9 q min9 poſſiderẽt:ꝑ oẽs trib9 diſtribuẽdis: & de exulibus Mario.ſ. & cõplicibus reuocãdis:a Collega Octauio cũ ſex tribũis urbe puli9 ẽ: abrogatũq; ei ipiũ:ſʒ corruptũ Appii Claudii exercitũ in ptãtẽ redegit:bellũ urbi intulit:uocatis ad pileũ ſuis:aduerſarios uicit:Octauiũ iterfecit:iteꝝ & tertio ſe ꝯſulẽ fecit:lapidib9 tandẽ ob crudelitatẽ ab exercitu obrut9 ẽ. Proxĩo:ciuili põpeião. De ſũma grauitate: uidebaſ eni turpe ſibi & reipu.mime honeſtũ eẽ:qcq̃ Cęſari ꝯcedeſ:poſtulabat ãt ille galliã & illyriũ cũ duab9 legiõib9.Põpei9ꝯtra uolebat illũ:ut par erat:ꝓuatuʒ redire:& ſẽatui pere. Hinc ſeueritas erat Põpeii:ide Cęſaris impandi cupiditas. Antõiis:Marco:Lucio:Caio.hos omnes q ſe quũt & ꝯmẽorauit Ci.& cõmemoratur9 iſra ẽ. Eutrapelũ:hic ꝓpriũ ẽ:alias comẽ facetũq; ſignificat.Eutrapelia ãt urbanitas ẽ comitas:feſtiuitas. Alaudę:milites legionis alaudę. Seminariũ:ex qbus iudices electi ſunt.eſt autem ſeminariũ ſemen ipſũ. Cęſaris:Iulii. Vrbi ipſi:quę ab ipſis delebiſ. Latera tegẽtes alios:Satellites.

UVA. BHSC. IyR_187

Refixiſtis:incidebãtur enim in es:& affigebãt parieti. Ouidius Nec uerba minantia fixo Aere ligaban. Virgilius: Fixit leges precio atq; refixit. Collegam:Dolobellam. Id ipm: pax ſcilicet eſſe. Eum: qcũq; eſſet qui talia feciſſet. At icertus ⁊c:obiectio cui occurrit dicens efficiendum uirtute eẽ:ut temeritatem fortunȩ: & culpã non extimeſcãt: hoc eſt id agẽdum ut fortuna obeſſe nõ poſſit. Vix uidẽtur hȩc poſſe ſeiungi:non enim fortitudo quȩ pars honeſti eſt: ſine ſapientia poteſt eſſe : neq; uirtus ulla ex quattuor poteſt a ſapientia abeſſe. Quãuis ſit erudita:q̃uis erudite reſpõdeat. Sin reſpõderit:ſic ut reſpondere eum decet. Poſteriora libertate:ut his libertatem anteponas. Pignora iniuriȩ:obnoxia & ſubiecta iiuriȩ. Illis:ãtõio & comitib⁹.

prægredientes amicos : quam uim anhelitus ! q̃s cõtumelias fore cenſetis minaſq; uerboꝝ:niſi forte eos pax ipſa leniet:maximeq; cũ in hunc ordinem uenerint ſalutabunt benigne:comiter appellabunt unũquenq; ueſtrum. Nõ recordamini ꝑ deos immortales quas in eos ſententias dixeritis ! Acta Antonii reſcidiſtis:leges refixiſtis:per uĩ: & contra auſpicia latas decreuiſtis totius Italiæ delectũ excitaſtis! Collegam & ſotium ſcelerum omniũ hoſtem iudicauiſtis:cũ hoc quæ pax eſſe poteſt? Si eſſet externus hoſtis:tamẽ id ipſũ uix talibus factis poſſet aliquo modo. Sed ſi maria: montes:regionũ magnitudines intereſſent: odiſſes eum quẽ non uideres. Hi ĩ oculis hærebunt: & cũ licebit ĩ faucibus:quibus.n. ſeptis tam immanes beluas cõtinebimus ! At incertus exit⁹ belli eſt:eſt omnino fortiũ uiroꝝ: quales uos eſſe d̃betis:uirtute præſtare tantum : ut poſſint fortunæ culpam nõ extimeſcere. Sed quoniam ab hoc ordine nõ fortitudo ſolũ:ueꝝ etiam ſapientia poſtulatur:quanq̃ uix uidentur hæc poſſe ſeiungi: ſeiungamus tamẽ:fortitudo dimicare iubet. Iuſtum odiũ incendit:ad cõfligendũ ĩpellit:uocat ad periculum:qd ſapientia! cautiorib⁹ utitur cõſiliis:ĩpoſteꝝ prouidet:eſt omni ratiõe ꝓtectior. Quid igitur cenſet! parendum ẽ enim:atq; id optimũ iudicandum:qđ ſit ſapiẽtiſſime conſtitutum:ſi hoc præcipit : neqd uita eſtimẽ antiquis: ne decernã capitis periculo:fugiam omne diſcrimẽ:quæram ex ea etiam ne fuerit:cum id fecero: ꝓuiẽdum:ſi annuerit. Nego iſtã ſapiẽtiam:q̃uis ſit erudita:non audiam:ſin reſponderit: Tu uero ita uitam corpuſq; ꝓuato:ita fortunas: ita reꝫ familiarẽ:ut hæc poſteriora libertate ducas:atq; his uti uelis:ſi liberare Rem publicam poſſis. ne pro his libertatẽ:ſed pro libertate hæc proiicias: tanq̃ pignora iniuriæ. tum ſapiẽtiæ uocem audiũ uidear. eiq; ut deo pareã. Itaq; ſi receptis illis poſſumus eſſe liberi:uincam⁹ odium. paceq; potiamur. Sin ocium ĩcolumibus iis: ſi liber uiuis iis incolumibuſq; null⁹ eſſe poteſt Letemur decertandi oblatam eſſe fortunam. Aut enim illis

UVA. BHSC. IyR_187

interfectis fruemur uictrice.P.R. aut oppreſſa: quod omen auertat Iuppiter: ſi nō ſpiritu: at uirtutis laude uiuemus. At enim nos.M. Lepidus iterum Pontifex Maximus optime proximo ciuili bello de .R.P. meritus ad pacē adhortatur. Nulli⁹ apud me.P.C.auctoritas maior ē: q̄.M. Lepidi: uel propter ipſius uirtutem: uel propter familiæ dignitatē. Accedunt eodem multa priuata: magna eius ī me merita: ac mea quædam officia in ipſum: maximū uero eius beneficiū numero: q̄ hoc animo in.R.P.eſt: quæ mihi uita mea ſemper fuit carior. Nam cū magnum Pompeiuꝫ Clariſſimū adoleſcentē præſtantiſſimi uiri filiū auctoritate adduxit ad pacem: Remqꝫ publicam ſine armis maxīo ciuilis belli periculo liberauit: Tum me ei⁹ beneficio pluſq̄ pro uirili parte obligatuꝫ puto. Itaqꝫ ei & honores decreui: quos potui ampliſſimos: ī quibus uos mihi eſtis aſſenſi: nec unq̄ de illo & ſperare optime & loqui deſtiti: magnis & multis pignorib⁹.M.Lepidū Res publica obligatū tenet: ſumma nobilitas eſt: omnis honor: eius ampliſſimū ſacerdotium. Plurima Vrbis ornamēta: ipſius fratris: maiorūqꝫ monumenta: probatiſſima uxor: optatiſſimi liberi: res familiaris cum ampla: tum caſta a cruore ciuili: nemo ab eo ciuis uiolatus: multi beneficio & miſericordia liberati. Talis igit̄ uir & ciuis opiniōe labi poteſt: uolūtate a.R.P. diſſider̄ nullo pacto poteſt. Pacē uult.M.Lepidus: præclare: ſi talem poteſt efficere qualē nuper effecit: qua pace: cuꝫ Cn.Pompeii filiū.R.P. aſpiceret: ſuoqꝫ ſinu cōplexuqꝫ reciperet: neqꝫ ſoluꝫ illū: ſed cum illo ſe ipſaꝫ ſibi reſtitutam putauit. Hæc cauſa fuit cur decerneretis ſtatuam in Roſtris cuꝫ inſcriptione præclara: Cur abſenti triūphum: q̄q̄ enī magnas res bellicas geſſerat: & triūpho dignas: non erat tamen ei tribuendum: quod nec.L.Mumio nec Emyliano Scipioni: nec ſuperiori Africano: nec Mario: nec Pompeio: qui maiora bella geſſerūt. Sed quod ſilentio bellū ciuile confecerat: primū ut licuit honores in eū maximos contuliſtis: exiſtimas ne igit̄.M.Lepide qualē Pompeiū.R.P.

Si nō ſpiritu: ſcilꝫ uiuemus. Itez: ſecūdo. Proximo ciuili bello: Pōpeiano & inclinās ad pacem & abhorrens a credulitate. Ad pacem: cum Antonio. Familiam: lepidorū quę erat honeſtiſſima. Nam cum magnas: hęc & prius ſūt dicta.

Plus q̄ pro ui. ac ſi dicat pluſ q̄ poſſit: & facultas polliceri q̄at. Summa nobilitas: familię Omnis honos: per oēs honores cucurrerat. Eius ampliſmū ſacerdotiū: pontificat⁹ maximus. Vrbis ornamēta: quę urbs contulit: ut ipſius &. L. lepidi fratris monumenta eſſent.

Caſta a cruore ciuili: ac ſi dicat incorrupta: & ex ciuili ſanguine non conflata. Opinione: ut opinetur aliquid cōducere reipu. quod re uera iutile & inhoneſtum: putat pacem ꝓfuturam cū Antonio: quę ſine dāno & dedecore fieri non poteſt

Nuper: Cęſare trucidato: cū & armis agendum non eſſe cenſuit: & Sex. Pompeium reuocādum. Statuam: quam Cicero ſuaſit ponendam. Quod nec L.Mumio: nemini horum ē poſita ſtatua.

m

UVA. BHSC. IyR_187

Qualem Pompeiũ : Sextum
reſtitutuʒ. In altero: Põpeio.
In illis: Antoniis. Fortũa
ipſis: quę uoluit Cęſareʒ uince
re. Eruit: a Cęſare ſub haſta
uenditam. Hãc mihi diſſipa-
tionem depoſco: ut tam iniquo
animo feramus. Albanũ fir
manum: in Albano & Firmano
prędia & uillas. Anſeres: ꝓ-
pter Anſerem poetam. M. Anto
nii hoc dictum: qui laudes eius
deſcribebat: cui ĩ Falerno agꝝ
Antoniꝰ donauerat. At is nõ
reddet: Demetriũ intelligit: qui
Pompeii ſeruꝰ fuit: ſic ab eo di
lectꝰ ĩmodice : ut maiores pene
domino diuitias poſſederit : de
cuius inſolentia nonnulla Plu
tarchus: Põpeio trucidato mu-
neribus Cęſarem placauit: & ĩ
ter eius libertos numerari obti
nuit. Quaſi theſaurũ draco:
dicuntur a poetis theſauris in-
cubare dracones: ut malis heſ-
peridũ & aureo uelleri. eſt eniʒ
animal oculatiſſimũ & uigilã
tiſſimuʒ. Illud ſepties milies:
de quo ſupra. Eum: Sextum.
Quod a patre accepi: a Pom
peio Cicero in auguꝝ collegiũ
ẽ cooptatus: ut aliis ĩ locis glo
riatur: & nunc ſe filio Pompeii
quod pater eius pręſtiterat red
dituꝝ dicit. Cooptari autẽ pro
prie dicũtur: qui ſacerdotũ nu-
mero & collegio inſeruntur.
Antoniũ: qui ad Pompeii lo-
cum a Cęſare eſt cooptatus.

habitura ſit ciuem: tales futuros Antonios! in al
tero pudor: grauitas: moderatio: ĩtegritas. in illis
& cum hos cõpello prætereo illius ex grege latro
cinii neminẽ: libidines: ſcelera : ad omne facinus
ĩmanis audacia. Deĩde obſecro uos. P. C. qs hoc
ueſtrum non uidet: quod fortuna ipſa quæ dici-
tur cæca uidit! ſaluis enim actis Cæſaris quæ con
cordiæ cauſa defendimus: P õpeio ſua domus pa
tebit: eamqʒ ñ minoris q̄ emit Antõius : redimet.
Redimet inquam. Cn. Põpei domũ filius. O reʒ
acerbam: ſed hæc ſatis diu multũqʒ defleta ſunt:
decreuiſtis tantam pecuniam Põpeio : quantam
ex bonis patris in prædæ diſſipationẽ inimicus ui
ctor redegiſſet. Sed hanc mihi diſſipationẽ ꝓ pa-
terna neceſſitudine & coniunctione depoſco: redi
met hortos: ædes: urbana quædam quæ poſſidet
Antonius. Nam argentũ: ueſtem: ſupellectilem
uniuerſaʒ amittet æquo animo: quæ ille helluo:
illa belua diſcipauit. Albanum: Firmanũ a Do-
lobella recuperabit: etiam ab Antonio Thuſcu-
lanuʒ. Hiqʒ qui nunc Mutinaʒ oppugnant. D.
Brutuʒ obſident. De Falerno Anſeres depellãt.
Sũt alii plures fortaſſe: ſed mea memoria dilabũ
tur. Ego etiam eos dico: qui hoſtium numero ñ
ſunt. Põpeianas poſſeſſiões quanti emerint : filio
reddituros. Satis inconſiderati fuit ne dicam au-
dacis rem uel ullam ex illis attingere: retinere ue
ro qui poterit clariſſimo domino reſtituto! An
is non reddet : qui domini patrimoniũ circũple-
xus: q̃ſi theſaurum draco: Põpeii ſeruus: libertꝰ
Cæſaris: agri Lucani poſſeſſiões occupauit. At-
qʒ illud ſepties milies quod adoleſcẽti. P. C. ſpo
põdiſtis: Ita deſcribite: ut uideatur a uobis. Cn.
Põpeii filius in patrimonio ſuo collocatus. Hæc
Senatus: Reliqua. P. R. in ea familia : quaʒ uidit
ampliſſimam: proſequetur. In primis paternum
auguratus locuʒ: in quo ego eum: ut quod a pa
tre accepi: filio reddam: mea nominatiõe coopta
bo: utrum igitur augurem Iouis Optimi Maxi
mi cuius interprætes ĩternũciiqʒ cõſtituti ſumꝰ:
utrum. P. R. libentius ſanciet Pompeiuʒ: an An
toniũ! Mihi quidem numine deorum ĩmortaliũ

UVA. BHSC. IyR_187

uidet hoc fortunã uoluiſſe: ut actis Cæſaris fir/
mis:ac ratis. Cn. Pompeii filius poſſet & dignita
tem & fortunas patrias recuperare: ac ne illud q/
dem ſilentio. P. C. prætermittendũ puto: qđ cla
riſſimi uiri legati. L. Paulus. Q. Thermus. C.
Fannius: quoꝝ habetis cognitam uoluntateꝫ in
R. P. eamqꝫ perpetuaꝫ atqꝫ conſtantẽ: nunciant
ſe Pompeii conueniendi cauſa diuertiſſe Maſſili
am: eũqꝫ cognouiſſe paratiſſimo animo: ut cum
ſuis copiis iret ad Mutinam: an uereretur ne ue/
teranorum animos offenderet? Eſt uero eius pa/
tris filius: qui ſapienter faciebat ñ minus multa:
q̃ fortiter. Itaqꝫ intelligitis: & animum ei præſto
fuiſſe: nec conſilium defuiſſe. Atqꝫ etiaꝫ hoc. M.
Lepido prouidendum eſt: nequid arrogantius:
q̃ mores eius ferunt facere uideatur. Si enim nos
exercitu terret: non meminit illum exercitum Se
natus. P. qꝫ. R. atqꝫ uniuerſæ. R. P. eſſe: nõ ſuũ.
At uti poteſt pro ſuo. Quid tum? omnia ne uiris
bonis quæ facere poſſunt: facienda ſunt? etiam ſi
turpia: ſi pernicioſa erunt? ſi facere omnino nõ li
cebit? Quid autem turpius: aut fœdius: aut qđ
minus deceat: q̃ contra Senatum: contra ciues: cõ
tra patriam exercitũ ducere? Quid uero magis ui
tuperandum: q̃ id facere quod nõ liceat? Licet au
tem nemini contra patriam ducere exercitũ. Siq
dem licere id dicimus: quod legibus: quod moꝝ
inſtitutiſqꝫ cõceditur. Neqꝫ. n. qđ quiſqꝫ poteſt:
id ei licet: nec ſi non obſtatur: propterea etiam p/
mittitur. Tibi enim exercitum Lepide tanq̃ ma/
iorib⁹ tuis patria pro ſe dedit. Hoc tu arcebis ho/
ſtem: fines Imperii propagabis: Senatui. P. qꝫ. R
parebis. Siquam ad aliam rẽ te forte traduxerit:
hæc ſi cogitaſſes. M. Lepide. M. Lepidi Pontifi/
cis Maximi fueris pronepos: Sin hominibus tan
tum licere iudicas: quantuꝫ poſſunt: uide ne alie
nis exemplis hiſqꝫ recentib⁹ uti: q̃ antiquis & do/
meſticis malle uideare. Quod ſi auctoritatem in
terponis: ſine armis: magis quideꝫ laudo. Sed ui/
de ne hoc ipſum non ſit neceſſe. Quanq̃ enim eſt
tanta in te auctoritas: quanta debet in homine no
biliſſimo: tamen Senatus ipſe non ſe contemnit.

Legati: qui ad Sex. Põpeium
cum ſenatus mandatis miſſi fue
rant. Omnia ne uiris bonis:
non quicquid licet: idem & libe
re debet. Si non obſtatur: ic/
circo enim non obſtatur: quod
reſiſti ſępe improbe agentibus
non poteſt. M. Lepidi: is eſt
M. Lepidus qui temporibus fu
it tertii punici belli: & ſenat⁹ pn
ceps ſextis cenſoribus lectus ẽ.
Moriturus iaꝫ pręcepit filiis le
cto ſe ſtrato ſine liteis: ſine pur
pura efferrent: in reliquũ fun⁹
ne plus q̃ ęris denos conſume/
rẽt: imaginum ſpecie: non ſum
ptibus nobilitari maximoꝝ ui
rorum funera ſolere: meminit
huius Valerius maximus: titu/
lo de fide publica: & Alexãdriã
cum Ptolemęus filio ſuo popu
lũ romanũ tutorem reliqſſet:
bis conſulem: & pontificem ma
ximũ dicit fuiſſe: ãpliſſimiqꝫ ui/
ri ſanctitatem reipu. uſibꝰ & ſa
cris operatũ externę procurati
oni uacare uoluiſſe. Huius fili/
us prętor nõnullas urbes Car
thagini circũpoſitas expugna/
uit. Proconſul aduerſus uacce
os pugnans cladem ſimilem ei:
quam Mancinus ad Numantiã
paſſus eſt: & huius. M. hic Lepi
dus: ad quem loquitur Cicero
nepos fuit. Alienis: abhorrẽ
tibus a moribus eius priſtinis.
Recẽtibus: Iulii. Si aucto
ritatem interponis: ſi repugnaꝛ
uis: abſqꝫ armis repugnato.
Non ſe contemnat: honoris
ſui non obliuiſcatur.



UVA. BHSC. IyR_187

L.Planco:qui tenebat ulte/
riorem Galliam. Quattuor
cõſules:quoꝝ duo in magiſtra
tu erant Panſa & Hircius: duo
deſignati.D.Brutus:&.L.Plan
cus. At periculuȝeſt ne op.
& ſi uiſus eſt Cicero ad prę̨ſen
tem Lepidũ loqui aberat tñ il/
le:& in Gallia erat:in Hiſpaniã
profectus: nũc pacem ſuadẽ
tium reſpondet obiectionibus:
qui futurum dicebãt ut oppri/
merentur :ſi Lepidus quoq; ar
ma iferret patrię: quod erat du
bitandũ. Is:Lepidus. Qui
fortũati ſũt:fœlices & ãpli in re
pu. Sanior:prudentior. Il
lum:Antoniũ. Ob hoc unũ
factum:ꝙ impoſuit diadema cę
ſari. Eius pueritia : Antonii.
Libidines eoꝝ:Iulii cui ſeſe
ſubſtrauerat. Eum:Iuliũ:quẽ
tyrannum diadema imponens
uoluit eẽ. Archipirata: latro
num:& pirataꝝ qui prędones ĩ
mari ſunt princeps.

Nec uero fuit unq̃ grauior: cõſtantior: fortior:
Incenſi omnes rapimur ad libertatem recuperan
dam.Non poteſt ullius auctoritate tantus Sena
tus.P.q;.R.ardor extĩgui:odimus:irati pugna
mus:extorqueri de manibus arma non poſſunt:
receptui ſignum aut reuocationẽ a bello audire
non poſſumus:ſperamus optima:pati uel diffici
lima malumus q̃ ſeruire.Cæſar confecit inuictũ
exercitum:duo fortiſſimi Conſules aſſunt cum
copiis.L.Planci Cõſ.deſig.Varia & magna au/
xilia ñ deſunt:de.D.Bruti ſalute certatur.Vnꝰ
furioſus gladiator cum deterrimoꝝ latronũ ma
nu contra patriam:cõtra deos penates:cõtra aras
& focos:contra quattuor Conſules gerit belluȝ:
huic cædamus? huius conditiones audiamus? cũ
hoc pacem fieri poſſe credamus? At periculũ eſt:
ne oprimamur:nõ metuo:ne is qui ſuis ampliſſi
mis fortunis:niſi nobis ſaluis frui nõ poſſit:pro/
dat ſalutem ſuam:bonos ciues primũ natura ef/
ficit:adiuuat deĩde fortuna.Omnibus enĩ bonis
expedit ſaluam eſſe Rem publicaȝ.Sed in iis qui
fortunati ſunt magis id apparet.Quis fortuna/
tior Lepido ut ante dixi? Quis eodem ſanior? ui/
dit eius mœſticiam:atq; lachrymas.P.R.Lup/
calibus: uidit q̃ abiectus eſſet: q̃ confectus:cum
Cæſari diadema imponens Antonius ſeruum ſe
illius: q̃ Collegam eſſe malebat.Qui ſi reliquis
flagitiis & ſceleribus abſtinere potuiſſet: tamen
unum ob hoc factuȝ dignum illum omni pœna
putarem.Nam ſi ipſe ſeruire poterat: nobis do/
minum cur imponebat? Et ſi eius puericia pertu
lerat libidĩes eoꝝ:qui erant in euȝ Tyranni:etiaȝ
ne in noſtros liberos dominum & Tyrannuȝ cõ/
parabat? Itaq; illo interfecto:qualem eum in nos
eſſe uoluit:talis ipſe in cæteros extitit.In qua.n.
barbaria quiſq̃ taȝ teter: tam crudelis Tyrannꝰ:
q̃ in hac Vrbe armis barbarorum ſtipatus Anto
nius? Cæſare dominante ueniebamus in Senatuȝ:
ſi non libere:attamẽ tuto:hoc archipirata:Quid
enĩ dicam Tyranno:hæc ſubſellia ab Ithyreis oc
cupabantur.Prorupit ſubito Brunduſiũ:ut ĩde
agmine quadrato ad Vrbẽ accederet: lautiſſimũ

UVA. BHSC. IyR_187

oppidum: nūnc municipium honeſtiſſimorum quondam colonorum Sueſſam fortiſſimorū militum ſanguine impleuit. Brunduſii in ſinu non modo auariſſimæ ſed etiam crudeliſſimæ uxoris delectos Martiæ legiōis Cēturiones trucidauit. Inde ſe quo furore: quo ardore ad Vrbē ideſt ad cædem optimi cuiuſq; rapiebat? quo tempore dii ipſi īmortales præſidium improuiſum: nec opinantibus nobis obtulerunt. Cæſaris enim incredibilis ac diuīa uirtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit: quem tamen ille demens lędere ſe putabat edictis: ignorans quæcunq; falſo diceret in ſanctiſſimū adoleſcentem ea uere recīderent ī memoriam pueritiæ ſuæ: ingreſſus urbem eſt: quo comitatu uel potius agmine cum dextra ſiniſtra gemente .P.R. minaret̄ dominis: notaret domos: diuiſurum ſe Vrbem palā ſuis polliceret̄: rediit ad milites: Ibi peſtifera illa Tyburi cōtio: Inde ad Vrbem curſus: Senatus ī Capitoliū: parata de circunſcribēdo adoleſente ſententia Conſularis. Cum repente: nam Martiam legionem Albæ conſediſſe ſciebat: affertur ei de Quarta nuncius: quo perculſus abiecit conſiliū referendi ad Senatum de Cæſare. Egreſſus eſt nō uiis ſed tramitibus paludatus: eodemq; die ipſo innumerabilia .S.C. fecit. Quæ quidem omnia citius lecta q̄ ſcripta ſunt. Ex eo non iter ſed curſus & fuga in Galliam. Cæſarem ſequi arbitrabatur: cum legione Martia: cū Quarta: cū ueteranis: quorum ille nomē præ metu ferre non poterat: eiq; in Galliam penetranti. D. ſe Brutus obiecit: qui ſe tutius belli fluctibus circumiri: q̄ illū aut egredi: aut progredi maluit. Mutinamq; illi exultanti tanq̄ frænos furoris iniecit: quam cum operibus munitionibuſq; ſepſiſſet: nec eū florentiſſimæ Coloniæ dignitas: neq; Conſ. deſignati maieſtas a parricidio deterreret: Tum me: teſtor & uos &. P.R. & omnes deos qui huic Vrbi præſident: īuito & repugnante Legati miſſi tres Cōſulares ad latronem. M. Antoniū gladiatorū ducem. Quis tam barbarus unq̄: tam īmanis: tam ferus? Non audiuit: non reſpondit: neq; eos ſolum

Dominis: domorum. Sententia conſularis: quā Antoni⁹ conſul perſcriptā attulerat cōtra Octauium: ut circūſcriberetur: & hoſtis haberet̄. Nō uiis: quę ſunt amplę: & frequētantur. Tramitibus: qui ſūt in deuiis. Citius lecta: p̄ ſcriptam enim attulerat. Cęſarē: Octauium. Sequi: pone ire: & inſequi. Egredi: conuerti Romam uerſus. Progredi: ī Galliam ulteriorem.



UVA. BHSC. IyR_187

De ſingulis ſententiis: ipſaꝝ litteraꝝ. Antonius Hircio & Ceſari: initium Antonii litteraꝝ in quod diſputat. Alienū nomen: neqꝫ enim ſe cōſulem aut ĩpatorē dixit: ſed tantū Octauium: ſciebat enim tale nomen ſibi non conuenire. Seduxit: cum extra curiam detinuit: rem agentibus & Ceſarem occidentibus coniuratis. Scurrā: ſic uocat quoniam Trebonius pater urbaniſſimus extitit.

præſente ſed multo magis nos a quibus illi erant miſſi: ſpreuit: & pro nihilo putauit. Poſtea qđ ſcelus quod facinus parricida non ædidit? circunſedit colonos ueſtros: exercitū. P.R. Imperatorem Conſ. deſignatū: agros diuexat Ciuium optimoꝝ hoſtis deterrimus: omnibus bonis cruces ac tormenta minitatur. Cuꝫ hoc. M. Lepide pax eſſe quæ poteſt? cuius ne ſupplicio quidem ullo ſatiari uideť poſſe. Po.Ro. Quod ſiquis adhuc dubitaŕ potuit: qn nulla ſotietas huic ordini. P. qꝫ. Ro. cum illa importuniſſima belua poſſit eē: deſinat profecto dubitare: His cognitis litteris: quas mihi miſſas ab Hircio Conſule modo accepi. Eas dum recito: dumqꝫ de ſingulis ſententiis breuiter diſputo. P.C. ut adhuc feciſtis: me attēte audiatis. Antoniꝰ Hircio & Cæſari: neqꝫ ſe imperatorem: neqꝫ Hirciū Conſulem: nec Po.Ro. præter Cæſarem: ſatis quidem hæc ſcite: deponenere alienum nomen ipſe maluit: q̄ illis ſuuꝫ reddere. Cognita morte. C. Trebonii nō plus gauiſus ſum: q̄ dolui: Videte quid ſe gauiſum: quid ſe doluiſſe dicat: facilius de pace deliberabitis: dediſſe pœnas ſceleratum cineri atqꝫ oſſibus clariſſimi uiri & apparuiſſe numen deoꝝ intra finem anni uertentis: aut iam ſoluto ſupplicio parricidæ: aut ĩpendente lætandum eſt. O ſparthace quem enim te potius appellem? Cuius propter nefaria ſcelera tolerabilis fuiſſe uideť Catilia. Lætandū eſſe auſus es ſcribere: Trebonium dediſſe pœnas? ſceleratum treboniū? quo ſcelere? niſi ꝙ te Idibus Mar. a đbita tibi peſte ſeduxit? age hoc lætaris? uideamus quid moleſte feras: hoſtem iudicatum hoc tempore Dolobellam: eo ꝙ ſicarium occiderit & uideri cariorem. Po.Ro. filiuꝫ ſcurræ: q̄. C. Cæſarem patriæ parentem ingemiſcendum eſt. Quid ingemiſcis? hoſtem Dolobellam iudicatū? Quid te non intelligis delectu tota Italia habito Conſ. miſſis Cæſare ornato ſagis deniqꝫ ſumptis hoſtem iudicatum? Quid eſt autem ſcelerate qđ gemas hoſtem Dolobellam iudicatuꝫ a Senatu: quem tu ordinē omnino eſſe nullum putas. Sed eam tibi cauſaꝫ belli gerēdi proponis: ut Senatū

funditus deleas. Reliqui boni & locupletes om-
nes ſummum ordineꝫ ſubſequantur: At ſcurræ
filium appellat: quaſi uero ignotus nobis fuerit
ſplendidus Quirites Trebonii pater. Is auteꝫ hu
militatem deſpicere audet cuiuſq̄: qui ex eadem
ſuſtulerit liberos. Acerbiſſimum uero eſt te. A.
Hirci ornatum eſſe beneficiis Cæſaris & talem ab
eo relictum: qualem ipſe miraris. Equideꝫ nega-
re non poſſum a Cæſare Hircium ornatum: Sed
illa ornamenta in uirtute & induſtria poſita lu-
cent. Tu uero qui te ab eodem Cæſare ornatum
negare non potes: quid eſſes: ſi tibi ille non tam
multa tribuiſſet! & quo te tua uirtus prouexiſſet!
& quo genus! in luſtris: popinis: alea: uino tem-
pus ætatis omne conſumpſiſſes: ut faciebas cum
ingremiis mimarum menteꝫ mentumqꝫ depone-
res. Et te o puer: puerum appellat quem nō mo-
do uirum: Sed etiam fortiſſimū uirum ſentit: &
ſentiet. Eſt iſtud quideꝫ nomen ætatis: Sed ab eo
minime uſurpandū eſt: qui ſuam amentiaꝫ huic
præbet ad gloriaꝫ. Qui omnia eius nomini debes:
debet uero ſoluitqꝫ præclare. Si enim ille patriæ
pater eſt: ut tu appellas: Ego quid ſentiam: uide-
ro. Cur non hic parens uerior: a quo certe uitaꝫ
habemus e tuis facinoroſiſſimis manib' ereptaꝫ!
Id agere ut iure damnatus ſit Dolobella: Turpē
uero actionem qua defenditur ampliſſimi aucto
ritas ordinis contra crudeliſſimi gladiatoris amē
tiam. Et ut uenefica hæc liberetur obſidiōe: Ve
neficam audes appellare eum uiruꝫ qui tuis ue-
neficiis remedia inuenit: quem ita obſides noue
Annibal aut ſiquis acutior imperator fuerit: ut
te ipſe obſideas: neqꝫ iſtinc: ſi cupias: poſſis expli
care. Receſſeris! undiqꝫ omnes inſequentur: man
ſeris: hærebis. Ni mirum recte ueneficam appel-
las: a quo tibi præſentem peſtem uides compara
tam: ut q̄ potentiſſimus ſit Caſſius atqꝫ Brut':
putes Cenſorinum dicere: aut Ventidium: aut
etiam ipſos Antonios. Cur autem nolim poten-
tes eſſe non modo nobiliſſimos uiros: ſed ſecum
etiam in. R. P. defenſione coniunctos: nimirum

Ex eadem: humilitate: ex filia
lia. M. Fundi Bambaliōis liber
tini hominis & ſi locupletiſſi-
mi. Acerbiſſimum: Antoni'.
Mimarum: ut Volumnię.
Et te o puer: ātoni' ad Octa
uium. Qui omnia eius nomi
ni debes: Antonius. Eius: Iu
lii. Hic: Octauius. Id age-
re: ſcilicet te decet Octaui. Et
ut uenuſtiora hęc: Antonius.
Acutior: iratior nobis Anni
bale.

m 4

UVA. BHSC. IyR_187

Vt q̃ potentiſſimus: Antonius. Hoc agis Octaui ut Brutus & Caſſius ſint q̃ potẽtiſſimi. Putes Cenſorinum: Cẽſorinus & Ventidius flagitioſi fuere: & in Antonii ptibus. Cũ in qt Brutũ & Caſſiũ nominas: Cenſorinũ & Ventidiũ noiare te exiſtimas. Nimiꝝ: Antoni us: ſic aſpicitis nũc caſtra ueſtra inqt ut priora aſpexiſtis Põpeii caſtra: quę ſẽatũ uocatis Duo prętores: Cenſorinus &. C. Antoni⁹. Sine cauſa: nã cũ acta Cęſaris ſtatuerem⁹ firma eẽ: beneficia quę ille con ceſſit mutari nolum⁹. Pręto rii: q pręturã geſſere. Inno cens: ironice & Antonii enume rat comitatũ. Aedilitii: ędili tate fũcti. Lateꝝ & uocis meę beſtia: ſcilicet fraudator: ꝑ hoc de ãbitu a Sextio accuſato dixit Cicero: Ipſe i epiſtola ad Quin tũ fratrẽ: Dixi ꝑ Beſtia de ãbitu ap̃ pretorẽ CN. Domitiũ: in fo ro medio maximo cõuentu: ici diq; i eũ locũ dicẽdo cũ Sexti⁹ multis in tẽplo Caſtoris uulne ribus acceptis ſubſidio Beſtię ſeruat⁹ eẽt. Lateꝝ: quę firma oportet eẽ dicẽtibus: nã ea attol lit & deprimit reſpiratio. Cato libro d'ſenectute. Cũ ego qnq; &. xl. ãnos nat⁹ legẽ uoconiam uoce magna: & bonis lateribuſ ſuaſiſſem. Fidei patron⁹ frau dator Trebelli⁹: ironice fidei pa tron⁹. ſupius. vi. philippica. In quit o fides: Hoc puto Trebel liũ ſũpſiſſe cognomen. Frauda tor uero quoniam creditores fraudauerat. Dirupt⁹: Herni oſũ fuiſſe credim⁹. Rupti. n. uo cant̃ qbↄ in ſcrotũ cadũt iteſti na. Martialis. Qui ſanet ruptoſ dic mihi Galle qs ẽ. Dirutus: cõuulſo & diſſipato pĩmonio Colum̃e: pnceps. Delitiaꝝ cã: oblectatiõis grã. Septẽui rales: diuidũdis agris cũ. L. An tonio pfecti: T. Hoſtili⁹: is diſ cedens ab urbe relicto impato re ſuo: cũ ꝑdere eũ nõ ualuiſſ;: nomẽ ſuũ portę urbis ĩſcripſit: & ſe uere patrię hoſtẽ fore ꝑfeſſus ẽ. Iſauri: ap̃ Iſauꝝ Lycaonię oppidũ. unde nomen re gioni: quã. P. Seruili⁹ ſubegit: adeptus inde iſaurici cognomen. Balneator: is ẽ q bãlneis pẽeſt: & pciũ ab adeũtibus ꝑ balneatura exigit. Martialis. Quos diuidebat balneator eli xus. Redit: redire uult: & ut redeat conat̃. Diſſimillimis: ac ſi dicat & alii plures hoc idẽ agũt: ut redire armis uelint in patriã: nõ adeo ſcelerati: ut. C. Plãcus ẽ. Fracta ſunt: Aqla eni Cẽturio fregerat: & tñ uiuebat. Decius: de quo ſupius dictũ philippica. xi. iro nice autem ait ab illis ut opinor Deciis. Vt munere Cęſaris: multa enim huic largitus erat Antonius: idq; ex Iulii cõmentariis facere dicebat. Vt tanq̃. Saxã: ex Celtiberia.

eodem modo hæc aſpicitis: ut priora. Quæ tan dem Caſtra Pompeii Senatum appellatis? An ue ro tua caſtra potius Senatum appellaremus: ĩ q bus tu es uidelicet Conſularis? cuius totus Con ſulatus ex omni monumentorũ memoria reuul ſus: duo Prætores ſine cauſa diffiſi ſe aliquid ha bituros. Nos enĩ Cæſ. beneficia defendimus: Præ torii Philadelphus. Annius: & innocens Galli us. Edilitii Coricus: laterũ & uocis meæ Beſtia: & fidei patronus: fraudato Trebellius: & homo dirupt⁹ dirutuſq;. Q. Celius: columenq; ami coꝝ Antonii Cotula. Vari⁹. Quos Antõius deli tiaꝝ cauſa loris ĩ cõuiuio cædi iubebat a ſuis pu blice. Septẽuirales Lento Nucula tũ delitiæ atq; amores. P. R. L. Antõi⁹ tribinutii primũ duo de ſignati. T. Hoſtili⁹ q ſuo iuř ĩ porta nomẽ ĩſcri pſit: q cu; ꝑdere ĩpatorẽ ſuũ nõ potuiſſet: reliqt: alter ẽ deſignat⁹ Viſeius neſcioqs fortis ut aiũt latro: quẽ tñ tẽperantẽ fuiſſe ferũt Iſauri balnea torẽ. Secunt̃ alii tribunitii. C. Planc⁹ ĩprimis: q ſi Senatũ dilexiſſ;: nunq̃ Curia; ĩcẽdiſſet: quo ſce lere damnat⁹ ĩ eam Vrbẽ redit armis: a qua exceſ ſerat legib⁹: ſ; hoc ei cõmũe cũ plurimis diſſimil limis. Illud tñ ueꝝ quod ĩ hoc Planco ꝓuerbii lo co dici ſolet: perire cũ ñ poſſe: niſi ei crura fracta eẽnt: fracta ſũt: & uiuit: hoc tamẽ ut alia multa: Aqlæ ferť acceptũ: ẽ etia; ibi Deci⁹ ab illis ut opĩ nor maiorib⁹ Deciis. Itaq; ut mũere Cæſaris De cioꝝ qdẽ multo ĩteruallo p hunc præclarũ uirũ memoria renouata ẽ. Saxam uero Decidiũ præte

UVA. BHSC. IyR_187

Alter: Saxa Socereñꝰ cognoĩe. Exitiꝰ: is Græcus erat Philadelphi: q & ipſe ſceleratiſ
ſimus fuit: & Antonio chariſſimꝰ frater. Mutauit calceos: aut tranſmarinũ & externum
ĩnuit fuiſſe: q calceis erat prius gypſatis: nã creta a rgẽtaria pedes uenalitioꝝ trãſmare ad
uectoꝝ illinere maiores ꝯſueuerũt: quod Pli. tradidit: Hinc Tibullus ait. Vera loquor re-
gnũ ipſe tenet: quẽ ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre catasta pedes. Et Iuuenalis de Cri
ſpino inqt. Nup in hãc urbem
pedibɔ q uenerat albis. Aut re
uera illud ẽ. Depoſuiſſe calceos
Aſiniũ: qbus utebatur prius: &
quos ignobiliores geſtabãt: ne
qꝫ. n. oẽs eodẽ utebãtꝫ calciatu:
patritii nanqꝫ & nobiliores ni-
gros ferebãt calceos luna ĩſcri
pta: ueluti ab Euãdro & arcadi
buſ deriuati q palatiũ tenuerũt
& ſe añ lunã natos crediderũt:
auctor Plutarchꝰ i quæſtiõibɔ.
Horatiꝰ. Nã ut qſqꝫ ĩſanꝰ nigriſ
mediũ ĩpedit crus Pellibɔ: & la
tũ diuiſit pectore clauũ. Martia
lis. Lunata nuſq̃ pellis: & nuſq̃
Toga. Et patritiorũ qdẽ calcei
Mullei uocabantꝫ: q p̃us reguʒ
albanoꝝ fuere: qđ ait Põpeius
Fe. M. Marcellũ: q a Magio
Cilõe cliẽte ſuo Athenis pcuſſꝰ
ẽ pugiõe ſecũdũ aurẽ cuʒ tñ ei
pepercisset cæſar: a Cicerõe illa
pulcherrima orõne exoratꝰ: cu
ius initiũ ẽ: Diuturni ſilẽtii pr̃eſ
ꝯſcripti. De hoc Marcello plu-
ra in epiſtolis li. iiii. Eiꝰ: Sul
pitiũ collegã ĩ ꝯſulatu. Duo
cõſules: quo tp̃e fugit ex urbe
Põpeiꝰ: & in Epiꝝ traiecit: ꝯſu-
les erãt. C. Marcellꝰ: q. M. mar
cello: & Seruio Sulpitio ſucceſ
ſerant eos ſignificat Cicero: &
C. qdem. M. marcelli patruelis
frater fuit. Bibulũ: M. Bibu-
lũ: đ quo plura Cicero ĩ epiſto
lis & Tranqllus ĩ Iulio uiꝝ pa-
triæ ſtudioſiſſimũ & ꝯſtãtiſſimũ
L. Domitiũ: q corfinii captꝰ
& dimiſſus a cæſare ẽ: ac poſtea
in pharſalica pugna ab ãtonio
occiſus. Appiũ Claudiũ: pa-
truelis is frater Appii Clodii fu
ĩt: Ciceroni ĩfeſtiſſimi: ſocer Se
xti Põpeii: q CN. Põpeii magni
filius erat: ad quẽ ſũt multæ Ci-
ceronis epiſtolæ. Sectorem:
CN. Pompeii: Antoninm: qui bona Pompeii redemit a Cæſare: quæ poſtea uenderet.

rire q poſſuʒ hominẽ deductũ ex ultimis gẽtibꝰ
ut Tr. Pl. uideremꝰ: quẽ ciueʒ nunq̃ uideramꝰ.
Eſt qdẽ alter ſocerenas: oẽs tñ tantaʒ habẽt ſimili
tudinẽ ĩter ſe: ut ĩ eoꝝ prænominibꝰ errẽ. Nec ue
ro Exitiꝰ Philadelphi frater Quæſtor prætermit
tẽdꝰ ẽ: ne ſi de clariſſimo adoleſcẽte ſiluero: ĩui-
diſſe uideat Antõio. Eſt etiaʒ Aſiniꝰ qdaʒ Sẽator
uolũtariꝰ lectꝰ: ipſe a ſe aptam curiaʒ uidit poſt
Cæſaris mortẽ: mutauit calceos: pr̃ Cõſcriptus
repẽte factꝰ ẽ. Nõ noui Sex. Albediũ: ſʒ tñ nemi
nẽ tam maleficũ offendi: q illũ negaret dignum
Antõii Senatu. Arbitror me aliquos præteriſſe.
De his tñ q̃ occurrebant: tacerꝫ ñ potui. Hoc igitꝫ
fretꝰ Senatu Põpeianũ Senatũ deſpicit: ĩ quo de
ceʒ fuimꝰ Cõſulares: q ſi oẽs uiuerẽt bellum oĩo
hoc ñ fuiſſʒ: auctoritati ceſſiſſet audacia. Sʒ q̃tuʒ
præſidii fuerit ĩ cæteris: hĩc ĩtelligi poteſt: qꝫ ego
unꝰ relictꝰ e multis cõtudi & fregi adiuuantibꝰ
uobis exultantis prædõis audaciaʒ. Quod ſi for-
tũa nobis mõ ñ eripuiſſʒ Ser. Sulpitium: eiuſqʒ
collegaʒ. M. Marcellũ: quos ciues quos uiros! ſi
duos Cõſſ. amiciſſimos patriæ ſimul ex italia eie
ctos. Si. L. Affraniũ ſũmũ Ducẽ: ſi. P. Lentulũ
ciuẽ cũ ĩ cæteris rebꝰ: tũ ĩ ſalute mea ſingulareʒ:
Si Bibulũ cuiꝰ ẽ ĩ. R. P. merito ſemp laudata cõ
ſtãtia: ſi. L. Domitiũ præſtantiſſimũ ciuẽ: ſi Ap
piũ Claudiũ pari nobilitate & uolũtate præditũ:
Si. P. Scipionẽ clariſſimũ uiꝝ: maiorũqʒ ſuoꝝ
ſimillimũ. R. P. tenerꝫ potuiſſʒ: certe his cõſulari
bꝰ ñ eẽt Põpeianꝰ deſpiciẽdꝰ Sẽatꝰ. Vtꝝ igitꝫ æqꝰ
Vtrũ meliꝰ. R. P. fuerit. Cn. Põpeiũ: an ſectorẽ.
Cn. Põpeii uiuere Antõiuʒ! Quid uero Prætori
os quoꝝ prĩceps. M. Cato: idẽqʒ oĩũ gentiũ uir
tute prĩceps! Quid ĩliquos præclariſſimos uiros

UVA. BHSC. IyR_187

commemorem? noſtis omnes magis uereor ne lō/gū3 me in enumerando: q̄ ne ingratum in prætereundo putetis. Qui Edilitii? Qui tribūitii? Qui Quæſtorii? Qui multi tales? Senatoꝝ & dignitas & multitudo fuit: ut magna excuſatiōe opus iis ſit: qui illa in caſtra non uenerunt. Nūc reliqua attendite. Victum Ciceronem duce3 perſequit̃. Epiſtolam Antonii audiſtis: eo libentius Duce3 audio: ꝙ certe ille dicit īuitus. Na3 de uicto. Ni/hil laboro: fatū. n. meu3 eſt ſine Re Publica nec uinci poſſe: nec uīcere. Macedonia3 munitis exercitib⁹ & qdē fratri tuo: q a uobis nihil degenerat extorſim⁹: Africā cōmiſiſtis Varo bis capto: hic cū. C. fratre putat ſe litigar̃. In Syria3 Caſſiū miſiſtis. Nō igit̃ ſentis huic cauſæ orbē terræ parer̃te extra munitiōes tuas ueſtigiū ubi īprimas: nō habere? Proh ī hac cauſa Caſca3 tribunatū gerer̃ paſſi eſtis? Quid ergo ut Maryllū: ut Cæſarē ēt a. R. P. remouerem⁹ eu3 ꝑ quē ut neq3 ide3 hoc poſthac: neq3 multa huiuſmodi accider̃ poſſēt: cōſecuti ſumus? uectigalia Iuliana Lupercis ademiſtis: Lupercorum mentionem facere audet? neq3 illi⁹ diei memoria3 ꝑhorreſcit: quo auſus ē obrutus uino: unguētis oblitus: nudus: gemētē. P R. ad ſeruitutē cohortari. Veteranoꝝ Colonias deductas lege. S. C. ſuſtuliſtis: Nos ſuſtulimus? an cōtra legē cōitiis cēturiatis latā ſanxim⁹? uide

.M. Cato: qui ſe occidit. In illa caſtra: in quę tot illuſtres ſenatores uenere. Victum Ciceronē ducem perſequitur: ſic dicebat Antonius: Ciceronem ſe non ſenatum perſequi: & ducē intelligebat puto aduerſę ſibi factionis. Nihil laboro: nā cū uniuerſa re pu. uictus fuit. Fratri tuo: C. Antonio: de quo prius dictū. Africā cōmiſiſtis Varo bis capto: antonius: Cicero ſubiicit: ſic loquitur cū Hircio conſule & Octauio: ut cū. C. fratre litigare ſolet. Plures uero Vari fuere: ſed duo pompeianas & ſenatus ꝑtes ſecuti: Attilius Var⁹ q Pōpeii in Libya ductor exercitus: q occiſo Pōpeio & ꝑtibꝰ ī Africa ſupatis: Pōpeii liberos ſecutus: i ipſo oceani hoſtio cū Didio claſſis Octauii duce conflixit: & is de quo loqt̃ nūc Cicero: q fuit uir cōſularis: a triūuiris poſtea ꝓſcript⁹: & a liberto ꝓditus ſeſe in mōtes ꝓripuit: & in palude latuit Minturnēſi: dephenſuſq; a minturnenſibus cū eē ſe latronē a pricipio aſſeueraret: & ad ſuppliciū traheretur: faſſus tādē q eēt: & a Turmę ductore agnitus: occiſus eſt auctor Appianus. Is pōpeianis bellis bis a cęſarianis capt⁹ fuerat & dimiſſus. In Syriā Caſſiū miſiſtis: Antonius. Erat aūt Syria ꝓuincia Dolobellę decreta. Caſſio aūt mādauerat ex Ciceronis ſnia ſenat⁹ ut Dolobellam hoſtē iudicatu3 poſt occiſū Trebonium ꝑſequeret̃: & ex Syria pelleret. Extra: pręter. Munitiōes: quas Mutinā oppugnaturus extruxerat. Pro in hac cauſa: Antonius Caſca primus fuit: qui Cęſaris pectuſ pugiōe percuſſit. In hac cauſa: tam fœda: ſic dicebat antonius. Quid ergo: id uellet antonius ut eos qui profuerunt: a re publica remoueremus: Nam profuit Caſca: profuere Maryllus & Cęſenius. C. Maryllus & Cęſenius Tribuni ple. cum Antonius lupercalibus capiti Cęſaris diadema ſemel atq; iterum imponere: uoluiſſet: reiectumq; ab eo ſtatuę eius impoſuiſſet: illico abſtulerunt: laudatiq; propterea a populo uehementer ſunt. Sed haud multo poſt a Cęſare magiſtratu priuati. plura de iis Appianus commentariis bellorum ciuilium ſecundo. Idem hoc: quod paſſi ſumus ſub Iulio. Vectigalia Iuliana lupercis ademiſtis: Antonius conqueritur uectigalia a Iulio lupercorum collegio decreta: adempta eē. Decreuerat aūt Iuli⁹ lupcis reddit⁹ ex qbuſdā publicis uectigalibꝰ. ē aūt uectigal qđ ex publico & ꝓuato capit̃ locato. Veteranoꝝ coloniā deducta lege: & hoc obiiciebat āto̅i⁹: qđ negat Cicero. Lege: Iulia. Comitiis cēturiatis: acſi dicat tuas ſubſtulim⁹ ꝑperā latas hāc a

UVA. BHSC. IyR_187

Iulio rite:& comitiis cēturiatis cōprobauimus. Hoꝝ aūt comitioꝝ:quę centuriata uocabātur:uis omnis penes potentiores erat:cū ex promiſcuo ſuffragioꝝ genere curiata conſtarent:ut ex Liuio Dionyſio & A. Gelio colligitur. Perditi:īprobiſſimis moribꝰ. In eū locū:in exilium. Maſſilienſibus ꝛc:& hoc obiiciebat Antonius. Iura: quę adempta a Iulio uictis:ſenatus eo trucidato reddidit:quod & ſupius ē dictū. Eā ciuitatem:Maſſiliā.

ne tu Veteranos:tamē eos q erant perditi: pdideris:in eumq; locum deduxeris : ex quo iam ipſi ſentiunt ſe nunq̄ exituros. Maſſilienſibꝰ iura bello adēpta reddituros uos pollicemini. Nihil diſputo de iure belli:magis facilis diſputatio eſt : q̄ neceſſaria:illud tamē aduertite. P. C. qs ſit huic Rei Publicæ natus hoſtis Antoniꝰ: tantope eam ciuitatē oderit:quā ſcit huic Rei Publicæ ſemp fuiſſe amiciſſimā. Neminē Pōpeianū q uiuat:tenere lege Hircia dignitates qs quā iam legis Hirciæ mentionē facit! Cuiꝰ nō minꝰ arbitror latorē ipſū:q̄ eos de qbꝰ lata ē:penitere:oīo qdē mea ſētētia legē illā appellare fas nō ē:& ut ſit lex: non debemꝰ illā Hircii legē putare. Apuleiana pecunia Brutū ſubornaſtis. Quid ſi oībꝰ ſuis copiis excellētē uiꝝ. R. P. armaſſet!quē tandē bonū pœniteret!nec.n. ſine pecunia exercitū alere:nec ſine exercitu fratrē tuū capere potuiſſet. Securi pcuſſos Petū & Menedemū Ciuitate dōatos & hoſpites Cæſaris laudaſtis. Nō laudamus:qđ ne audiuimus qdē:ualde .n. nobis in tanta pturbatione R. P. de duobus neqſſimis græculis cogitandū fuit. Theopōpū nudū expulſū a Trebonio confugere Alexandriā neglexiſtis. Magnū crimen Senatꝰ:de Theopōpo ſūmo homīe neglex imus: q ubi terraꝝ ſit:qd agat:uiuat deniq;:an mortuus ſit:qs aut ſcit!aut curat!Ser. Galbā eodē pugione ſubcinctū in caſtris uidetis. Nihil tibi de Galba reſpōdeo fortiſſimo & cōſtantiſſimo ciue: corā aderit:præſēs tibi ipſe & ille quē inſimulas pugio rūdebit. Milites aut meos:aut ueterāos cōtraxiſtis: tanq̄ ad exitū eoꝝ q Cæſarē occiderāt: & eoſdē nec opināẗes ad quæſtoris ſui: aut Imp. aut cōmilitonū ſuoꝝ picula impuliſtis. ſ. uerba dedimus : decepimus. Ignorabat legio Martia Quarta:neſciebāt ueterani qd agerent. Nū illi Senatus auctoritatē: an libertatē. P. R. ſequebant!

Neminem Pompeianū: Hircius in ptibus fuit Cęſaris:quo uictore & reꝝ potito:Tr. ple. legem tulit:ut nullus Pōpeianus gerere aliquem magiſtratū poſſet. Tenere:ſcilicet fas eſt.

Cuius:legis. Latorē:Hircium. De quibus:ꝯtra quos.

Vt:quāuis ſit lex:quoniā rite lata. Apuleiana pecunia : Antonius. C. Apuleius ī Macedonia magiſtratus erat quo tēpore Brutus illuc acceſſit:Cęſare occiſo quibuſcūq; rebus potuit Brutū iuuit:& pecūias ſuppeditauit publicas quas collegerat quęſtor. De hoc Brutꝰ ī epiſtola ad Ciceronē. De Domitio & Apuleio quid attinet me ſcribere:cū ipſi per ſe cōmendatiſſimi ſint. Apuleiū uero tua auctoritate ſuſtinere debes. Sed Apuleius in ſua epiſtola celebrabit.

Tuū fratrem:C. Antoniū:ut ſupra dictum. Securi percuſſos:a Bruto in Macedonia. Ciuitate donatos:a Cęſare Iulio : & eius hoſpites:& Antonii ſunt uerba. Theopompū: myrna pulſum:& item Antoniꝰ. De Theopompo:Cicero reſpondet cum deriſu. Ser. Galbā: hūc inſimulabat Antoniꝰ cędis Cęſaris: & unū ex percuſſoribus fuiſſe dicebat. Eodem pugione:quo Cęſarem percuſſit. Milites aut ꝛc:& hęc Antonius.

Quęſtoris ſui:generaliter dicit ad id īpuliſtis:ut aut quęſtorem ſuum qui me ſequi uolebat aut me occiderent. Scilicet uerba dedimus:reſpondet Cicero:ſic loquitur Antonius:quaſi deceperimus nos legiones.

UVA. BHSC. IyR_187

Fatalem:fatis decretam: quo
niam uoluerunt fata tyrannuꝫ
perire. Cum re:effectu & ue/
re. Sꝫmaximũ:Cicero audite
inqt pr̃es cõſcripti maximũ cri
men uerboꝝ Antonii : qui inqt
quid non probauiſtis factũ ab
aliis:aut non feciſtis ? Quid
faciat ſi reuiuiſcat: ſcilꝫ Cęſar.
Quid ? Cicero reſpondet.
CN.Pompeiũ:Antoniꝰ imi/
tari aït nos oportebit CN.Põ/
peiũ ut ſenatui ſeruiamus:ſicut
ille ſeruiuit:aut filium eius Sex
tum ſiquid Romę potuerit.
Poſtremo:Antonius. Ego
uero:Cicero. Quid hoc? An
tonius: hoc quod tacitis placet
ne ueteranis militibus q uobis
cũ ſũt:ac ſi dicat minime: & poſ
ſunt ad me tranſire. Nihil ui
di tam integꝝ:Cicero.Nihil tã
liberũ illis eſt q̃ te oppugnare
Antoni:Te enim ſemel deſeren
tes offenderũt. Quoniã uos:
Antonius. Venenatis: in qui
bus re uera uenenũ latet. Ve
niſtis:uenditi eſtis. Veneo eniꝫ
paſſiuę eſt ſignificationis:ut ue
nit uiliſſima reꝝ Hic aqua. De
prauati aut:Cicero.q.d. mĩme:
neqꝫ enim corrũpere opus fuit:
ut te peſſimũ omniũ ꝑſequerēt
At militibus:Antoniꝰ. Mo
ror:differam. Eum:Brutum.
Quã benigne:Cicero.& irõi
ce. Per quos ſi nõ ſtetiſſet : q
niſi fuiſſent:hoc ẽ niſi Antoniũ
deſeruiſſent: nõ prius Dolobel
la occidiſſet Treboniũ:q̃ Anto
nius.D.Brutum. Imperatori
ſuo:Iulio. Parentaſſet:ſacrifi
caſſet: & ueluti uictimam imo/
laſſet.Eſt enim parentare mor
tuis ſacrificare:unde parentalia
ſacra mortuoꝝ:de quibus Oui
dius in faſtis. Etiaꝫ collegę:
in conſulatu. Concordię: an
tonius. Parum:Cicero.

Cæſaris ulciſci mortem uolebant : quam omnes
fatalem fuiſſe arbitrabantur : te uidelicet ſaluũ:
beatuꝫ:florentem eſſe cupiebant. O miſer cũ re:
tum hoc ipſo ꝙ non ſentis q̃ miſer ſis: Sed maxi/
mũ crimen audite. Deniqꝫ qđ non aut probaui/
ſtis:aut feciſtis! Quid faciat:ſi reuiuiſcat! Quid!
credo afferet aliquod ſcelerati hominis exẽplũ:
Cn. Pompeium imitaturi ſumus:aut filium eiꝰ
ſi domi poſſit:poterit:mihi crede: naꝫ paucis die
bus & in domos & in hortos paternos ĩmigrabit.
Poſtremo negatis paceꝫ poſſe fieri:niſi aut remi/
ſero Brutum:aut frumẽto iuuero. Alii iſtuc ne
gant. Ego uero ne ſi iſta quidem feceris:unq̃ te/
cum pacẽ huic ciuitati futuraꝫ puto. Quid hoc!
placet ne ueteranis iſtis! quibus ad huc omnia in
tegra ſunt:nihil uidi tam integrum : q̃ ut oppu/
gnare Imperatorem ĩcipiant:quem tanto ſtudio
conſenſuqꝫ offenderint. Quoniam uos aſſenta/
tionibus & uenenatis muneribus ueniſtis: depra
uati aut corrupti ſunt:quibus perſuaſum ſit fœ
diſſimum hoſtem iuſtiſſimo bello perſequi. At
militibus ĩcluſis opem fertis:nihil moror eos ſal
uos eſſe & ire quo lubet: ſi tamen patiuntur peri
re eum:qui meruit:q̃ benigne:deniqꝫ uſi liberali
tate Antonii milites Imperatorem reliquerunt:
& ſe ad hoſtem metu ꝑterriti contulerũt:ꝑ quoſ
ſi non ſtetiſſet : non Dolobella prius imperatori
ſuo q̃ Antonius etiam Collegæ parentaſſet. Cõ
cordiæ factam eſſe mẽtionem ſcribitis in Senatu:
Et legatos eſſe Conſulares quinqꝫ:difficile ẽ cre
dere eos qui me præcipitem egerint : æquiſſimas
conditiones ferentem : & tamen ex his aliquid re
mitter̃ cogitantem:putare aliquid moderate aut
humane eſſe facturos:uix etiam ueriſimile eſt:q
iudicauerint Dolobellam hoſtem ob rectiſſimũ
facinus: eoſdem nobis parcere poſſe idem ſentien
tibus : parum ne uidetur omnium facinorum ſi
bi cum Dolobella ſocietateꝫ initam confiteri ! nõ
ne cernitis ex uno fõte omnia ſcelera manare! ipſe
deniqꝫ fatet̃ :hoc qdẽ ſatis acute:ñ poſſe eos q ho
ſtẽ Dolobellaꝫ iudicauerĩt ob rectiſſimũ facinꝰ:
ita.n.uidet̃ Antõio ſibi parcer̃ idẽ ſẽtiẽti:qd huic

UVA. BHSC. IyR_187

facias: q hæc litteris mẽoriæq; mandarit: ita ſibi conueniſſe cum Dolobella: ut ille Treboniun: & ſi poſſet etiam Brutum Caſſium diſcruciatos necaret. Eademq; inhiberet ſupplicia nobis: con ſeruandus ciuis cum tam pio iuſtoq; fœdere. Is etiam querit̃ conditiões ſuas repudiatas : æquas quidem & uerecundas: ut haberet Galliam ulti/mam aptiſſimam ad bellũ renouandum inſtruẽ/dumq; prouinciam: ut Alaudæ in tertia decuria iudicarent: ideſt ut perfugiũ ſcelerum eſſent cu; turpiſſimis. R. P. ſordid⁹ ut acta ſua rata eſſent: cuius nullum remanet Conſulatus ueſtigium: Cauebat etiam. L. Antonio qui fuerat æquiſſi/mus agri priuati & publici decempedator Nucu la & Lentone Collega. Quamobrem uos potius animaduertite utrum ſit elegantius : & partibus utilius Trebonii mortem perſequi: an Cæſaris: & utrum ſit æquius concurrer̃ nos quo facilius reuiuiſcat Pompeianoꝝ cauſa totiens iugulata: an conſentire ludibrioſiſſimis inimicis. Si eſſet iu gulata: nunq̃ exurgeret: quod tibi: tuiſq; contin gat: utrum inquit elegantius : atq; hoc bello de elegantia quæritur : & partib⁹ quid utilius: par/tes furioſæ dicuntur. In foro: in curia: bellu; cõ/tra patriam nefarium ſuſcepiſti: oppugnas Mu/tinam: circunſedes Conſ. deſignatum : bellu; cõ tra te duo Cõſſ. gerunt: cumq; his. P. R. Cæſar cuncta contra te Italia armata eſt: iſtas tu partes potiuſq̃. P. R. defenſionem uocas? Poti⁹ ne Tre bonii mortem: q̃ Cæſaris perſequimur. Trebõii ſatis perſecuti ſumus : hoſte iudicato Dolobel la: Cæſaris mors facillime defenditur obliuione & ſilentio. Sed uidete quid moliatur! cum mortẽ Cæſaris ulciſcendam putat: mortem proponit ñ iis ſolum qui illam rem geſſerunt : Sed iis etiam ſiqui non moleſte tulerũt. Quibus utri noſtrũ ceciderint: lucro futurum eſt. Quod ſpectaculũ adhuc ipſa fortuna uitauit: ne uideret unius cor poris duas acies laniſta Cicerõe dimicantes : qui uſq; eo fœlix eſt: ut eiſdem ornamẽtis deceperit uos: qb⁹ deceptũ Cæſarẽ gloriat⁹ ẽ: pergit ĩ mea maledicta: q̃ſi uero ea pulcherriĩe priora præceſ/

Eademq; ĩhiberet ſupplicia uobis: ironice: quia ſi illos pdĩ uellet: etiã uoſ pdẽdos curaret. Cõſuãdos: ironice. Nullũ ueſtigium: cum acta eius oĩa re ſciderimus. Cauebat: cautũ eſſe uolebat in conditionibus. Aequiſſimus: ironice. De/cempedator: agroꝝ diuiſor: De cempeda ptica eſt decem pedũ qua architecti & agrimenſores utuntur. Nucula: ſcilicet col lega. Quamobrẽ uos potius animaduertite: Antoni⁹. Ele gantius: pulchrius. Concur rere: cõuenire & conſentire. Iugulata: uicta penitus. Si eſſet iugulata: Cicero. Cõtin gat: ut iugulemini. Partes: tuę dicũtur furioſę. Illam rem: mortem cęſaris. Quib⁹ utri noſtꝝ: Antoni⁹. Vtri noſtrum uel egõ cum meis: uel uos cum ueſtris. Quibus: inimicis: nã cohęret cũ ludibrioſiſſimis ini micis. Quod ſpectaculũ : ut caderemus: & Antonius loquit̃ Vnius corporis: unius uolũ tatis me & uos. Quaſi ea: q̃ſi ipẽ prior pulcherrime dicat: & non reſponſuꝝ me ſibi perſua/deat. Inuſtum: tranſlatio ab equo cui nota ſit cauterio ut co gnoſcatur ex quo ſit armento.

UVA. BHSC. IyR_187

Patrē:Iuliū. Cui⁹ hō igratiſſime flamina reliquiſti: diuini honores mortuo Iulio Antonii lege decreti ſūt:ut puluinar haberet:ſimulachꝝ flamineꝫ & Antonius quidem flamen optatus:ſed neq; iauguratus ē unq̄ & honorem Cęſari datum lege ſua deſeri paſſus ē: ut philippica ſecūda dictum ē. Ex quo ingratum nūc uocat Cicero. Flaminiū uero eſt dignitas & miniſterium flaminis. Valeri⁹ maxim⁹. Flaminio abire iuſſi ſūt.

Mihi quidem: Antoni⁹. Cōſtat:certum conſtitutumq; eſt.

Sāctiſſimi uiri:ironice. An optimi cuiuſq;: ſic conſpirauerat ut optimi cui⁹q; ſedes & bona urbem & Italiam diuiderēt.

Ne Lepidi ſocietatem inireꝫ: Antonius:& a ſuperioribus pēdet Antonii uerbis: nec patiar: & ſic loquitur quaſi totum haberet Lepidū:ut in Cęſaris Iulii cauſa habuerat. Id agis:ut inſanus aut impius credatur Lepidus:ſi tecuꝫ habeat ſocietatē.

Nec plancum prodere: Antonius.ſcilicet patiar.

ſerint quem ego inuſtum ueriſſimis maledictorum notis tradam hōinū memoriæ ſempiternæ. Ego Laniſta:& enim nō inſipiens: deteriores enī iugulare cupio:meliores uincere. Vtri ceciderit ſcribit lucro nobis futurum: præclarum lucrū: quo lucro te uictorē:Quod dii omē auertant beata mors eorum futura ſit: qui e uita exceſſerint ſine tormētis. A me deceptos ait:eiſdem ornamētis Hircium:& Cæſarem. Quod quæſo adhuc a me eſt tributū Hircio ornamentum!nam Cæſari plurima & maiora debentur:deceptum autem patrem a me Cæſ. dicere audes! tu tu inquam illum occidiſti Lupercalibus:cuius homo ingratiſſime flaminia cur reliquiſti! Sꝫ iam uidete magni & clari uiri admirabilem grauitatē:atqꝫ conſtantiam. Mihi quidem conſtat: nec meam quidem cōtumeliam: nec meorum ferre:nec deſererē partes quas Pompeius odiuit:nec ueteranos ſedibus ſuis moueri patiar:nec ſingulos ad cruciatū trahi:nec fallerē fidē quaꝫ dedi Dolobellæ. Omitto alia:fidem Dolobellæ ſanctiſſimi uiri deſerere homo pius nō poteſt:quam fidem!an optimi cuiuſqꝫ ſedes:urbis:& Italiæ partitiones: ſentētias dandarum:diripiendarumqꝫ prouīciarum. Naꝫ quid erat aliud quod inter Antoniū & Dolobellam impuriſſimos parricidas fœdre ac fide ſanciretur! Ne Lepidi ſocietatem uiolare piiſſimi hominis. Tibi cum Lepido ſotietas!aut cum ullo n̄ dicam bono ciue:aut ſicut ille eſt: ſed homine ſano. Id agis ut lepidum aut impium aut inſanuꝫ exiſtimari uelis. Nihil agis:quanq̄ affirmare de aliquo difficile eſt: De Lepido præſe rtim:queꝫ ego metuam nunquam: bene ſperabo dum licebit. Reuocare te a furore Lepidus uoluit: non adiutor eſſe dementiæ. Tu porro ne pios quidē: ſed piiſſimos quæris: & quod uerbum omnino nullum in lingua latina eſt: id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Nec Plancuꝫ prodere participem conſiliorum. Plancū participē! Cui⁹ mēorabilis ac diuīa uirt⁹ lucē affert R.P. niſi forte ſubſidio tibi uenire arbitraris cū fortiſſimis legionb⁹: magno eqtatu: peditatuqꝫ

UVA. BHSC. IyR_187

Gallorum! quiq; niſi ante aduentum eius.R.P. pœnas dederis:ille huius belli feret principatu;: q̄q̄ enim prima præſidia utiliora.R.P.ſint:tamē extrema ſunt gratiora. Sed iam ſe colligit: & ad extremum incipit philoſophari.Si me rectis ſenſibus euntem dii īmortales:ut ſpero: adiuuerīt: uiuam libenter. Si autem aliud me fatu; manet: præcipio gaudia ſuppliciorꝝ ueſtrorum.Nam ſi uicti Pompeiani tam inſolentes:uictores quales futuri ſint:uos potius experiemini: præcipias licet gaudia: non enim tibi cum Pōpeianis ſed cu; uniuerſa.R.P.bellum ē: omnes te dii: homines ſummi:medii: imſimi:ciues:peregrini:uiri:mulieres:liberi:ſerui oderunt. Senſimus hoc nuper falſo nuntio:uero propediem ſentiemus: quæ ſi tecum ipſe recolis:æquiore animo & maiore conſolatione morieř.Deniq; ſumma iudicii mei ſpectat huc:ut meoru; iniurias ferre poſſim: ſi aut obliuiſci uelint ipſi feciſſe aut ulciſci parati ſunt una nobiſcum Cæſaris mortem:hac Antonii ſententia cognita dubitaturos ne.A.Hirciū.C.Panſam Conſſ.putatis quin ad Antonium tranſeant! Brutum obſideant! Mutinam expugnare cupiant! Quid de Panſa & Hircio loquar! Cæſar ſingulari pietate adoleſcens: poterit ne ſe tenere:qn D. Bruti ſanguine pœnas patrias perſequatur! Itaq; fecerunt uti his litteris lectis ad munitiōes propius accederent.Quo maior adoleſcēs Cæſar maiore deorum īmortalium beneficio.R.P. natus eſt:qui nulla ſpecie paterni nominis:nec pietate unq̄ abductus eſt:Intelligit maximam pietatem conſeruatione patriæ contineri: ꝙ ſi partiu; certamen eſſet: quaꝝ omnino nomē extinctum eſt: Antonius ne potius & Ventidius ptes Cæſaris defenderent: q̄; Cæſar adoleſcēs ſūma pietate & memoria parētis ſui! Deinde Panſa & Hircius q quaſi cornua duo tenuerunt:Cæſaris: tum cū ille ueř ptes uocabanť.Hæ uero quæ ſūt ptes!cū alteris Senatꝰ auctoritas.P.R.libertas.R.P.ſalꝰ ꝓpoſita ſit:alteris cædes bonoꝝ: Vrbis:Italiæq; ptitio.Vēiamꝰ aliq̄n ad clauſulā.Legatos uēire nō credo:bn̄ me mouit:bellū qđ uēiant:ꝓpoſito

Prima pſidia:prima auxilia. Se colligit:reſipiſcit:& ſapeř incipit. Si me rectis ſenſibus: Antoniꝰ. P rǽcipio gaudia: prǽripio & occupo me ipſū occidens:& gaudia inimicorum. Prǽcipias licet:Cicero. Falſo nūtio:quo allatū fuerat piiſſe. Hac Antonii ſententia: totus hic locus ironice legendu; eſt:neqꝫ eni; tale quicq̄ fecerat ii ad quos ſic Antonius ſcripſerat:ſed propius ad eius acceſſerant munitiones oppugnaturi. Recollitis:repetitiſ & recogitatis. Deniqꝫ:Antoniꝰ. Quo: pp qđ. Nulla ſpecie:nullo reſpectu. Abductꝰ:auocatꝰa cōtubernio. Partiū:ut iactat ātoniꝰ. Eaꝝ duces:nō Antoniꝰ& Ventidius: ſed Cǽſar adoleſcēs & Panſa & Hircius duces eēnt: ſed extinctǽ omnino ſūt. Duo cornua:aciei Cǽſaris dextrū & ſiniſtrum:quǽ & caput dicunť ac pes:in quas ptes acies a fronte per totam ſui altitudinem ſecatur. Alteris:uobis. Alteris:Antoniis. Clauſulam:cōcluſionem:nam clauſula ē breuis concluſio.Cicero in epiſtola ad Curionem.Vtar illa clauſula qua ſoleo: & ſunt Antonii uerba:Veniamus aliquando ad clauſula;. Bene me mouit:Cicero.nam ſuadeo non eſſe mittēdos legatos. & proficiſci ego nolo. Bellum: bella res:ironice. Veniant:eant.

UVA. BHSC. IyR_187

Ceſar:Octauiꝰ. P̃ris:Iulii.
Cũ uenerit:ãtoniꝰ. Quin tu:
Cicero. Si hęc uideret: quę
ipſe profitetur Antonius. Eie
ctos:ex Italia. Bruti:Decimi.
De mandatis & litteris: ad ſe
natũ. V.C.Seruilio:uiro cla
riſſimo ut de his referaẽ:ſic eni
ille cẽſuerat. Cum hoc.S.C.
de.M.Lepido faciendo.

præſertim exemplo Dolobellæ: ſanctiores erunt
credo maioreqꝫ iure Legati: q̃ duo Conſſ. con/
tra quos arma fert.q̃ Cæſar cuius patris Flamen
eſt:q̃ cõſ.deſignatus:quẽ oppugnat: q̃ mutina:
quam obſidet:q̃ patria:cui igni ferroqꝫ minitaẽ.
cũ uenerit quæ poſtulat:cognoſcaꝫ.Quĩ tu abis
in malam peſtem:malũqꝫ cruciatuꝫ: ad te quiſq̃
ueniat niſi Ventidii ſimilis? oriens incendiũ: qui
reſtinguerent:ſũmos uiros miſimus. Repudia/
ſti:nunc in tantam flammaꝫ tamqꝫ inueteratam
mittamus? cũ locum tibi relictum non modo ad
pacẽ:ſed ne ad deditionẽ quidẽ feceris.Hanc ego
epiſtolam.P.C.non quo illũ dignũ putareꝫ:re/
citaui:ſed ut confeſſionibꝰ ipſius omnia patefa/
cta eius parricidia uideretis. Cum hoc pacẽ.M.
Lepidus uir ornatiſſimꝰ omnibus & fortunæ &
uirtutis bonis:ſi hæc uideret:Deniqꝫ aut uellet:
aut fieri poſſe arbitrareẽ:priꝰ undas flammamqꝫ
ut ait poeta neſcio quis:prius dẽiqꝫ omnia q̃ aut
cũ Antoniis Reſpublica.Aut cũ Republica An/
tonii redeant in gratiam.Monſtra quædam ſunt
iſta:& portenta & prodigia.R.P. moueri ſedibꝰ
huic Vrbi melius eſt: atqꝫ in alias:ſi fieri poſſit:
terras demigrare: unde Antonioꝝ nec facta nec
nomẽ audiat:q̃ illos Cæſaris uirtute eiectos Bru
ti retentos intra hæc mœnia uidere.Optatiſſimũ
eſt uincere.Secundũ eſt nullum caſuꝫ pro digni
tate & libertate patriæ non ferendũ putare:quod
reliquuꝫ eſt:non eſt tertiũ:ſed poſtremũ omniũ
maximam turpitudinẽ ſuſcipeẽ uitæ cupiditate.
Quæ cum ita ſint de mandatis litteriſqꝫ.M.Le/
pidi.V.C.Seruilio aſſentior:& hoc ampliꝰ.Cẽ
ſeo:magnum Pompeiũ.Cn.F.pro patris maio/
rũqꝫ ſuoꝝ animo ſtudioqꝫ in.R.P.ſuaqꝫ priſti/
na uirtute:induſtria: uolũtate:feciſſe:ꝙ ſuaꝫ eo
rumqꝫ:quos ſecũ haberet:operaꝫ Senatui.P.qꝫ.
R.pollicitus eſſet.Eamqꝫ reꝫ.S.P.qꝫ.R. grataꝫ
acceptamqꝫ eſſe: eiqꝫ honori dignitatiqꝫ eam reꝫ
fore.Hoc uel coniũgi cum hoc.S.C.licet:uel ſe
iungi poteſt: ſeparatimqꝫ perſcribi: ut proprio
S.C. Pompeius collaudatus eſſe uideatur.

Finis Philippicæ.XIII.

UVA. BHSC. IyR_187

Vdiuerat legatos Antonius ut eſt dictum prius:mãdata ſenatus ſpreuerat: de quo
a & Ciceronis in primis acerbe nimis cõqueſtus fuerat:obſidere & oppugnare Mu
tinam non deſtiterat:Nec diſceſſurum inde propalam dixerat:niſi conceſſam ſibi a
populo romano prouinciam pulſo Decimo obtineret:percuſſoribus & bonis omnibus.
Sed Ciceroni ante omnes minatus mortem erat:fame laborabat:Decimus uer appetebat:
quare Hircius & Octauius:pro
pius Mutinam caſtra poſuere:
poſt plurima ſed leuia & eque-
ſtria & pedeſtria certamina: pu
gnatũ tãdem eſt: totis utriuſq;
exercitus uiribus : uictus eſt &
fugatus Antonius:Romę nun
ciata res ẽ:ſ3 tumultuarię.Mul
ti cenſebãt deponenda ſaga : &
ad priſtinũ ueſtitum redeundũ
Diſſuadet Cicero. Et quoniã to
tiens cum Antonio concurſum
eſt:totq; utriq; cędes ędite:nõ
eſſe ulterius differendum dicit:
quin hoſtis ille iudicetur: cum
pręſertim ſupplicationes decer
nantur:quę nõ niſi uictoria de
hoſtibus habita decerni ſolent.
ſcelera cõmemorat. L.Antonii:
& in Parmenſes crudelitatem.
De quibuſdam diſſipatis rumo
ribus & timore pluriu3 ac ſuo
multa dicit:quędã de ſe prędi-
cat. Laudat Octauiũ:de hono-
re illis tribuẽdo refert: q. p pa
tria ceciderunt:ſuã in fine dicit
ſententiã:& qnqginta dierũ cen
ſet decernẽdas ſupplicationes:
ac ꝯſtituta a ſenatu militibꝰ p̃-
mia pſoluẽda. Eſt in deliberati
uo genere oro:ſtatim diſſuadet
ſaga mutãda eẽ togis: id quod
plures faciendum cenſebant.

Arbitramur:nõ etiã cõpertũ
habemꝰ.D.Brutũ obſidione li-
beratũ. Lęticię riſus ſatis ẽ:
ut rideamus & hilares ſimꝰ.or
do autem eſt. Riſus lęticię ſatis
eſt:uictorię pugnę clariſſimę:
reditũ ad ueſtitũ cõfectę uicto
rię reſeruatę. Deinde cras ſa
gati prodeamus: ſi acceperimꝰ
adhuc obſideri Decimum.

Huic fauere ſententię: ut ad
priſtinũ ueſtitum redeamus.

Vnius ciuis:Bruti. Tolli-
te hanc: qua Bruto inuidetur.

## .M.T.C.in.M.Antoniũ Philippica.XIIII.

m Vltis ex litteris quæ recitatæ ſũt .P.
C.ſceleratiſſimorum hoſtium exer-
citum cæſum fuſũq3 cognoui:ſicut
id quod etiam omnes maxime opta-
mus:ex ea uictoria quæ parata eſt: conſecutum
arbitramur .D. Brutum egreſſum iam Mutina
eſſe ſi cognouiſſem:propter cuius periculum ad
ſaga iiſſemus:propter eiuſdem ſalutẽ redeundu3
ad priſtinum ueſtitum ſine ulla dubitatione cen
ſerem. Ante uero q̃ ea res quam auidiſſime Ciui
tas expectat allata ſit:leticiæ riſus ſatis eſt maxĩæ
præclariſſimæq3 pugnæ:reditum ad ueſtitum cõ
fectæ uictoriæ reſeruate:confectio autem huius
belli eſt .D. Bruti ſalus. Quæ autem eſt iſta ſen-
tentia:ut in hodiernum diem ueſtitus mutetur?
Deinde cras ſagati prodeamus? Nos uero cum ſe
mel ad eum quem cupimus optamuſq3: ueſtitũ
redierimus:id agamus ut eum in ppetuum reti
neamus. Nam hoc quidem cum turpe eſt : tũ ne
diis quidem immortalibus gratum ab eorunde3
aris ad quas togati adierimus ad ſaga ſumenda:
diſcedeř. Atq3 animaduerto .P.C. quoſda3 huic
fauere ſententiæ:quoru3 ea mens: idq3 conſiliu3
ẽ:ut cum uideant illu3 glorioſiſſimum .D. Bru
to futurum diem: quo die propter eius ſalutem
redierimus ad ueſtitu3 : hunc tantum ei fructu3
eripeř cupiant:ne memoriæ:poſteritatiq3 proda-
tur: ꝑpter unius Ciuis periculum .P.R. ad ſa-
ga iuiſſe : propter eius ſalutem rediſſe ad togas:
tollite hanc: nulla3 tam prauæ ſententiæ cauſam
reperietis. Vos uero .P.C. conſeruate auctorita
tẽ ueſtram:manete in ſententia: tenete ueſtra me
moria quod ſæpe oſtendiſtis. Huius totius belli
in unius uiri fortiſſimi & maximi uita poſitum
eſſe diſcrimen ad .D. Brutum liberandum Lega



UVA. BHSC. IyR_187

Sortiti: ut alter Romę uiue/
ret: alter in Galliā ꝓficiſcerent.
Cęſar: Octaui⁹. Primis pe
ſtibꝰ: quę a. M. ātōio patę erāt:
& iminebāt: cū Brunduſio redi
ret: niſi Octaui⁹ obſtitiſſet. Do
lorē domeſticū: de patris cęde.
A quo: Panſa. Inibi: in eo
ipſo loco. Spe: quā nūc cōci
pim⁹ euaſiſſe Brutū. Vim for
tunę: quę adhuc poſſet Bruto
obeſſe obſeſſo. Significatio:
oſtendebāt eni ſe Ciceroni aſſē
tiri. Et a Propr. ſic legendū
ē ꝓpretore. ſ. Octauio. Ter
tio Cęſaris prelio: quo Octaui
us cōflixit: ſi hoſtes fuere anto/
niani: quoꝝ ſanguis a militibꝰ
nr̄is ē effuſus: pietas in patriam
militū noſtroꝝ ſūma fuit: eorū
dē uero nefariū ſcelus uocādū
ſi ciuiū ſanguinē effudere. Sed
hoſtes fuere nō ciues: quoniaꝫ
oēs hoſtes ſcelere anteceſſit.
Niſi mucrōes ⁊c: qđ ridicu/
lum eſſe dicit. Supplicatiōeſ:
oſtendit uehementer errare qui
decernendas cenſeant ſupplica
tiōes: & gratulandū diis imorta
libus: ac ciues n̄ hoſtes dicant
cęſos: quaſi ꝓbaturi dii ſint de/
cretas ꝑ ciuiū cędibus ſuppli/
catiōes. Gratę: ac ſi dicat mi/
nime. De iprobis inqt & au
dacibus: uerba ſūt aduerſarioꝝ
de iprobis & audacibꝰ ciuibus
uictis decernuntur ſupplicatio
nes. Clariſſim⁹ uir: Qu. Fu/
ſius: aut Piſo. Quę ſūt ⁊c: Sꝫ
hęc maledicta in urbanis litib⁹
uſurpant: nec iiuſte: nā q accu
ſantur in foro & in ciuilib⁹ cau
ſis iprobi dici ſolēt: & audaceſ.
Euelli inter ⁊c: deprauat⁹ lo
cus ē & euellūt terminos legen
dū. Irōice aūt inqt ſic iprobi &
audaces & Antonius: & qui eū
ſectant uocandi ſūt: ut in litibꝰ
ciuilibus appellāt: qui ſceleris
quippiā cōmittunt: cuius cū ac
cuſantur: iprobi dicūtur: & au/
daces: ut q terminos euellūt: te
ſtamēta falſa ꝑ ueris ſubiiciūt:

ti miſſi principes Ciuitatis: qui illi hoſti ac parr
cidæ denuntiarent: ut a Mutina diſcederet: eiuſ/
dem. D. Bruti conſeruandi gratia Conſ. ſortiti:
ad bellum profectus. A. Hircius cuius imbecilli
tatem ualitudinis animi uirtus: & ſpes uictoriæ
cōfirmauit: Cæſar cum exercitu comparato pri/
mis peſtibus. R. P. liberaſſet: nequid poſtea ſce/
leris oriretur: profectus eſt ad eundem Brutum
liberandum: uicitqꝫ dolorem aliquem domeſti/
cum patriæ charitate. Quid. C. Panſa egit aliud
delectibus habendis: pecuniis cōparandis. S. C.
faciendis grauiſſimis in Antonium: nobis cohor
tandis. P. R. ad cauſam libertatis uocando: niſi
ut. D. Brutum liberaret! A quo. P. R. frequens
ita ſalutē. D. Bruti una uoce depopoſcit: ut eam
non ſolum commodis ſuis: ſed etiam neceſſitati
uictus anteferret. Quod ſperare nos quidem de/
bemus. P. C. aut inibi eē aut iam eſſe confectuꝫ.
Et ſpei fructum rei conuenit & euentui reſerua/
ri: ne aut deorum immortaliuꝫ beneficium feſti/
natione prærípuiſſe: aut uim fortunæ ſtulticia
contempſiſſe uideamur. Sed quoniam ſignifica
tio ueſtra ſatis declarat qd de hac re ſentiatis: ad
litteras ueniaꝫ: quæ ſunt a cōſule & a. Prop. R.
miſſæ: ſi pauca ante quæ ad ipſas litteras pertine/
ant dixero: Imbuti ſanguīe gladii. P. C. legionū
exercituumqꝫ noſtroꝝ: uel madefacti poti⁹ duo
rum Conſſ. tertio Cæſaris prælio ſi hoſtiuꝫ fuit
ille ſanguis ſumma rnilituꝫ pietas: nefarium ſce/
lus ſi Ciuium. Quouſqꝫ igitur is qui omnes ho
ſtes ſcelere ſuperauit: nomīe hoſtis carebit! Niſi
mucrones etiam noſtroꝝ militum tremere uul/
tis: & dubitare utrum in Ciue: an in hoſte figan
tur. Supplicationem decernitis: hoſtem non ap/
pellatis! gratæ noſtris diis immortalibus gratu
lationes erunt: gratæ uictimæ cum interfecta ſit
Ciuium multitudo! de improbis inquit & auda/
cibus: nam ſic eos appellat clariſſimus uir! Quæ
ſunt urbanarum maledicta litium non iniuſta:
euelli: internecti nota: teſtamenta credo ſubiici/
unt: aut eiiciunt uicinos: aut adoleſcentulos cir
cunſcribunt. His enim uiciis affectos & talibus

UVA. BHSC. IyR_187

malos & audaces appellare cõſuetudo ſolet bellũ
inexpiabile īfert. iiii. Cõſſ. unus omniũ latronuꝫ
terrimus: gerit idẽ bellũ cum Senatu. P. qꝫ. R.
oib⁹: q̄q̄ ruit ipſe ſuis cladib⁹: peſtẽ: uaſtitatem:
cruciatũ: tormẽta denũtiat. Dolobellæ ferrũ & ī
mane facinus: qđ nulla Barbaries poſſet ignoſce
re: id deoꝝ conſilio factũ eſſe teſtat̃. quæqꝫ eēt fa
cturus ī hac Vrbe: niſi euꝫ hinc ipſe iuppiter ab
hoc tẽplo mœnib⁹ repuliſſet: declarauit ī Parmẽ
ſiũ calamitate: quos optĩos uiros hõeſtiſſimoſqꝫ
homines maxīa cuꝫ auctoritate hui⁹ ordinis. P.
qꝫ. R. dignitate cõiũctos crudeliſſimis pœnis īter
fecit: Præludiũ illud & portẽtũ. L. Antoni⁹: inſi
gne odiũ omniũ hominuꝫ: uel ſi etiaꝫ dii oderint
quos oportet: omniũ deoꝝ. Refugit animus. P.
C. ea quæ formidat dicere: Quæ. L. Antonius in
Parmẽſiuꝫ liberis & cõiugib⁹ effecerit. Quas. n.
turpitudines Antõii libenter cũ dedecore ſubie/
runt: eaſdẽ ꝑ uim lætant̃ aliis ſe intuliſſe. Sed uis
calamitoſa e qua illis ītulerunt: libido flagicioſa
qua Antonioꝝ oblita ẽ uita. Eſt igitur qſq̄ q ho
ſtes appellare ñ audeat: quoꝝ ſcelere crudelitatẽ
conſtat Carthaginenſiũ uictam eſſe? Qua. n. in
urbeꝫ tã īmanis Annibal capta: q̄ ī pma ſubrepta
Antõi⁹? niſi forte hui⁹ Colõiæ & cæteraꝝ ī quas
eodẽ ẽ animo: nõ eſt hoſtis putandus: Si uero co
loniaꝝ & mũicipioꝝ ſine ulla dubitatiõe hoſtis
ẽ: qđ tandẽ hui⁹ cenſetis urbis quaꝫ ille ad expian
das egeſtates latrocinii ſui cõcupiuit: quam iam
peritus metatoꝛ & callid⁹ decẽpeda ſua ſaxa diui
ſerat. Recordamini ꝑ deos immortales. P. C. qđ
hoc biduo timuerim⁹: a domeſticis hoſtib⁹ ideſt
q ītra mœnia hoſtes ſũt: rumorib⁹ īprobiſſimis
diſſipatis: qs liberos: qs cõiugẽ aſpicere poterat ſi
ne fletu? qs domũ? qs tecta? qs larẽ familiarẽ? Iam
aut fœdiſſimam mortẽ oẽs: aut miſerabilẽ fugaꝫ
cogitabant. Hæc a qb⁹ timebant̃: eos hoſtes appel
lare dubitam⁹? graui⁹ ſi qs attulerit nomẽ libẽter
aſſentiar. Hoc uulgari cõtent⁹ uix ſum: leuiore
nõ utar. Itaqꝫ cũ ſupplicatiões iuſtiſſimas ex his
litteris quæ recitatæ ſũt: decernere debeamus. Ser
uiliuſqꝫ decreuerit: augebo oĩo numeꝝ dieruꝫ:

aut eiiciũt uicinos ex ſuis prę/
diis: quod fieri frequẽter ſolet
a potentioribus: aut adoleſcen
tulos pupilloſqꝫ circũueniũt.
hęc inquit faciũt Antonius &
qui eum ſectantur: ut improbi
& audaces appellandi ſint? qua
ſi dicat minime hęc: ſed contra
patriam bellum gerũt: & nobiſ
exitium machinantur & minã/
tur. Quattuor cõſſ. Hirtio:
Panſę: Decimo: Planco. Su/
is cladibꝰ: quas ipſi ſibi machi
nantur. Facin⁹: Trebonii cę
dem. Ab hoc templo: capito
lio. Parmenſiũ: in Gallia ci/
ſalpina: inſignis ciuitas Parma
eſt: a fluuio qui eam pręterla/
bitur ſic dicta. Pręludiuꝫ: q
quaſi pręludit fratris crudelita
ti. eſt enim ꝑludere pręteentare
atqꝫ expiri rem: tractum a citha
redis qui ante legitimũ ſonũ re
cenſent & pręteentant chordas:
Papinius. Magnuſqꝫ tibi pro/
ludit Achilles. Quos opor/
tat: illos quos deos odiſſe opor
tet. Antonii: M. & Lutius fœ
diſſimę & corruptiſſimę pueri
tię. Aliis: ut parmenſiũ pue/
ris & puellis quos ſtuprauerat
Oblita: fœdata & coinquina
ta ab oblino. Hui⁹ colonię:
Parmę. Callidus: ironice.
Recordamini: nũciatum fue
rat & ſi falſo: quod mox dicet̃:
uictoriam aſſecutum Antoniũ:
& infeſto agmine ad urbeꝫ ue
nire. magnus timor: & ĩgẽs in
urbe fuerat trepidatio. Diſſi
patis: diuulgatis. Larẽ famili
arẽ: cuiuſqꝫ priuatę dom⁹ deũ
pręſidem. Graui⁹: q̄ hoſtis.

n 2

UVA. BHSC. IyR_187

Trib⁹ducibus: Panſę: Octa uio: Decimo. Ab eo: Seruilio. Appellaret ſenatus: quaſi di cat appellaret. Adimem⁹: mi nime. Quanto: audita Panſę & Octauii uictoria gratulabū dus populus domuꝫ cucurrit Ciceronis: & in capitoliū quaſi uictorem & ouantem comitat⁹ eſt. Tu igitur de te: ſcilꝫ hęc ais gloriabundus: ac ſi diceret: turpe eſt. Et quidem iuitus: ſcilicet dico inqt Cicero. In/iurię dolore: quę nam fuerit mox declarat. Nōne ſatis ē: ſufficiebat non referri mihi ab ignaris uirtutis gratiam: eſt eni hęc iniuria eaqꝫ nō parua: ſed addita eſt multo maxima ꝙ fin xerunt aliqui me conſularibus inſignibus arreptis ad accipiē/dum imperium deſcenſuꝝ: hoc diluit Cicero. Aliquē ne im/ꝑatorem habituri erim⁹: ſic di/cebant qui hos ſermones diſſi/pabant. Crimē i inuidia quę retur: quęret, ne Cicero hoc cri men & ſcelus cū iuidia & odio omniū ut impator deſcendat. Credo hoc: nūc Cicero. Cō ſultum: quęſitum & rogatū: nū facturus ſe eſſet impatorem Ca tilina. In eū Ciceronē. Qua tenus: qua ratiōe & quouſqꝫ.

Præſertim cū nō uni ſed tribus ducib⁹ ſint decer nendæ. Sed hoc primū ut faciam īpatores appel/lem eos: quoꝝ uirtute & conſilii fœlicitate maxi mis ꝑiculis ſuitutis atqꝫ interitus liberati ſum⁹. Etenī cui uigīti his annis ſupplicatō decreta eſt: ut ñ Impator appellaret: aut minimis reb⁹ geſtis aut plerūqꝫ nullis? Quamobrē aut ſupplicatio ab eo q antedixit decernēda nō fuit: aut uſitatus honos ꝑuulgatuſqꝫ tribuēdus iis qbus etiam no ui & ſingulares debent. At ſiqs Hiſpanoru aut Galloꝝ aut Thracū mille: aut. II. occidiſſꝫ: ñ eū hac cōſuetudīe quæ īcrebuit īpatorem appella/ret Senatus: tot legiōibus cæſis tanta multitudīe hoſtiū īterfecta: dico ī quaꝫ hoſtium: q̄uis hoc iſti hoſtes domeſtici nolīt: clariſſimis ducib⁹ ſup plicatōis honorē tribuem⁹: Impatoruꝫ nomē adi memus? Quanto. n. honore: lætitia: gratulatiōe ī hoc tēplū īgredi debent illi ipſi hui⁹ Vrbis libe ratores: cū heſterno die pp eoꝝ res geſtas me ouā tem & ꝑpe triūphantē. P. R. in Capitoliū domo tulerit? Is demū eſt mea qdē ſnīa iuſtus triūphus ac uerus: Cū bene de. R. P. meritis teſtimoniū a cōſenſu ciuitatis dat: nam ſiue ī cōi gaudio. P. R. uni gratulabant: magnū iudicium: ſiue grās age bant: eo maius: ſiue utrūqꝫ nihil magnificēti⁹ ex cogitari pōt. Tu igit de te dixerit qſpiam: & qdē īuitus: ſꝫ iniuriæ dolore aīo me pp cōſuetudineꝫ glorioſū. Nōne ſatis ē ab hominib⁹ uirtutis igna ris grām bene merētib⁹ ñ referri: etiam ī eos q oēs ſuas curas ī. R. P. ſalute defigūt? Scitis. n. ꝑ hos dies creberrimū fuiſſe ſmonē: me p Idus qntiles q dies hodie ē: cū faſcibus deſcenſuꝝ: aliquē ne ī peratorē habituri erimus? crimen īuidia quæret? Credo hoc in gladiatorē: aut latronē: aut Catili nam eſſe cōſultū: ñ ī eū q ne quid tale in. R. P. fie ri poſſit: effecerit? an ut ego q Catilinam hæc mo lientē ſuſtulerim: uerterim: afflixerim: ipſe exti/terim repente Catilina? qbus auſpiciis iſtos faſces Augur acciperem? q̄tenus haberem? cui traderē? q̄q̄ opīor: nec fuiſſe tam ſceleratū q hoc fingeret: tam furioſum qui crederet. Vnde igit iſta ſuſpi cio: uel potius iſte ſmo? cum ut ſcitis hoc triduo

UVA. BHSC. IyR_187

uel quatriduo triſtis a Mutina fama maneret: in
flati lætitia atq; ĩſolẽtia ipſi Ciues unũ ſe ĩ locũ
ad illam Curiam uirib⁹ poti⁹ ſuis q̃. R. P. infeli-
cem cõgregabant. Ibi cũ cõſiliũ inirent de cæde
noſtra: partirẽturq; ĩter ſe q capitoliũ: q hoſtia:
qui Vrbis portas occuparẽt: ad me cõcurſũ fu-
turũ Ciuitatis putabant. Quod ut inuidia mea
fieret: & cũ uitæ etiam p̃iculo ⁊ famã iſtã faſciũ
diſcipauerũt: faſces ipſi ad me delaturi fuerunt.
Quod cũ eſſet q̃ſi mea uolũtate factũ: tũ ĩpetus
cõductoꝝ hominum: quaſi ĩ Tyrannũ parabat:
ex quo cædes eſſet ueſtꝝ omniũ cõſecuta. Quæ
res patefecit. P. C. ſed ſuo tp̃e ut toti⁹ hui⁹ ſcele-
ris fons aperiet. Itaq; Apulei⁹ Tr. Pl. meorum
omniũ cõſilioꝝ periculorũq; iam ĩde a cõſulatu
meo teſtis cõſcius & adiutor dolorem ferre ñ po
tuit. Doloris mei cõtionẽ habuit maximam. Po.
Ro. unũ atq; idẽ ſentiẽte. In qua cõtiõe cũ me ꝑ
ſũma cõiũctiõe & familiaritate liberare ſuſpiciõe
faſciũ uellet: una uoce cũcta cõtio declarauit: ni
hil eẽ a me unq̃ de. R. P. niſi optĩe cogitatũ. Poſt
hanc habitam cõtiõe; duab⁹ trib⁹ ue horis opta-
tiſſimi nuntii & litteræ uenerũt: ut idẽ dies ñ mõ
me iniq̃ſſima ĩuidia liberaret: ſ; etiã celeberrima
P. R. gratulatiõe auxerit. Hæc ĩterpoſui. P. C. ñ
tam ut ꝓ me dixerĩ: male. n. mecũ ageret: ſi paꝝ
uobis eſſem ſine defenſiõe purgat⁹: q̃ ut quoſdã
nimis ieiuno aĩo & anguſto monerem: id qđ ego
ſemp̃ feciſſem: uti excellẽtiũ Ciuiũ uirtutẽ imi
tatiõe dignam ñ ĩuidia putarẽt: magn⁹ ẽ ĩ. R. P.
campus: ut ſapiẽter dicere ſolebat Craſſus. Mul
tis apt⁹ curſus ad laudẽ. Vtinam q̃dẽ illi princi-
pes uiuerẽt: q me poſt meũ cõſulatũ: Cũ iis ipſe
cederem: principẽ nõ ĩuiti uidebant. Hoc uero tẽ
pore ĩ tanta inopia cõſtantiũ & fortiũ cõſulariũ:
Quo me dolore affici creditis cũ alios male ſen-
tire: alios nihil omnino curare uideam! alios paꝝ
cõſtanter ĩ ſuſcepta cauſa ꝑmanere! ſniamq; ſuã
nõ ꝓ utilitatẽ. R. P. ſ; cõſpecto timore modera
ri! Quod ſiq̃s de cõtẽtiõe principat⁹ laborat: quæ
nulla eſſe debet: ſtultiſſime facit: ſi uitiis cũ uir-
tute cõtendit. Vt. n. curſu curſus: Sic ĩ uiris for-

Hoſtia ingreſſus. Inuidia
mea: ut odium in me concirẽt.
Fons: origo. Apuleius: de
quo ſupra dictum. Male age
ret: male mihi eẽt. Ieiuno:
uacuo & iccirco detrahendi cu
pido & mordendi cauſa: ut ii fa
ciunt q ieiuni ſunt. Craſſus:
ille orator: de quo apud Cice-
ronem de oratore. Illi prin-
cipes: Cato: Bibulus: Pompei⁹.
Male ſentire: de repu. Mo
derari: ut multi Antoniũ timẽ
tes faciebant. Principat⁹: ut
primus ſit.

n 3

UVA. BHSC. IyR_187

Tu:quicūq; es:qui ſplendori meo inuides. Quod mihi eſſet optatiꝰ: q̄ tecum de principatu contendere Fuſium certe aut Piſonem ſignificat. Hęc: me talem eſſe. Poterat nunc fieri:minime fieri poterat. Ad Antonium:mitti uoluiſſe. Iidem:ſcilicet memoria tenēt:me unū uoluiſſe: ſemper Ventidiū cum aliis trib.ple.qui ad Antoniū ſe contulerūt:hoſtem eſſe.

Conſſ.deſignati:Pāſa & Hircius. Diſceſſionem:ſenatꝰ cōſultum per diſceſſionē: cū omnes aſſentirent Ciceroni. Suſtulerunt:q̄ ciues hoſtes appellarem. Imprudens: incautus & minus aduertens.

tibus uirtus uirtute ſuperaṫ. Tū ſi ego de.R.P. optīe ſētiaȝ:ut me uincas:ipſe peſſime ſenties!aut ſi ad me bonoꝝ cōcurſum fieri uidebis:adte iprobos īuitabis!Nollē primū.R.P.cauſa:deīde etiā dignitatis tuæ:ſed ſi prīcipatꝰ agereṫ: quē nunq̄ expetiui:qd tandē mihi eſſet optatiꝰ!Ego.n.malis ſentētiis uinci n̄ poſſuȝ:bonis forſitan poſſiȝ: & libēter hærere:nūc hæc.P.R.uidere:aīaduertere:iudicare:qdam moleſte ferūt:poterat ne fieri ut nō pinde hōines quoqȝ: ut qſqȝ mereret iudicarent! Vt.n.de uniuerſo Senatu.P.R. uerissime iudicat nullis.R.P. tēporibꝰ hūc ordinē firmiorē:aut fortiorē fuiſſe: Sic de unoquoqȝ nr̄m & maxīe q hoc loco ſnīas dicimꝰ: ſciſcitanṫ omnes:auēt audire qđ qſqȝ ſenſerit. Ita de unoquoqȝ ut quēq̄ meritū arbitranṫ:exiſtimant. Memoria tenent:me ante diē.xiiii.Kl.Ianū. principē reuocandæ libertatis fuiſſe: me ex Kl.Ianū. ad hanc horam uigilaſſe.R.P.meaȝ domū:meaſqȝ aures dies & noctes oīuȝ præceptis monitiſqȝ patuiſſe: meis litteris:meis nuntiis:meiſqȝ cohortationibꝰ oēs q ubiqȝ eſſent:ad patriæ præſidiuȝ excitatos: meis ſententiis a Kalend.Ianuariis nunq̄ legatos ad Antoniū:ſemp illū hoſtē:ſemp hoc bellū: ut ego q omni tpe ueræ pacis auctor fuiſſeȝ:huic eſſem nomini peſtiferæ pacis inimicus.iidē Ventidiū cū aliis Tr.Pl.uoluiſſe Vnū eē ſemp hoſtē. In has ſnīas meas ſi Cōſſ.deſignati diſceſſionē facere uoluiſſent: oībꝰ iſtis latronibus auctoritate ipſa Senatꝰ iam pridē de manibꝰ arma cecidiſſent. Sed qđ tū nō licuit.P.C.id hoc tpe n̄ ſolū licet: uerū & neceſſe ē: eos q re ſūt hoſtes:uerbis notari:ſentētiis noſtris hoſtes iudicari. Antea cū hoſtem aut bellū nominaſſem ſemel & ſæpiꝰ:ſententiam meam de numero ſentētiaꝝ ſuſtulerūt:qđ in hac cauſa iam fieri nō poteſt. Ex litteris.n.C. Panſæ.A.Hircii Cōſulū.C. Cæſaris Propr. de honore diis īmortalibꝰ habendo:ſententias diximus:ſupplicationē modo q decreuit: idem īprudēs hoſtes iudicauit. Nunq̄.n.ī ciuili bello ſupplicatio decreta ē:decretam dico:ne uictoris qdeȝ litteris poſtulata ē. Ciuile bellū Conſ. Sylla geſ

UVA. BHSC. IyR_187

ſit:legionib⁹ ĩ Vrbẽ adductis:quos uoluit expu
lit:quos potuit:occidit:ſupplicatiõis mẽtio nul
la. Graue bellũ Octauii inſecutum eſt. Supplica
tio nulla uictoriæ. Cinnæ uictoriam ĩpator ult⁹
eſt Sylla:nulla ſupplicatio decreta a Senatu. Ad
te ipſum. P. Seruiliũ miſit ullas Collega litteras
de illa calamitoſa pugna pharſaliæ? nuꝫ te de ſup
plicatione uoluit referre? ꝑfecto noluit. At miſit
poſtea de Alexandria:de Pharnace. Pharſaliæ ue
ro pugnæ ne triũphum qdem egit. Eos.n. Ciues
pugna illa ſuſtulerat:qb⁹ nõ modo uictorib⁹: ſꝫ
etiam uiuis: & ĩcolumis & florẽs Ciuitas eẽ poſ
ſet. Quod idẽ cõtigerat ſupioribus bellis Ciuili
bus:nam mihi Conſuli ſupplicatio nullis armis
ſumptis nõ ob cædẽ hoſtiũ:ſꝫ ob cõſeruationem
Ciuiũ nouo & inaudito genere decreta ẽ. Quam
obrẽ aut ſupplicatio ob cõſeruationẽ. R. P. pul
cherrime poſtulantibus noſtris Impatoribus pu
blice deneganda ẽ: quod præter Gabiniũ cõtigit
nemini:aut ſupplicatio ẽ decernẽda: hoſtes iudi
co:cum uictores appello Impatores. Quo modo
enim poti⁹ Panſam appellem: etſi habet honoris
nomen ampliſſimi? quo Hirciũ? Eſt enim ille qui
dem Cõſ. ſed alterum nomẽ beneficii ẽ P. R. alte
rum uirtutis atqꝫ uictoriæ. Quid Cæſarem deo
rum beneficio. R. P. procreatũ: dubitẽ ne appel
lare Imp? qui primus Antonii immanẽ & fœdaꝫ
crudelitatem nõ ſolũ a iugulis noſtris: ſed etiaꝫ
a mẽbris & uiſceribus auertit. Vnius autem diei
quot & quantæ uirtutes dii ĩmortales fuerunt?
Princeps enim omniũ Panſa prælii faciendi & cũ
Antonio cõfligendi fuit:dignus Impator legiõe
Martia: digna legio Imperatore: cuius ſi acerri
mum impetũ cohibere Panſa potuiſſet:uno præ
lio cõfecta res eſſet. Sed cũ libertatis auida legio
effrenatius in aciẽ hoſtium irrupiſſet: ipſeqꝫ in
primis Panſa pugnaret: duob⁹ ꝑiculoſis uulne
rib⁹ acceptis ſublat⁹ e prælio Rei. P. uitaꝫ reſua
uit. Ego uero hũc ñ ſoluꝫ ĩpatorem ſꝫ & clariſſi
mũ ĩpatorẽ iudico:q cũ aut morte:aut uictoria
ſe ſatiſfacturꝫ Rei pu. ſpopõdiſſet:alterꝫ fecit. Al
teri⁹ dii ĩmortales omẽ auertant. Quid dicam de

Octauii: qui Cinnam expu
lit. Collega:ſcripſit ne ad te
amicum & collegã Iulius ut de
ſupplicatione ei decernenda re
ferres in ſenatu. De Alexan-
dria:de uictoria Alexãdrina &
Pharnace magni Mithridatis fi
lio deuicto:quem intra quintũ
q̃ affuerat diem:quattuor qbꝯ
in conſpectũ uenerat profliga-
uit horis: quam uictoriæ celeri-
tatem ad Amantium familiareꝫ
tribꝯ ſcripſit uerbis:ueni: uidi:
uici. Ne triumphum quidem
egit: triumphare ꝓ uictoria ci-
uilis belli romanis legibus nõ
licebat. Et Lucan⁹ ait:Bella ge-
ri placuit nullos habituraꝫ triũ
phos. Supiorib⁹:Syllæ: Ma
rii:Octauii:Cinnæ. Præter Ga
binium:is eſt Gabinius qui cõ-
ſul cum Piſone Ciceroni fuit ĩ
feſtiſſimus:quo tempore in exi
lium truſus eſt: Syriam procõ
ſul tenuit:ob res cõtra parthos
geſtas ſupplicationes poſtula-
uit:negatæ ſunt:Ciceróe in pri
mis id agente ne decernerent.

Hoſtes:qui uicti ſunt. Am
pliſſimi:conſulatus. Alterũ:
imperator:quo nomine nõ ap-
pellabatur quiſpiam:niſi cũ ho
ſtibus conflixiſſet: & iuſtam ui
ctoriaꝫ adeptus eſſet:& ab exer
citu quidem hoc nomine hono
rari ſolebant. Reipu. uitã re
ſeruauit: ſe morti ſubduxit: ut
diutius reipu. uiueret: ſagitta ꝑ
cuſſus eſt: duobus uulneribus
acceptis:qbꝯ poſtea ꝑiit. Al
terꝫ fecit:ut uictoria ſatiſfaceret
Alteri⁹:ut morte ſatiſfaceret

UVA. BHSC. IyR_187

Illa:Quartam ſignificat:& ē
ſenſus & Quarta legio & Mar/
tia ac ſeptima ex ueterāis militi
bus conſtans quę beneficia Iu
lii ſeruauerūt:chaꝝ ſibi eſſe ſe
natꝰ .P.qꝫ.R.nomē docuerūt:
cum ſic fortiter & ſtrenue pro
ſenatu &.P.R.pugnauerūt.

Hoc prelio:mutinenſi:Cęſa
ris beneficia ſeruaſſent rata eē
uoluiſſent: quę Cęſar Iuliꝰ tra
diderat & conſtituerat. Aqui
lam:ſigniferi manu raptam cū
cūctaretur ille. Huic Ioui:ca
pitolno. Dux latronum: An
tonius. Impium: faſces & ex
ercitum:ac propretoris nomē.

Trium:Panſę: Hircii: Cęſa/
ris. Reſtat:ut premia ꝓmiſſa
reddamus uictoribus:nā mor/
tuis iam pſoluēda ſūt premia.

A qbus tacentibꝰ: tritū ē ꝓ
uerbiū:Satis flagitare qui bene
ſeruit & tacer.

Hircio? q re audita e caſtris dūas legiones eduxit
ĭcredibili ſtudio atqꝫ uirtute? Quare iaꝫ illa quæ
relicto Antōio ſe oliꝫ cū Martia legiōe cōiunxit:
& ſeptīa:quæ cōſtituta ex ueteranis: docuit hoc
prælio militibꝰ his q Cæſaris beneficia ſuaſſent:
Senatꝰ.P.qꝫ.R.caꝝ nomē eſſe. In his uiginti co
hortibꝰ nullo eqtatu Hirciꝰ ipſe aquilaꝫ q̄rtæ le/
giōis cū īferret: qa nulliꝰ pulchriorē ſpeciē īpa/
toris accepimꝰ:cū tribꝰ Antōii legiōibꝰ eqtatuqꝫ
cōflixit:hoſteſqꝫ nefarios huic ioui maxīo cœte
riſqꝫ deoꝝ īmortaliū tēplis Vrbis tectis libertati
P.R.noſtræ uitæ ſanguiniqꝫ īminētes ꝓſtrauit:
fudit:occidit:ut cū admodū paucis nocte tectus
metu ꝑterritus princeps latronū:duxqꝫ fugerit.
O ſolē ipſum beatiſſimū q anteq̄ ſe abderet ſtra/
tis cadaueribꝰ parricidaꝝ cū paucis fugiētem ui
dit Antoniū. An uero quiſq̄ dubitabit appellare
Cæſarē īpatorē? Aetas eiꝰ certe ab hac ſnīa nemi
neꝫ deterrebit qn̄ qdē uirtute ſupauit ætatē. Ac
mihi ſemꝑ eo maiora beneficia Cæſaris uiſa ſūt:
quominꝰ erant ab ætate illa poſtulanda:cui cum
īperiū dabamꝰ:eodeꝫ tpe & ſpē eius nominis defe
rebamꝰ:qd cuꝫ ē cōſecutꝰ auctoritatē noſtri de/
creti rebꝰ geſtis ſuis cōprobauit. Hic ergo adule
ſcēs maximi animi:ut ueriſſime ſcribit Hircius:
caſtra multaꝝ legionū paucis cohortibꝰ tutatꝰ
eſt:ſecūdumqꝫ præliū fecit. Ita triū impatoꝝ.P
R.uirtute ꝯſilio fœlicitate uno die locis pluribꝰ
R.P.eſt cōſeruata. Decerno igit̄ eoꝝ triū nomi/
ne.L.dieꝝ ſupplicatiōes: quas ut honorificētiſ/
ſimis uerbis ipſe conſequi potero: cōplectar ipſa
ſententia. Eſt aūt fidei pietatiſqꝫ noſtræ declara/
re fortiſſimis militibꝰ q̄ memores ſimus:q̄qꝫ gra
ti. Quamobrem ꝓmiſſa noſtra atqꝫ ea quæ legio
nibus bello cōfecto tributuros nos ſpopōdimꝰ:
hodierno.S.C.renouanda cēſeo. Equū ē.n.mi
litū taliū præſertiꝫ honorē cōiūgi. Atqꝫ utinam
P.C.Ciuibus omnibꝰ ſoluere nobis præmia lice
ret:q̄q̄ ea quæ nos promiſimus ſtudioſe cumu
lata reddemus. Sed id quidem reſtat ut ſpero ui
ctoribus quibus Senatus fides præſtatur: quem
qa difficillimo.R.P.tēpore ſecuti ſūt:eos nunq̄

UVA. BHSC. IyR_187

oportebit cõſilii ſui pœnitere. Sꝫ facile ẽ bene age
re: cũ his etiaꝫ a qbus tacẽtibꝰ flagitari uidemur.
Illud admirabiliꝰ & maius: maxĩeqꝫ ꝓpriũ Sena
tus ſapiẽtis ẽ: grãꝝ uirtutẽ memoria ꝓſequi: q ꝓ
pr̃ia uitam ꝓfuderunt: quoꝝ de honore utinam
mihi plura ĩ mentẽ uenirẽt: duo certe nõ præteri
bo quæ maxĩe occurũt: quoꝝ alteꝝ ꝑtinet ad ui/
roꝝ fortiſſimoꝝ gloriaꝫ ſẽpiternam. Alteꝝ ad le
niendũ mœrorẽ & luctũ ꝓximoꝝ. Placet igĩ. P
C. legiõis Martiæ militibus: & eis q una pugnan
tes occiderũt: monumentũ fieri q̃ampliſſimum.
Magna atqꝫ ĩcredilia ſũt in Rẽ. P. huiꝰ merita le
gionis. Hæc ſe prima latrocinio abrupit Antõii.
Hæc tenuit Albam: hæc ſe ad Cæſareꝫ contulit.
Hanc imitata q̃rta legio parẽ uirtutis gloriaꝫ cõ/
ſecuta ẽ. Quarta uictrix deſiderat neminem: ex
Martia nõnulli ĩ ipſa uictoria cõciderũt. O for/
tunata mors quæ naturæ debita ꝓ pr̃ia ẽ potiſſi/
mũ reddita. Hos uero pr̃iæ natos iudico: quoꝝ
ẽt nomẽ a Marte ẽ: ut idẽ deꝰ Vrbẽ hanc gẽtibꝰ:
uos huic Vrbi genuiſſe uideatur. In fuga: fœda
mors: ĩ uictoria glorioſa. Etenĩ mars ipſe ex acie
fortiſſimũ quẽqꝫ pignerari ſolet. Illi igĩ impii
quos cæcidiſtis: ẽt ad ĩferos pœnas parricidii lu/
ent. Vos uero q extremũ ſpiritũ ĩ uictoria effu/
diſtis: pioꝝ eſtis ſedẽ & locũ cõſecuti: breuis au
tẽ uobis uita data ẽ: at memoria beñ redditæ ui/
tæ ſẽpiterna: quæ ſi ñ eẽt lõgior q̃ hæc uita: quis
eẽt tam amẽs qui maximis laboribꝰ & ꝑiculis ad
ſũmam laudẽ gloriamqꝫ contẽderet? Actũ igĩ
præclare uobiſcũ fortiſſimi dũ uixiſtis: Nũc ue
ro ſanctiſſimi milites: ꝗ ueſtra uirtꝰ nec obliuio
ne eoꝝ qui ſũt: nec reticẽtia poſterioꝝ ĩſepulta
eẽ poterit. Cũ uobis ĩmortale monumẽtum ſuis
pene manibꝰ Senatꝰ. P. qꝫ. R. extruxerit: multi
ſæpe exercitꝰ Punicis Gallicis italicis bellis clari
& magni fuerũt: nec tamẽ ullis tale genꝰ hono/
ris tributũ ẽ: atqꝫ utinam maiora poſſemꝰ: quan
doquidem a uobis maxima accepimus. Vos ab
Vrbe furentem Antonium auertiſtis. Vos redi/
re molientem repuliſtis. Erit igitur extructa
moles opere magnifico: inciſæqꝫ litteræ diuinæ

Memoria ꝓſeq: ut mẽorẽ gra
tũqꝫ ſe oſtẽdat. Monumẽtũ:
Polyandriũ hoc ẽ tumulũ mul
toꝝ ruituti extructũ. Quę ue
ro debita: oĩno eni lege naturę
moriendum fuit. Ex acie pi/
gnerari: ueluti pignus accipeř
& ad ſeſe rapere: ac pro pigno/
re quodam fortitudinis tenere
P ioꝝ: in campis elyſiis ubi
habitant animę beatoꝝ de qui/
bus plura Virgiliꝰ libro ſexto.
Redditę: qa accipimus a deo
hanc uitam cum repoſcat red/
dituri: unde & deſũgi uita dicũ
tur: hoc eſt uitę officio nobis
a deo attributo.

UVA. BHSC. IyR_187

Hęc: quam in̄ terris & in̄ corporibus uiuimus: & una cum morte extingueretur. Quod ipſum: inhumatum & deſertum eſſe. Ara uirtutis: ueluti ara quędam uirtutis: quam omnes intuentes uenerentur. Ita cēſeo: ordo eſt ita cenſeo ob eas res ſenatum exiſtimare: & iudicare & reliqua: cum. C. Pāſa cōſul: imperator: initium &c.

uirtutis teſtes ſēpiternæ: nunq̄ q3 de uobis eoru3 aut q uidebūt ueſtrū moōmētū aut audiēt: gratiſſim⁹ ſermo cōticeſcet: Ita ꝑ mortali cōditione uitæ īmortalitatē eſtis cōſecuti. S3 quonia3. P. C gloriæ mun⁹ optimis & fortiſſimis ciuib⁹ monumēti honore pſoluit: Cōſulemur eoꝝ ꝓxios: q̄bus optīa ē hæc qde3 cōſolatio. Parētibus q̄ tanta. R. P. præſidia genuerūt: Liberis q̄ habebunt domeſtica exēpla uirtutis. Cōiugib⁹ q̄ his uiris carebūt: quos laudare q̄ lugere præſtabit. Fratribus q̄ in ſe: ut corpoꝝ: ſic uirtutū ſimilitudine3 eſſe cōfidēt. Atq3 utina3 his omnibus abſtergere fletū ſententiis noſtris cōſultiſq3 poſſem⁹: uel aliqua talis his adhiberi publice poſſ3 oratio: q̄ d̄ponerēt mœrorē atq3 luctū: gauderentq3 poti⁹ cu3 multa & uaria īpenderēt hōinib⁹ genera mortis: id gen⁹ qd̄ ē pulcherrimū obtigiſſe: eoſq3 nec inhumatos eē: nec deſertos. Quod tn̄ ipſū ꝓ patria nō miſerandū putat: nec diſpſis buſtis humili ſepultura crēatos: S3 cōtectos publicis opib⁹ atq3 munerib⁹: eaq3 extructiōe quæ ſit ad memoriam æternitatis ara uirtutis. Quamobrē id qdē maximū ſolatiū erit ꝓpinquoꝝ eodē monumēto declarari & uirtute3 ſuoꝝ & ætate3 & Senat⁹ fidem & crudeliſſimi memoria3 belli: ī quo niſi tāta militū uirt⁹ extitiſſet: parricidio. M. Antōii nomē P. R. occidiſſet. Atq3 etia3 cenſeo. P. C. quæ præmia militib⁹ ꝓmiſim⁹ nos. R. P. recupata tributuros ea uiuis uictoribuſq3 cumulate: cum tempus uenerit pſoluenda. Qui aūt ex his qbus illa ꝓmiſſa ſūt: ꝓ patria occiderūt: eoꝝ parentibus liberis cōiugibus fratribus tribuenda cenſeo. S3 ut aliqn̄ ſnīa cōplectar: ita cenſeo. Cū. C. Pāſa Cōſ. Imp. initiū cū hoſtibus confligendi fecerit: quo prælio legio Martia admirabili īcrediliq3 uirtute libertate3. P. R. defenderit: Quod ide3 legiōes tyronū fecerit. Ipſeq3. C. Panſa Cōſ. Imp. cū inter media hoſtiū tela uerſaret: uulnera acceperit: Cūq3. A. Hircius Cōſ. Imp: prælio audito & cognito fortiſſimo præſtantiſſimoq3 animo exercitum caſtris eduxerit: īpetumq3 ī. M. Antonium exercitumq3 eius fecerit: eiuſq3 copias occiſione

UVA. BHSC. IyR_187

occiderit: ſuo exercitu ita ĩcolumi ut ne unũ qui dẽ militẽ deſiderauerit. Cũq3.C.Cæſar Imp. cõſilio diligẽtiaq3 ſua caſtra fœliciter defẽderit: copiaſq3 hoſtiũ quæ ad caſtra acceſſerant ꝓfligarit: occiderit: ob eas res Senatũ exiſtĩare: & iudicare eoꝝ triũ Imꝑatoꝝ uirtute ĩꝑio cõſilio grauitate cõſtantia magnitudĩe animi fœlicitate. P.R. fœdiſſima crudeliſſimaq3 ſ̄uitute liberatũ. Cumq3 Rẽ.P. Vrbẽ: tẽpla deoꝝ ĩmortaliũ bõa fortunaſq3 oĩu3 liberoſq3 cõſeruarit dimicatiõe & periculo uitæ ſuæ: ut ob eas res bene fortiter fœliciterq3 geſtas. C. Panſa. A. Hirciꝰ Cõſ. Imp. alter ambo ue: aut ſi aberit. M. Cornutꝰ Pr. Vr. ſupplicationes p dies. L. ad oĩa puluinaria conſtituat. Cũq3 uirtꝰ legionũ digna clariſſimis ĩpatoribꝰ extiterit: Senatũ quæ ſit antea pollicitꝰ legiõibꝰ: exercitibuſq3 noſtris ea ſũmo ſtudio. Re.P. recuperata re ſolutuꝝ. Cũq3 legio Martia prĩceps cũ hoſtibꝰ cõflixerit: atq3 ita cũ maiore numero hoſtium cõtẽderit: Cũ plurimos cederẽt: cœperit nonullos: cũq3 ſine ulla neceſſitate ꝓ pr̃ia uitam ꝓfuderit: Cũq3 ſimili uirtute reliquaꝝ legionum milites pro ſalute & libertate. P.R. mortẽ oppetiuerint: Senatui placere ut. C. Panſa. A. Hircius Conſ. ĩp. alter ambo ue ſi iis uideaṫ: iis q ſanguinẽ ꝓ uita libertate fortuniſq3. P.R. ꝓ Vrbe templiſq3 deoꝝ ĩmortaliũ ꝓfudiſſent: monumẽtũ q̃ ampliſſimũ locandũ faciẽdũq3. Vrbẽ ad eam rẽ pecunia3 dare: cõtribuere: ſoluere iubeant: ut extet ad memoria3 poſteritatis ſẽpiternam: ad ſcelꝰ crudeliſſimoꝝ hoſtiũ: militũq3 diuĩa3 uirtutẽ. Vtq3 quæ præmia Senatꝰ militibꝰ ante cõſtituit: ea ſoluanṫ: eoꝝ q hoc bello pro pr̃ia occiderunt: parẽtibꝰ liberis cõiugibꝰ fratribꝰ. Eaq3 fratribus tribuanṫ: quæ militibꝰ ipſis tribui oporteret: ſi illi uiciſſent: qui morte uicerunt. FINIS.

Occiſiõe occiderit: nullo ſuperſtite. frequens apud Liuiu3 Sermo: occiſio poteſt eſſe uniꝰ aut paucorũ: occidio generalis ẽ. Deſyderauerit: amiſerit: ꝑdita deſyderamꝰ: ũde deſyderati dicũṫ mortui. Pretor urbanus: qui abſentibus conſulibus maximus in urbe erat magiſtratus. Ad omnia puluinaria: ad omnia deoru3 templa & ſimulachra. Re: effectu.

FINIS.

.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n. omnes ſũt q̃derni: excepto.n. qui eſt ternus.

Impreſſum uicentiæ per henricum de ſancto urſio. .M.cccclxxxviii. die. viiii. menſ. iunii.

UVA. BHSC. IyR_187

UVA. BHSC. IyR_187

UVA. BHSC. IyR_187

UVA. BHSC. IyR_187

UVA. BHSC. IyR_187

Bibliotec
IyR

UVA. BHSC. IyR_187

CICERO
Philiopica
Cum
Comment

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 187

UVA. BHSC.
IyR_187